Homelia. Lectio septima.




Amantiū ē mos dilectissimi vt amores suū tacere neqant: sz necessaryo ac charis suis efferāt ⁊ pdāt. flammasq; suas ītra pect⁹ suū cohibere nō possint. Enarrāt frequēti⁹: vt ipsa assiduitate narrādi solatiū amoꝝ sui capiāt ⁊ refrigeria lmēse dilectiōis assumāt. Euenitq; sepius vt ēt clamorosas voces cōtinere nō possint. Ea propter deuota hec mulier de q̄ euāgelista testat: gl'iose v̄gis amore succēsa extollēs vocē suā de turba: dixit nr̄m alloq̄ dicēs. Btūs vēter q̄ te portauit ⁊ vbera q̄ suxisti. Recte btūs vēter q eterne btitudis aditū reseruauit. Btūs vēter q orbē vniuersū bn̄dictiōe repleuit Btūs vēter p quē petōres veniā iusti grāz āgeli leticiā fili⁹ dei hūane carnis subaz totaq; trinitas glīaz pcepit. ℟. Beatā me dicēt oēs gn̄atiōes. Qr fecit mihi mag̃ q̄ potēs ē: ⁊ scīm nomē eius all'. ℣. Respexit hūilitatē āncille sue. ecce eīm ex hoc btāz me dicēt oēs gn̄atiōes. Qr. Lectō viij.



Beatus venter marie q̄ nulli vnq; fuit obnoxi⁹ culpe. si ei recte scptu ras īqrim⁹ si fidel'r rei v̄itatē scrutamur: nō mō actuali sz ēt origina li macula itemerata monstratur. Perlege ḡ codicis hui⁹ v̄itatez q̄ noscere gestis marie puritatē. Hoc etem̄ decet xp̄i discipulū: genitricis ei⁹ magnificare conceptū Me igr̄ zel⁹ dn̄eq; deuotio agnite v̄itatis amor ac defensio. pietat; cult⁹ ⁊ affectio: ad extollendā v̄gis ɔceptionē accēdit. ℟. Laudate dn̄az oēs gētes: laudate eā oēs ppl'i. All'. al'. ℣. Bn̄dicā illā in omni tpe semp laus eius ī ore meo. All'a all'a. Lectio. ix.



Qui recte diligētē se nō diligit: pfecto, iniqu⁹ est ⁊ īgrat⁹. Qui v̄o amicū odit ⁊ psequit: imitior tigribus ferisq; oībus crudelior demōstrat. Cur ḡ dilectā dei genitricē. misero ꝝ refugiū. desolatoꝝ spez oimq; nr̄m singulare p̄sidiū v̄ginē pſeq̄r bn̄dictā? Cur aduocataz scli nō amem? Cur dn̄az ⁊ mr̄em meā immaculataz nō diligam? Quō illi⁹ v̄ginis reticere potero scītatē q̄ p sua innocētia ɔcipe meruit saluatorē? Exaltabo ḡ cū deuota muliere vocē meam Ostendā dn̄o deuotionem meā dicens. Btūs vēter q̄ te portauit. Btā v̄go q̄ te cōcepit quā nulla vnq; peti cōtagio corrupit. ℟. Uidi speciosaz sicut colūbā ascēdētē desup riuos aq̄rū cuius testimabilis odor erat nimis in vestimentis ei⁹. Et sicut dies verni circūdabāt eam flores rosarū ⁊ liliū cōuallium all'a. ℣. Que ē ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe ⁊ thuris ⁊ vniuersi pulueris pigmentarij. Et sicut. ℟. Omnes moriemini: qr in adaz peccauistis. tu vero ne timeas o maria inuenisti gratiaz apud deum. Nō eīm pro te sed pro omnibus hec lex constituta est all'a. ℣. Dn̄s custodiet introitū tuū ⁊ exitū tuū: ex hoc nūc ⁊ vsq; in seculū. Nō eīm. ℟. Hec ē domus dn̄i firmiter edificata. Bn̄ fundata est supra firmā petrā all'a. ℣. Hic habitabo qm̄ elegi eā. Bn̄ fūdata est. ℟. Scalā vidit iacob. Cuius cacumē celos tāgebat all'. ℣. Angelos quoq; descēdentes ⁊ ascendētes q̄ eā lumine replebāt: eiq; dn̄s inherebat. Cui⁹ cacumen. ℟. Porta hec clausa erit petō ⁊ non aperiet. Quoniaz dn̄s de⁹ ingressus est per eā: eritq; clausa pncipi alta. ℣. Hec est porta dn̄i ⁊ petī nō transibit per eā. Qm̄. ℟. Hec est mulier quā pparauit dn̄s filio dn̄i mei: pulchra nimis et decora facie: icredibilis pulchritudinis ⁊ formosa valde: oimq; oculis gratiosa. All'a all'a. ℣. Et ideo adamauit eā rex plus q̄ oēs mulieres: et posuit diadema regni in capite eius. All'a. Ista ℟ia distribuunt ītra octauā incipiēdo secūda die a tertio ℟io dici pmme: ⁊ tertia a quarto sic successiue p ordinē. Ad laudes an̄. Domū tuā dn̄e decet scitudo in lōgitudine dierū all'a. ps. Dn̄s regnauit cū reliqs. An̄. Introite in ɔspectu dn̄i in exultatiōe in ɔceptu dulcissime matris sue all'a. An̄. Adhesit ala mea post te me suscepit dextera tua. Ipsi vero invanum quesierunt animam meam all'a. An̄a. Spūs ⁊ ale iustoꝝ bn̄dicite dn̄e āgeloꝝ all'. an̄. Exultatiōes dei in gutture eius byssus et purpura indumentum illius alleluya. Dominus possedit me. vt̄s. in vespis. Hymn⁹.



Exultet celi contio Marie dulci filio: nosq; letemur hodie conceptione domine. Maria mundi glīa, lucis eterne filia: te preseruauit fili⁹ ab omni labe penitus. Originalis macula cuncta respersit secula. sola post natuz vitijs nūq; contacta diceris. Maria mr̄ gratie exēplari innocentie. te deprecamur itime nos a petō protege. Patri nato paraclito decus honor ⁊ gloria atq; marie virgini per infinita secula. Amen. ℣. Domine dilexi decorem domus tue all'a. ℟. Et locum habitationis glorie tue alleluya. Ad benedict⁹. an̄. Benedictus dominus deus israel: quia preseruauit ⁊ fecit redemptionem matris sue all'a alla all'a. Oratio vt̄s. Ad primam. an̄a. Ex omni tribulatione eripuisti me: ⁊ super inimicos meos despexit oculus meus all'a. Ad tertiam. an̄. Respondebo exprobantibus mihi verbum quia liberata sum per filium meum alleluya. Capitulū. Domin⁹ possedit me. ℟. bre. Liberasti me domine ex ore leonis alleluya alleluya. ℣. Et a cornibus vnicornium humilitatem meam. Alleluya alleluya. Gloria patri. Liberasti me. ℣. Eruisti a framea deus animam meā alleluya. ℟. Et de manu canis vnicam matrem meam alleluya. Ad sextam an̄. Declinate a me mali: qm̄ preseruauit me grā filij mei all'a. Capl'z.


Eat⁹ hō q̄ audit me ⁊ q̄ vigilat ad fores meas quotidie:⁊ obseruat ad postes ostij mei q me inuenerit inueniet vitā ⁊ hauriet salutē a dño. ℟. bre. Eruisti a framea deus animā meā all'a all'. ℣. Et de manu canis vnicā mēā All'a all'a. Gloria. Eruisti. ℣. Uere dñs est in loco isto al'a. ℟. Nō est hic aliud nisi dom⁹ dei ⁊ porta celi al'a. Ad nonā. añ. Redime me a calumnijs hoim vt magnificēt deuoti cōceptū meū all'a. Capitulū.



Ui audit me nō ↄfundet:⁊ q̄ operantur in me nō peccabūt: q̄ me elucidāt vitā eternā habebunt. ℟. bre. Uere dñs ē i loco isto all'a all'a. ℣. Nō ē hic aliō nisi dom⁹ dei ⁊ porta celi. All'a all'a. Gl'ia. Uere dñs. ℣. Dñe dilexi decorē dom⁹ tue all'a. ℟. Et locū habitationis glie tue all'a. In scōis vespis. añ. Tota pulchra es maria:⁊ macula originalis nō est i te all'a. Añ. Sicut liliū īter spinas: sic Maria īter adē filias all'a. Añ. Cādor ē lucis eterne ⁊ speculū sine macula all'a. Añ. Tu glia hierl'm:tu leticia isrl':tu honorificētia populi nri al'. Añ. O pulcherrima īter mulieres: pulchre sunt gene tue:collū tuū sicut monilia all'a. Cap. Dñs possedit me. Hy⁹. Gaude mr: vl' Aue maris stella dei. ℣. Cōceptio est hodie ⁊c. Ad magnificat añ. Sicut cedr⁹ exaltata sū in libano ⁊ sicut cypress⁹ ī mōte syō:q̄si myrrha electa:⁊ sicut cynamomū:⁊ balsamū aromatizās dedi suauitatē odoris. all'. all'. all'. Orō vt s.

Scōa die ex dictis sacroℜ doctoℜ. Lctō. j.


Asili⁹. O Maria tu cādoris ⁊ decoris forma:cui i terris nō est eq̄lis: nec ī celi ianua. Cyprian⁹. O ꝟgo iusta:⁊ oī iusticia plenissima. cuius ↄceptio singl'aris. Origenes. Que neq3 serpētis psuasiōe decepta:nec ei⁹ venenosis afflatib⁹ ē īfecta. Lctō. ij. Hieronymus.


Anic in cāticis de Maria. Hort⁹ ↄclusus. fons signatus. emissiões tue paradisus. hort⁹ deliciaℜ. in q̄ sunt cōsita vniuersa floℜ genera ⁊ odoramēta ꝟtutū:sicq3 signat⁹ vt nesciat violari neq3 corrūpi villis īsidijs fraudibusve diaboli. fōs itaq3 signat⁹ sigillo toti⁹ trinitatis. Sctūs Cyrill⁹ ptiarcha alexādrin⁹. Propter filiū temerariū est in maria ponere culpā aliquā vel peccatum.

Lectio tertia.


Anct⁹ Ildephōsus archiepūs toletanus in libro bt̄e ꝟginis dicit. Btā ꝟgo maria nisi i vtero mr̄is scīficata fuisset:minime ei⁹ natiuitas colēda eēt. Sed qr autoritate scōℜ patrū digne vt nouit vestra charitas venerat̄: cōstat eā ab ipso originali peccato fuisse īmunē: per quā nō solū Eue soluta est maledictio:verū etiā oibus est benedictio cōdonata. Nullis igit̄ postq̄ nata est delictis subiacuit:nec etiā originale peccatū in vtero sanctificata ↄtraxit.

Ꝯ De sermone. Lectio quarta.


Lijs ēt indicijs puritatē et innocentiā suā ꝟgo gl'iosa mōstrauit. De btō em̄ guidisaluo archiepō tholosano q̄ ꝓpter singularem erga dominā nostrā deuotionē, ei⁹ capellan⁹ nūcupat⁹ est: legit̄ q̄ q̄ncūq3 celebrabat:aderat ei virgo bñdicta. Cū aūt in die ↄceptionis eiusdē se ad sacrosancta missarū solēnia pparet:apparuit illi dei genitrix maria:eiq3 vnā mundissimā planetam niueo candore radiātem tradidit dicens Scias Guidisalue me sine originali macula fuisse cōceptā. Reuerēter igit̄ festū intemerate conceptionis mee celebrare procura. Archiepūs vero nō surdus auditor cōposuit pulcherrimum de ↄceptione ꝟginis tractatū:ordinauitq3 festū īmaculate ↄceptiōis p totā hyspaniā solēniter celebrari: totoq3 vite sue curriculo annuatim publice de cōceptione beate dei genitricis:omni qua potuit eloquentia perorauit.

Lectio quinta.


Eat⁹ Ber. abbas post mortē suā totus lucidus q̄dā de suis frib⁹ apparuit. Cū aūt oē ei⁹ indumētū cādidū eēt solo in pectore quedā nigerrimi coloris macula videbat̄. Querēti aūt frī vbi illā maculā recepisset? Rñdit. Cū tali macula volui tibi appere:qr dū viuerē in quadā extiti nō vera opiniōe existimās matrē dñi nr̄i originalē maculā ↄtraxisse. Dicas ergo filij mi fidelib⁹ pplis q̄ vidisti. Lectio. vj.


N reuelationib⁹ bt̄e Brigitte hr̄ q̄ quidā capellan⁹ eius:sacre theologie doctor exími⁹ Matthias nomine btām Brigittā exorauit, dicens. Te deprecor filia vt mihi reuelare digneris:si benedicta ꝟgo maria ab originali fuit vitio deturpata. Btā autē Brigitta dixit. Semel ꝟginē rogaui purissimā : vt modū mihi sue scīssime ↄceptiōis aperiret. ipsa ꝟo rñdit. Ex Joachim ⁊ Anna parētib⁹ ppagatam: scias me ab oī petōℜ sorde fuisse pseruatam. Protin⁹ his auditis pdict⁹ frater opinionē suā deposuit. festūq3 īmaculate ↄceptiōis annuatim pdicans deuotissime celebrauit.

Ꝯ De Homelia. Lectio. vij.


Erū qr in fidei nostre articulis expssa huiusce veritatis mētio non hr̄:oppositā tenentibus partē: heresis imponere crimē: donec aliō eccl'ia statuat nō debem⁹. Ita ergo dñe nr̄e innocētiā ↄceptionis credim⁹ q̄ tn̄ ↄtrariū asserētes: hereticos non

putamus. Fidelium autem cōgruit pietati: dei genitricē nullus peccatorum sordibus contaminatā pfiteri. Audite ergo xpiani oēs ⁊ credite im maculatā conceptionē virginis gloriose.

Lectio octaua.

Sed fortasse aliquis dicat. Illi recte docēt: q̄ causas de singulis reddūt: opꝫ eñ docētē nō solū verā affirmare: sꝫ etiā illi⁹ cām assignare. idcirco disputādo pcedam⁹: ⁊ fidei nr̄e cām i mediū arguēdo pferamus. Quāto enim magis rōne nitimur: tāto maiorem verba nr̄a autoritatē sortiunt. Audi ergo veritatē doctrine q̄ imaculate cōceptiōis deuot⁹ cultor effect⁹ cōseqͥtis grāꝫ miseratiōis diuine. Lectio. ix.

Dicit btūs Tho. i. iij. pte. sum. Quos de⁹ ad aliqd eligit ita pparat ⁊ disponit: vt ad illud ad qd̄ eligunt inueniantur idonei: iuxta illud apli. idoneos nos fecit ministros noui testamēti: sed btā virgo ab eterno fuit electa diuinit⁹: vt esset mater xp̄i: vn̄ ipsa per sapientē dicit: ab eterno ordinata sum: ergo de⁹ p grām suā eā ad tā mirabile op⁹ idoneā preseruauit. Nō fuisset autem idonea mater dei: si vllo tempore vel etiam in momēto fuisset per peccatū ācilla diaboli: q2 dedecus filii parēs sineq honore: ergo mater intacta domini nostri p diuinā gratiam fuit preseruata a contagione originalis ⁊ actualis peccati.

¶ Tertia die ex dictis sanctorum doctorum.

Lectio prima.

Augustinus in lib. de natura et gratia, de virgine benedicta pfitet dicēs. Excepta sola virgine de q̄ propter honorē dñi nullā prsus cū de pctis agit hr̄e volo questionē. Scimus eñ q pl⁹ ei grē donatū fuit ad vincendū ex oi pte pctm̄: q̄ cōcipere ⁊ parere meruit quē cōstat nullū habuisse pctm̄. Hac igit ḿgine excepta si oēs scti ⁊ sctē dei cū viuerēt interrogati fuissent vtrū sine pctō fuissent: oēs vna voce dixissent si dixerim⁹ q2 pctm̄ non habem⁹: ipsi non seducim⁹: ⁊ veritas in nobis nō est.

Lectio secunda.

Sed respōdet fortasse aliquis Augustinū de pctis tm̄ actualibus loqui. Audi responsum veritatis. Angeli cū doctorē mēdacē facis. Multi eñ scti ⁊ sctē dei regnāt in celis q̄ nūq̄ actualib⁹ irretiti fuere pctis. Si ergo Augustinus de actualib⁹ tm̄ loqtur: ei⁹ ilico snia velut veritati cōtraria ab oibus reprobat. Lctō. iij.

Nobis ergo ḿbis Augustin⁹ nobis i tunare cōcedit neminē eē i regno celorum quē nō tenuerit qnq̄ catena delictorum. Aliq̄ eñ originalē tm̄ macu lā cōtraxere: sicut inocētes: ⁊ multi infantuli qui post baptismū ptinus decedentes ad celestem gloriam trāsire. Alij ḿo nō modo originali sed actualibus etiā peccatis saltē venialib⁹ sunt infecti. Sola dei genitrix ḿgo omni puritate repleta: nullo vnq̄ fuit violata peccato.

¶ De sermone. Lectio quarta.

Legitur in quodaꝫ beati Dominici opusculo q cū regularis eēt canonicus in epatu Tholosano ptra hereticos quosdā disputādo ptendit: q̄ multas ḿitati ptrarias pclusiōes asserebāt. Inter alias aūt opiniōes: hāc ppl'is pdicabāt btām. s. virginē non fuisse ab origina li vitio pseruatā. Cū ḿo beat⁹ Dñic⁹ se nō posse illis veritatē psuadere cōspiceret: taliter cū eis cōuenit: vt suas pariter cōclusiōes in ardēti fornace deponerēt: q̄ aūt ignis ardore nō deficerēt veridice putarentur. Deposuere igitur heretici suas i medio ignis conclusiones inter alia multa dicētes. Originali macula cōtaminata fuit virgo maria. In contrarium vero beatus Dñic⁹ affirmauit: stati ergo falsas hereticorum pclusiones vorax flāma psumpsit. Bti vero dñici verissima dicta i medio ardētis flāme sine vlla penit⁹ lesiōe nulloq̄ i eis ignis apparēte indicio per tres cōtinuos dies perstitere.

Lectio quinta.

In regno vngarie quidā in theologia magr̄ cōtra ḿginis intacte cōceptionē corā rege pdicauit illā sctificatā asserens non aūt sine macula fuisse pceptā: q̄ talib⁹ irreuerēter dictis: audacie sue penas perferēs ptin⁹ expirauit. In tholosana etiā ciuitate frater quidā itidem pdicare non timuit: finita ḿo pdicatiōe ad capellā quādā missam celebratur⁹ accessit. In illa aūt imago erat gloriose ḿginis in marmore sculpta: cū ergo ad altare frater ille ascēdere psumpsisset: btā dei genitrix virgo vultū valde terribilē ei ostendit ⁊ iratū: suāq̄ ab illo faciē reuoluit: ⁊ sic vsq̄ i hodiernū permanet diē. Lectio sexta.

In ducatu subaudiēsi iuxta montē scti Bernardi frater qdā videns mulieres ad cōceptiōis pdicationē pgentes icrepauit eas: dicens purissimā virginē nō fuisse a dilecto filio suo in cōceptiōe pseruatā: addiditq̄ si nō ita ē hoc i me obsecro a btā ḿgine fieri miraculū vt ab vespas emittā spiritū. Ita igit factū est. Hora etem illa inuenerūt eū alij fres suspensum per pedes ⁊ mortuum.

¶ De homelia. Lectio. vij.

Quia forsitā aliqs tacitus dicit. Audi aliā partē si vis recte iudicare: iudicantē eñ opꝫ cuncta rimari: et ordinem rerum plena inquisitiōe dis-

cutere: ideo cautillationes cōtrarias videam⁹: ꝛ aduersantia proferamus argumēta opposita eñ iuxta se posita magis elucescūt. positisqꝫ iuxta se cōtrarijs maiora a minoꝛib⁹ discernunt. Idarco phs inquit potentes ad vtrāqꝫ partez dubitare in singulis speculamur verum ꝛ falsū ꝛ alicubi. querētes veritatē sine disputatione similes sunt ꝗ ire ignorātibus. Iuriscōsultus ēt dicit disputādo melius veritas inuenit.

Lectio octaua.

Prima igit argumētatio sic pcedit Nō sunt tm̄ gliose vgis a deo illi data a nobis extollēda priuilegia vt detrahat dignitati ac grē saluatoris nostri. Sz hoc p excellentiā dño nostro Jesu xpo priuilegiū attribuitur singulare. ꝙ ipse solus de primoꝝ stirpe parentū originali nō fuit pollut⁹ feditate. Vñ Aug. inquit. Teneam⁹ fidei indeclinabilē ꝓfessionē: ꝙ solus xps sine peccato natus est in similitudinē carnis peccati ꝗ nō ita extollere debemus vginis ꝯceptionē. vt eā filio suo arbitremur equalem. Jō Aug. dicit. Nō est in filijs holm quisqꝫ sine petō excepto vno mediatore nostro.

Lectio nona.

Uius falsitas argumēti lucida ꝑt rñsione dissolui. Sz eñ iuris decreta de cōmuni lege pncipiū nemo suis vꝫ statutis alligatus. Augusta vo ab eisdē mariti sui grā censetur immunis. Xps ergo celi terreqꝫ dñs elegi ꝗ oēs Ade filios ꝓ originali scelere dānauerat. nulla fuit rōne subiectus: sz iure ipso ꝛ per sue excellentiā nature ab ol peccatoꝝ sorde extitit alienus. Beata aūt virgo orbis totius regina legis illius maledictū non ꝓ naturam: sed per filij sui gratiā preseruationis euasit. Nō igit ex imaculato virginis cōceptu dñi nrī priuilegiū tollit. ꝗ solus ꝓ naturā liber natus est a reatu. nec eqlis filio mr̄ veneranda mōstrat. immo ex eius preseruatiōe insignis et eximia nato prerogatiua confert.

Quarta die ex dictis sacroꝝ doctoꝝ.

Lectio prima.

Augustinus in li. de qnqꝫ heresib⁹ ī psona xpi loqt di. Si potuit inquinari manichee mr̄ mea cū ipaz facerē. potui ꝛ ego inqnari cū ex ea nascerer. ꝛ iterū. Hec quātū despicis manichee mr̄ mea est ꝛ de manu mea fabricata. Et alibi. Charitas fecisti vt nō solū maria nō peccaret. sz nec qdē petm̄ cogitare posset ꝛ sup cūctos eaz reseruasti ab ol labe peccati. Lectio. ij.

In sermonibus ēt dicit sūma dei sapia nullā in massa hūani gnis inuenit viā ꝑ quā vt disposuit in mūdū veniēs ei⁹ subueniret luctuose ꝯditiōi donec ad illā de ꝗ loquit vgine vētū est. Sz hec mor vt in mundū ꝑ hūani gnis lineā venit: tāta ois boni virtute ꝑfecte resplēduit vt eā dei sapia veridice iudicare: idoneā vt ꝑ ipaz in hoiez veniens nō tm̄ reatū primoꝝ parentū: sz ēt totius mundi peccata deleret.

Lectio tertia.

Dem angelicus doctoꝛ. O mr̄ dñi. sicut in prima femina abūdauit delictū: ita ꝛ in te superabūdauit ols plenitudo gratie. ꝛ iō super oēs es ignara delicti. Et iterū. Magnifica illuz ꝗ te a peccato reseruauit. Quis eñ dicere poterit sine petō suꝫ natus: aut mūdus sum ab ol iniquitate dicere audebit: nisi illa virgo prudētissima animatū tēplū dei excelsi: quā deus sic elegit ꝛ ꝑelegit añ mūdi ꝯstitutionē vt fctā ꝛ imaculata mr̄ dei esset ꝛ filia ab eterno reseruata incorrupta ab omni labe peccati.

De sermone. Lectio quarta.

In Tholosa quidā disertissim⁹ fr̄ ꝫ cōceptionis immaculate virginis puritatē ꝑdicauit. quapropter in negate testimoniū veritatis statiꝫ finita predicatiōe qdā ex insperato lupus adueniens, eū suffocādo ac dilacerādo occidit. Quidā etiā alius frater dñe nr̄e innocentiaz cōceptionis impugnās in ipsa predicatio ne cecus effectus est. Quo ad sanā mentē cōuersus miraculo btē virgini vouēdo promisit si eū illuminaret oppositū predicare qꝺ ꝛ factū est.

Lectio quinta.


Beatus Anselmus qdaꝫ in epistola miraculum hoc ita describit. Tēpore illo ꝗ diuie placuit pietati Anglorū gētē de malis suis corrigere ꝛ sue seruitutis officijs artius astringere: gloriosissimo normandorum duci Guilhelmo candē patriā debellando subegit Audientes aūt hoc daci grauiter indignati se suo quasi hereditario iure priuari: arma preparent classesqꝫ aptant vt normandos a datis diuinitus expellant patria. Hoc comperto rex prudentissimus Guilhelmus Elsinum quēdam remensis cenobij abbatem in daciam dirigit. vt huiusce rei inquirat veritatem. Elsin⁹ vero vir admodum sagacis ingenij: strenue regis negocium executus: ad angliam reuerti cupiens mare ingreditur. Cumqꝫ non modicam maris partem prospero cursu transisset: subito densis vndiqꝫ surgentibus ventis. horrida tēpestas mare cōmouit ꝛ vndas fatigatis itaqꝫ nautis nec vltra obniti valentibus fractis remis funibus ruptis: cadentibus velis: spes salutis amittit. nihil nisi submersionis sue iudicium miserabiliter expectatur.


Lectio sexta.


Um igit de salute corpoꝝ deſperati a iaruz ſolūmodo curā magnis clamoribus dño cōmē darent. et beatiſſimā dei genitricē miſeroꝝ refugiū. ac deſperatoꝝ ſpē deuote reclamarent ecce ſubito quēdā venerabilē virū pontificali inſula decoratū inter medias vndas naui ꝓximū cōſpexere. Qui talibus abbatē ꝟbis īterpellās. Uis inqt periculū euadere? Uis ad patriā ſanus redire? Cūqꝫ ipſe cū fletu id ſe toto mētis affectu appetere reſpōderet. Scias īquit me ad te a dña noſtra dei genitrice maria directū quā dulciter reclamaſti. et ſi dictꝭ meis obtēperare volueris ſanus cū comitibus tuis euades ſeuientis periculū maris. Promitte ḡ deo et mihi ꝙ cōceptionē puriſſime virgis marie ſolēniter celebrabis et celebrandā ꝓdicabis. Cūqꝫ ſe in oibus obtēperatuꝝ. Elſin⁹ ſpopondiſſet: ꝓtinus ille diſparuit. ſtatimqꝫ ſedatis rugiētis pelagi fluctibus abbas cū ſuis oibus incolumis anglicis applicuit littorib⁹. Recepte ergo nō īmemor ſalutis de cōceptiōe immaculate virginis annuatī ꝑdicās: eius ꝗ3 officiū nō mō ipſe deuoto celebrauit affectu. ſed ēt in remenſi cenobio omnibus ſue ditioni ſubiectis indixit

De homelia Lectio ſeptima.


Ecunda cōtra virginis puritatez ratio ſic inſurgit. Si nō ꝯtraxiſſet mater dñi pctm̄ originalē: nulla ī diguiſſet redēptiōe qꝛ nullū cōmiſit actuale pctm̄. Nō em̄ egēt qui ſani ſunt medico: ſꝫ male habētes. Ergo xp̄us nō fuiſſet btē ꝟgis redēptor: qꝛ lapſuz ꝓſuppōnit redemptio. Et conſequēter perfectiſſimus redemptor nūcupari non poſſet. Contrarium aūt tenet eccleſia ꝗ canit. xp̄e redēptor omniuz ergo ⁊c. Lectio. viij.


Biectionē iſtā ſnīaꝝ tertio ſubtilis doctor eliminat dicēs ꝙ xp̄us glorioſe virginis redēptor extitit per grāz preuenientē eā a pctō ꝓſeruans. ſi em̄ illā nō preſeruaſſet in originalē maculā in cōceptu cecidiſſet. Alios aūt redemit hoīes ꝑ grāz lapſū ſubſequentē. Fuit ergo xp̄s redēptor virginis bñdicte: illaȝ ſordidari nō ſinens vlla vltioꝝ feditate. et hoc ēt mō boni ſpūs nō peccauerit angelici ſpūs fuere redēpti. Uñ Ber. ſup Cāt. dicit. Chriſtus ēt angelos redemit: illos preſeruando: homines purgando. Lectio nona.



Edēptio igit virginis glioſe perfectior fuit noſtra redēptiōe. Melius em̄ eſt aliquē a vulnere defēdere ꝙ poſt vulnerationē remediū adhibere. Poſito ḡ ꝙ aliquis duos de ꝓrio vulnerādos conſpiciens: vnū ex illis adiuuaret: et a vulneratione preſeruaret: aliū ꝟo permitteret vulnerari. poſtea aūt per medicine ſubſidiū illū redderet ſoſpitati: diceret ꝓfecto vtriuſqꝫ ſaluator. ſed melius ac ꝑfectius de priori Beata igit virgo per filij ſui grām ab originali ſetore preſeruata ab illo extitit ꝑfectiſſime redēpta: et ſic obiectio nō obſtat in contrariū adducta.

Quinta die ex dictis ſacroꝝ doctorum.

Lectio prima.


Ichardus de ſancto victore in ſermone ꝗ incipit. Necdū erāt abyſſi ſic integritatē virginis bñdicte collaudat dicēs. Non decuit vt caro marie qualicunqꝫ foret obnoxia culpe. Nā dei ſapientia indignuz credimus vt quē ad lucē gentiū deſtinauit: prauitatibus et illecebris ſineret inuolui. Nec em̄ ingratus fuit matri: qui patri matriqꝫ precepit honorem exhiberi.

Lectio ſecunda.


Icet Bernardus quādoqꝫ cōtra īmaculatā beate virginis cōceptionem ſenſerit: tñ ſuis in opuſculis frequenter oppoſituz affirmauit. Hec em̄ eſt veritatis natura vt celari diutius nō poſſit. ſepiuſqꝫ cōtra voluntatē annunciet ꝓferētis. Dicit igitur deuotus doctor quodā in ſermone ꝗ īcipit. De gaudijs ad gaudia. quē in natiuitate btē ꝟginis inſcripſit. Caro marie ex Adam aſſumpta maculas Ade non admiſit.

Lectio tertia.


Dem ꝗ3 in ſermōe aſſumptiōis inquit. Quenā poterit lingua ēt ſi angelica ſit dignis extollere laudib⁹ virginē mrēȝ. Matrē aūt nō cuiuſꝗ ſed dei. Quenā vel angelica puritas virgini illi audeat cōparari ꝗ digna fuit ſacrariū fieri ſpiritusſancti et habitaculum filij dei. Hec ille. Si igit dei genitrix virgo in origināli fuit concepta pctō. Bernardi ꝓfecto ſnīa nō paruo falſitatis notaꝫ opprobrio. qꝛ ſi beataȝ virginē pctm̄ corrupiſſet. angeli ꝗ nūqꝫ peccauere noſtriqꝫ primi parētes añ lapſuz in puritate illa fuiſſent clariores. Cū ḡ dñaȝ nrām angelis in ſanctitate creaturiſqꝫ oibus Bernardus anteponat: illam ꝓculdubio ab originali ſorde aſſerit illibatā.

De ſermone. Lectio quarta


N pago gallico canonicus erat ꝗdam ordine ſacerdos beate ꝟgīs horas nocturnas nō paruo mentis affectu ſollitus decātare. Hic autez in villa quadā cum alterius vxore fornicario miſcebatur amplexu. Cum igitur ſacrilega ſatiatus libidine ſemel in medio noctis ſilentio ad opidum in quo morabatur

redire festinaret: pelagus quoddam transmeare incipiens solus nauē ingressus: dominicē matris horas nauigādo canere cepit. Cumqꝫ inuitatorium. Aue maria gratia plena dominus tecum. diceret: Et iam vsqꝫ ad medium fluminis pertransisset. Ecce demonum turba illum cum nauicula in pelagi profundum precipitē dedit: eiusqꝫ sicut promeruerat animam rapuit ad tormēta. Tertio autem die ad locū in quo maligni spiritus varijs illum cruciabant tormētis beate dei genitrix maria innumeris sanctorum vallata fulgoribus accessit. eisqꝫ talibꝰ iniquos demones conuitijs allocuta: vt q̄d mihi famulantis animam iniuste affligitis? Et demones. Nos inquiūt illā habere debemꝰ: q2 nostris in operibus occupatā deprehendimꝰ. Si illius inquit virgo pia esse debet. cuiꝰ opera peragebat: mea profecto esse cognoscitur: quoniam matutinas meas dū vos eum peremistis: decātabat: vñ magni rei estis criminis quia erga me inique egistis.

Lectio quinta.

His itaqꝫ dictis demonibus huc illucqꝫ fugientibus sanctissima virgo animā illius ad corpus detulit hominemqꝫ ab vtroqꝫ funere suscitatum arripiens de profundo pelagi ad portum incolumen adduxit. At ipse gaudio et exultatione perfusus ad eiꝰ pedes ilico prostratus. Carissima inquit domina mea: virgo gratissima: quid tibi retribuā propter tanta que mihi beneficia contulisti? Precor te ait dei genitrix maria ne ampliꝰ ī adulterina corruas feditate: festūqꝫ immaculate cōceptionis mee fidelibꝰ populis annūcians annuatim solēniter celebrare procures. Hec post q̄ beatissima virgo locuta est ad ethereas polorū sedes angelis comitata perrexit. Canonicus autē ille heremiticā ac celibem vitam ducēs: q̄d sibi acciderat cunctis audire cupientibus enarrauit: totoqꝫ vite sue tēpore intemeratum virginis cōceptū specialibus non destitit celebrare solēnijs.

Lectio sexta.

Tempore quo martinus q̄ntus Romane vrbis pontificatū tenebat quidā theologie magister Tholosani studij rector determinare ausus est beatam virginē originali fuisse peccato corruptam. qua de re in furore populi de eadem expulsus ciuitate: Romāꝫ veniens: apud summum pontificem de illata sibi iniuria conquestus est. conclusionem suam asserens publice velle disputatione tutari. Audiens autem hoc memoratus antistes. diem certe disputationis indixit. Collectoqꝫ maximo doctorum conuentu cum frater ille non veniret: missus est qui eum nuncius aduocaret. Fratres igitur apud quos gloriose virginis inimicus hospitatus fuerat ad eius cellam pergentes ipsum mortuum reperire interiora ventris non habentem: sicqꝫ beatissima virgo hostis sui argutias debita mulctatione confudit.

De homelia. Lectio septima.

Quanto pluries aurum per ignē transit tanto maiorē acquirit claritatem. Idcirco immaculatā iterū b̄te virginis cōceptionē in ardenti disputationis flamma reclinemus quo eius puritas ampliꝰ elucescat. Sic itaqꝫ arguamꝰ. Gloriosa virgo maria fuit in vtero matris sanctificata. Unde de illa canit ecclesia. Sanctificauit tabernaculum suū altissimus. Cum igitur ab actuali mortali aut veniali crimine quod non commiserat sanctificata non fuerit: ergo ab originali. Sanctificare enim est de non sancto sanctum facere: ergo ꝛc.

Lectio octaua.

Intelligens vocabuli significationem perpēdet de facili argumentationis huiꝰ solutionē. Sanctificare enim multis accipitur modis. Primo sanctificare idem est quod in gratia confirmare: ꝛ hoc modo beati dicuntur sancti: quia sunt in domini gratia confirmati. Dicta ergo autoritas: sanctificauit tabernaculū suum altissimus: de hac potest sanctificatione intelligi: beata etenim virgo sicut in sui conceptione filij: ita in dei fuit gratia confirmata vt amplius peccare non posset: ꝛ sic predicata autoritas de gratie confirmatione intellecta non arguit dominam nostrā in originali peccato fuisse conceptam.

Lectio nona.

Alio etiam modo aliquis sanctificari dicitur: qui ab omni impudico actu abstinens: deo seruit ꝛ ministrat in omni sinceritate cordis ꝛ virtute. Et hoc mō mulieres quedā sanctimoniales nuncupantur. Oēs etiā boni eccl'ie ministri dicunt̄ sc̄ti. Et iō Augustinꝰ Hieronymus ꝛ Ambrosiꝰ ep̄os suis ī ep̄lis sc̄tissimos appellāt. Q2 igit̄ b̄ta v̄go maria oībꝰ extitit v̄tutibꝰ redimita totiusqꝫ speculū sc̄titatis. oī etiā vite sue t̄pe diuine dedita seruituti āgelicā potiꝰ vitā ducēs q̄ humanā Ideo nō immerito de illa dr̄. sc̄tificauit tabernaculū suū altissimꝰ. Istas eni virtutes ꝛ sc̄timonias sibi ꝯtulit altissimꝰ: a q̄ oē datū optimū: ꝛ oē donū pfectū descēdit. Nihil ergo hec autoritas sc̄tissime derogat v̄ginis cōceptioni.

Sexta die ex dictis sacrorum doctorum.

Lectio prima.



Augustinus exponens illud Genesis. iij. Ipsa conteret caput tuum: sic beatam virginem commēdat dicens. Cum subiectio originalis peccati caput sit diaboli. tale caput Maria contriuit: q2 nulla

peccati subiectio ingressum habuit in animaz virginis: ideo ab omni macula immunis fuit. Marie etiam innocentiam angelica salutatio demonstrat dicens. Aue quasi sine vhe: idest si ne peccato: deinde ꝓsequens addit gratia plena. Nō foret autem plena gratia: si preseruationis illi gratia defuisset Augustinus. In celo qualis est pater talis est filius: sic ꝛ in terra qualis est mater ſm carnem: talis etiam est filius. hec ille. Qui ergo matrem dñi in cōceptu asserit maculatū: eius quoqꝫ filiū originali predicat vitio sordidatum.

Lectio secūda.

Bernardus. Quicqd alij licet paucissimis est concessum: nō est credēdū gloriose virgini fuisse denegatum. Cum igitur pꝛimi parentes nostri sine vlla fuerint feditate procreati: aut proculdubio Bernardi fallax sentētia: aut virgo ṽginū dei genitrix maria originali, fuit iusticia decorata. Augustinus. Maria mř christi electa est ꝛ super omnes creaturas ꝑelecta omnibus gratijs secūdata oībus virtutib⁹ ornata: oī sanctitate in vtero matris repleta ꝫvt de mūdissima matre mūdissimus nasceretur filius: qꝛ sicut in celo habet patrem immortalez sic ꝛ in terra habuit matrem omni corruptione carentem.

Lectio tertia.

Dominicus. Sicut pꝛimus Adaz fuit ex terra virgine ꝛ nūqꝫ maledicta format⁹: ita decuit in scdo adā fieri. Hieronym⁹. Et si i sanctis patribus ꝛ ꝓphetis gratia fuisse credatur: non tamen eatenus plena. In maria enim totius gratie que i christo est venit plenitudo. ꝗꝗ aliter ꝛ aliter: hec ille. Aliter et aliter dixit qꝛ qd xp̄s habuit ex natura: hoc beatissima virgo ex filij sui ē gratia consecuta. Non ergo dño nostro inferre credamus iniuriā: si benedictā illius matrē ab oī scelerū fetore dicim⁹ illibatā. Diu⁹ em̄ Hiero. inqt. Nulli dubiū qn totū ad laudē xp̄i ptineat quicqd digne genitrici sue impensuz fuerit ac solēniter adimpletum.

De sermone. Lectio quarta.

Temporibus Karoli regis Francorum clericus quidam ordine leuita vngarie regis german⁹ beataz dei genitricē Mariā toto corde diligens: ei⁹ deuotissime horas decātabat. Hic parentum suorū consilio nubere volēs adolescētulā quādaz valde pulchrā accepit in spōsam. Facta igit a pꝛbyte ro nuptiali bñdictiōe: sacrisqꝫ missarum expletis mysterijs recordat⁹ est se eiusdē beate virginis marie horas die illa iuxta morē nō cantasse. quapropter oēs ab ecclesia discedere mandans. spōsam ꝓo suam domū deduci faciēs ipse solus iuxta dñi altare remansit. Cūqꝫ beata virginis horas decantās antiphonam illam. Pulchra es et decora, filia hierusalem diceret: apparuit ei dei genitrix virgo pꝛssima. benignaqꝫ illum facie est talibus allocuta. Si ergo pulchra sum ꝛ decora: quid est ꝙ me dimittis ꝛ aliā spōsam me derelicta ducere concupiscis? Nūquid nō ego suz pulchrioꝛ illa: nūqd nō ego suz optime formosa: nunqd nō ego sum valde decora: Ubi vidisti tam pulchrā.

Lectio quinta.

Ad hec clericus ille defixis in terrā oculis. Dña inquit mea: similitudo tua oēm mūdi pulchritudinē excedit. Tu es super choros angeloꝝ eleuata. Tu es super celos celoꝝ exaltata. Quid vis ergo vt faciā? Ait illa. Si carnalē spōsaz amore mei dimiseris: me in celesti regno sponsam hře gaudebis. Et si cōceptionis mee festū a cūctis xp̄i fidelib⁹ celebrandū predicabis: mecum in filij mei palatio laureatus triumphabis. Talibus eroꝛsa dictis ad celestia regna ṽgo se bñdicta recepit. Clericus vero domū redire cōtemnēs: ad quandam ꝓtin⁹ extra patrie sue terminos abbatiā properās: monachali habitu decoratus est. Post exiguū aūt tēp⁹ dñe nře intercedētib⁹ meritis: ad aqlegie pꝛiarchatū assumpt⁹ i maculate ↄceptiōis festū a cūctis celebrandū ꝑdicās. Cū ꝓprijs etiā octauis solēnib⁹ annuatim exornauit officijs.

Lectio sexta.

Iamquoqꝫ figurationis Marie puritas demōstrat. In Genes. enim sctā trinitas dixit. Nō est bonum hoiem eē solū. Faciam⁹ ei adiutoriū sĩe sibi. i. sine pctō. Hoc aūt in redēptiōis hūane figurā factū ē. Hinc Bern. i sermone assumptiōis indt. Et qdē ad restaurationē hūani gñis sufficere poterat sol⁹ xp̄s. Si qdē oīs sufficiētia nřa ex ipo ē: sed bonū nō erat nobis hoiem esse solū: ↄgruū magis erat vt adesset nře redēptiōis sex⁹ vterqꝫ quoꝝ corruptiōi neuter defuisset. Hec ille. Sicut ego xp̄s redēptoꝛ nř sine originali extitit: ita reparatrix nřa maria redēptoris mř intacta: illi filis in hoc fuisse cōprobatur.

De homelia. Lectio septima.

Alio modo sanctificare significat idē quod sanctum demonstrare. Et in hoc sensu loquitur saluatoꝛ noster patri suo dicens sanctifica me pater. i. sanctitatem meaz omnib⁹ demōstra. Hoc igitur modo beatam virginez sanctificauit altissimus: que eius sanctitatem per orbem vniuersuz immuneris prodigijs de-

claravit. Põt ⁊ aliter dici. lz hoc aliq̃liter dñe
nr̃e deroget dignitati. sanctificauit tabernaculũ
suũ altissim⁹ nõ ab origiali pctõ qd nõ ꝯtrerat:
sed a fomite originalis peccati. q: corpus glio
se ꝟginis ex semine infecto. vt quidã referũt ꝓ
pagatũ. aliquã ſm eos cõtraxerat feditatẽ a q̃
sanctificauit illud altissimus ante bñdicte ei⁹
anime infusionẽ. Lectio octaua.

P Otest ⁊ aliter ꝓpter cõtentiosos re
spondere. sanctificare idem est qd
de nõ sancta sanctũ facere. Hoc aũt
aggregatũ nõ sanctus põt duplici-
ter intelligi. priuatiue scz ⁊ negati
ue tm̃. Primo mõ dr̃ nõ sanctus priuatiue q̇ hz
oppositum sanctitatis. sicut hoc mõ diceretur
nõ videns q̇ esset cecus. ⁊ talis nõ fuit ꝟgo glo
riosa. ideo hoc mõ non fuit sanctificata. Alio
mõ dr̃ nõ sanctus negatiue tm̃. qui non hz actu
sanctitatẽ. lz non habeat oppositum sanctita-
tis. ⁊ hoc ẽt modo xp̃s quoad humanitatẽ i sue
cõceptionis instanti sanctificatus agnoscit̃ q̇
de semetipso inquit. quez pater sanctificauit.
In tali ergo sensu loquit̃ ps. dum canit. sancti-
ficauit tabernaculũ suũ altissimus. i. virginem
immaculatã in cõceptione sua omni sanctita-
tis benedictione repleuit. Lectio nona.

H Oc autem diuine concedẽs extitit
maiestati. De⁹ eñ vt phorum vtar
sententia in oĩbus generũ specie-
bus aliquod singulare indiuiduũ
perfecit ceteris excellentius quod
aliorum oĩm metrũ esset et mensu
ra. ex quo ineffabilis eius sapientia monstrare
tur. In elementis ignis primatum tenet. in
astris sol. in angelis lucifer. in iumentis bos.
in bestijs leo. in auibus aquila. in piscibus
syrena. in hominibus christus. Condecens
ergo altissime extitit maiestati vnam perfe-
ctissimam ⁊ sine macula condere mulierem
que mũdicia ac virtute incomparabilis inter
alias velut matutina stella innocentia ⁊ puri-
tate radiaret. Hec autem excellentia nulli me-
lius competere potuit q̃ꝫ matri domini nostri.
Ergo verax est opinio de immaculato conce-
ptu virginali ⁊c.

¶ Septima die ex dictis sacrorum doctorum.

Lectio prima.

A Nselmus in libro de exordio huma
ne salutis illibate virginis ꝯceptio
nem originali iusticia decoratam si
mili tudine nõ incongrua compro-
bat dicens. Si q̇d originalis pecca
ti in ꝓpagatione matris dei extitit illud ꝓpa-
gantium nõ ꝓpagate fuit. Deus eñ qui casta
nee confert vt inter spinas: ⁊ a spinis remota
concipiat̃ alat̃ ⁊ formet̃. non potuit hoc facere
mr̃i sue. plane potuit ⁊ voluit. q: si voluit ⁊ fecit.

Lectio secunda.



I Dem in libro de conceptu ꝟginali
sic inquit. Decuit vt cõceptio illius
hominis de matre fieret purissima
tãta puritate qua sub deo nequeat
maior intelligi. cui deus pr̃ vnige-
nitũ suũ quẽ de corde suo genuerat equalẽ sibi
ita dare disponebat vt esset naturaliter vnus
idẽq: dei pr̃is ⁊ virginis filius. ⁊ quã sibi filius
ipse substantialiter matrem facere eligebat et
de qua spũssctũs operatur⁹ erat vt ex ea con-
ciperetur ⁊ nasceret̃ ille de quo procedebat.


Lectio tertia.

I N epistola etiam ad coepiscopos
anglie profitetur dicens. Non pu-
to verum esse amatorez virginis q̃
celebrare respuit festum sue conce-
ptionis Alexander ẽt de ales q̇ irre
fragabilis theologus nũcipat̃: in vltimo vite
sue cõstitutus trãsitu exponens illud Cañ. iiij.
capi. Tota pulchra es amica mea ⁊ macu-
la non est in te de virgine gloriosa cecinit di-
cẽs. Maria domina mea. tota pulchra es ⁊ for
mosa ⁊ macula originalis aut actualis pecca-
ti in te nunq̃ꝫ fuit. Et hec dicẽs deuotus doctor
benedicte virgini se cõmendans feliciter mi-
grauit ad dominum.


De sermone. Lectio quarta.



T Lia dꝫ figura per sapiente Eccle
siasticum scripta est qui in beate
virginis persona proloquitur di-
cens. Ego quasi myrrha electa de
di suauitatẽ odoris. Myrrha a se
⁊ ab alijs vermiũ putredines ex-
pellit. Hec aũt ꝓprietas dñe nr̃e nõ bñ ꝯgrue-
ret si aliq̃n a vermibus. i. demonibus ꝑ origina
le petm̃ corosa fuisset. Ibidem etiã p̃dictus sa-
piens subnectit. ⁊ quasi plãtatio rose in hieri-
cho Rosa eñ de spinis nascit̃ ⁊ tñ spinã nõ hz.
sic dei genitrix maria ꝯnuta de iudea q̃ vtiq:
peccatis spinosa erat nata sit: nullũ tñ spine. i.
peccati aculeũ sensit. Lectio quinta.



S Alomon ẽt in canticis exclamat di
cẽs. Que ẽ ista q̃ ꝓgredit̃ q̃si aurora
cõsurgẽs? Aurora a lumine icipit ⁊
semꝑ i lumie crescit q̃usq: soli iūgat̃
⁊ nũq̃ꝫ lumie ꝑuat̃. Sic maria ꝟgo
purissima a lumie diuie gratie i ꝯceptiõe sua i
cipiẽs nullis vnq̃ꝫ ẽ pctõꝝ tenebris obscurata.
sz semꝑ in virtutũ oĩm claritate succrescẽs. tan
dẽ cũ sole iusticie dulcissimo filio suo. i celesti
gloria mirãdis circũdata fulgorib⁹ est ꝯiũcta.
Jõ eius claritatẽ intuens Esa. dicit. Sicut
lux meridiana clara est. Lectio sexta.



H Anc igitur virginis excellentiaz ani
maduertens Augustinus. eam: col-
laudat dicens. Quis laudes beatis-
sime virginis digne decantare va-
leat? Facta ẽ eñ maria janua celorũ. sublimas

tio apostolorũ: latus martyrum: iubilatio cõfessorum: cõtinentia virginũ: norma principũ iusticia regũ salus oim populo℞. Facta ẽ maria gloria viduarũ. gaudiũ angelorũ requies aiarum. Facta est maria salus morũ mors criminũ vita virtutũ virtus pugnantiũ palma victorũ. Facta ẽ maria excelsa sup sydera. sãctior sup oẽs femĩas cuius vita inclyta cunctas illustrat ecclesias. Absit ergo rem istã facere vt imponamus crimen glorie nostre.

¶ De Homelia. Lectio septima.

Vltima cõtra beatã virginẽ ꝓcella sic fluctuare cõtẽdit. si l apostoli sententiaꝫ omnes peccauerunt in adam. Cũ ergo beata virgo de primorũ parentũ stirpe ꝓcesserit cõcludẽdũ videt̃ ꝙ etiã ipsa pctm̃ originale cõtraxit. Qui eñ totũ dicit nihil excludit. Aug. ergo dei genitrix peccasse, cõiungitur aut apostoli sentẽtia falsitatis assertiua cõprobatur. Lectio octaua.

Et apostoli verax affirmatio: ꝛ cõclusioni nostre minime contraria reperit̃. Aut eñ aplm̃ vlla sine cõmetatione intelligis: aut ecõtrario. Si generaliter apl'i verba sine glosa exponẽda existimas oẽs peccauerũt in adã ergo ꝛ xp̃s qui ꝛ ipse ex adã ꝓpagatiõe descẽdit. Hoc aũt esset hereticũ ꝓfiteri. Si ergo aplm̃ glosare intendis. equem⁹ in glosando lanceas ꝛ de pari ꝓcedemus. Tu inquies oẽs peccauerũt in adã preter xp̃m per naturã: ꝛ ego: ꝛ p̃ter beatã virginẽ p grãꝫ. Sciẽduꝫ ergo ꝙ regula vniuersalis termini. q̇ ꝓ singulis distribuit suppositis diuinarũ scripturarũ pagina nõ seruat. q̃ logicalibus nõ est subiecta disciplinis. vl'eꝫ itaqꝫ terminũ ꝓ maiori tantũ suppositorũ parte nõ ꝓ oĩbus in sacra scriptura plerũqꝫ intelligi oportet. vñ de filio ꝓdigo ad Damasum papã Hie. inq̇t. Modus est scripturarũ oẽ nõ ad totũ: sed ad partẽ referre maximã vt ibi. oẽs declinauerũt simul inutiles facti sunt. ꝛ alibi: oẽs q̇ venerũt ante me fures fuerunt ꝛ latrones. ꝛ Paulus ad Co℞. inquit. oĩb⁹ oĩa fact⁹ sum. vt oẽs lucrifacerem. ꝛ ad Phil. omnes eñ q̇ sua sunt querũt: non que iesu xp̃i.

Lectio nona.

Hec etem̃ v̱ba sic generaliter ꝓlata cũ his glosis itelligi opꝫ. Oẽs declinauerũt simul inutiles facti sunt. s. qui diuina mãdata seruare noluerunt. oẽs q̇ venerũt ante me fures fuerũt ꝛ latrones. s. q̇ a me missi nõ fuerunt oĩbus oĩa fact⁹ suꝫ: scꝫ q̃ fꝫ deũ fieri potuerũt. oẽs que sua sunt querũt: nõ que iesu xp̃i. s. q̇ sunt a charitate separati. Propheta etiam dicit. omnis homo mendax. scilicet nisi eius a spirusancto eloquia procedant.

Illud ergo apostoli. omnes peccauerũt in Adã exponẽduꝫ est. s. qui nõ p diuinã grãm fuere ꝓseruati. sed ab adaꝫ fm̃ cõmunẽ ꝛ nõ priuilegiataꝫ legẽ ꝓpagati sunt. Talis aũt nõ fuit mater dñi nr̃i. ergo nõ infecit eam macula originalis peccati. Si quis aũt docto℞ beatã virginẽ ab originali peccato sanctificatã asseruit. per gratiaꝫ scꝫ peruenientẽ intelligi opꝫ. Si v̱o solum xp̃m sine peccato tradidit extitisse exponi operepreciũ est per sui scꝫ essentiã ꝛ naturarum. beata aũt virgo p filij grãm preseruantẽ. Qḋ si fortasse oĩno eã pctõ maculatã scto℞ aliq̇s suis in operibus inscripsit. respõderi poterit Augustini illud ad Vincincẽtiũ de scripturis sanctorum doctorũ. Tale inquit genus scripturarum a scripturis canonicis distinguendũ est. nõ eñ ita in eis testimonia ꝓferunt̃ vt cõtrarium sentire nõ liceat. Iubilemus ergo oẽs ꝛ exultem⁹ ꝓpter immaculataꝫ dñe nostre conceptionem. Valde etem̃ nobis ꝓfuit beatissimaꝫ virgineꝫ non fuisse p originale pctm̃ diuine maiestatis inimicã. que eñ nullo vnq̃ tẽpore vel momento deum ostendit. sed semper in illius gratia ꝛ dilectione ꝑmansit apud ipsum cõfidentius intercedẽs ipsius benignitatẽ ꝛ miaꝫ ꝓ nobis facilius impetrabit. In octaua oĩa dicant̃ de die p̃terea que sequunt̃. In p̃mis. vesperis añ. Virgã virtutis sue misit dñs ex syon dominare in medio inimicorũ suo℞ all'a. Añ. Sit nomen domini benedictũ ꝓpter immaculatã virginis conceptũ all'a. Añ. Propter domum dñi dei nostri faueamus oẽs virgis puritati all'a. Añ. Beatus qui te diligit o Maria: non cõfundetur cum loquetur inimicis suis i porta all'a. Añ. Qui dat niuem sicut lanã: ab originali peccato preseruauit mariã all'a. ℣. Dominus custodite ab omni malo all'a. ℟. Custodiuit animaꝫ tuaꝫ dominus all'a. Ad magnificat añ. Quã pulchra es amica mea colũba mea, imaculata mea: odor vestimentorum tuorum super omnia aromata all'a all'a all'a.

¶ Ex dictis sacrorũ doctorum.

Lectio prima.

Beatus Thomas in expositione angelice salutationis imaculatã virginẽ exaltat dicẽs. Maria purissima fuit quãtũ ad oẽm culpã. quia nec originale nec mortale nec veniale peccatũ incurrit. Idem quoqꝫ in primo sententiarũ inquit. Puritas intendit̃ p recessum a cõtrario. ꝛ ideo potest aliquod creatum inueniri quo nihil purius esse potest in rebus creatis sine vlla contagione peccati. Et talis fuit puritas beate virginis que a peccato originali et actuali fuit immunis. tamen ista puritas fuit sub deo inquantum erat in ea potentia ad peccandum. ℟. Que est ista que processit sicut sol: ꝛ formosa tanq̃ hierusalem. Viderunt eaꝫ filie

syon ꝛ

syon et immaculatã predicauerunt eam alľa. ℣. Non tetigit eam abimelech:sed ipsa confregit caput eius. Uiderunt. Lectio secunda.

Sancta quoq₃ mater ecclesia in festo visitationis beate virginis eam magnificat dicens. Beatissima virgo dei genitrix Maria a suis est primordijs dño cõsecrata. Et iterum. Hec est illa de qua sacra canunt eulogia. Mulier amicta sole lunã sub pedibus habẽs stellis coronata duodenis. Tãte laudes virginis hũana lingua exprimere nõ sufficit:nec etiã sancti ⁊ iusti illã in cuius ille quem celi nõ capere poterant se contulit aula virginali:dignis laudũ preconijs ad plenum efferre potuerũt. Alibi etiam canit. Sancta et immaculata virginitas q̃bus te laudib⁹ efferã nescio. Si ergo iuxta ecclesie testimoniũ tanta est intacte virginis puritas vt verbis exprimi nõ possit:nõ parum profecto errare conuincit: qui originali illã macula deturpatã fuisse arbitratur. ℟. Ornatã monilibus filiã hierusalẽ dñs cõcupiuit. Qui ab originali macula eam preseruauit alla. O gloriosa dña excelsa super sydera:que nec primã similẽ visa est nec habere sequẽtẽ:sola sine exẽplo placuit virgo xpo. Qui ab originali. Lectio tertia.

Infideles etiam beate virginis excellentiã denegare non audent. vnde in alchorano Machometi dicit. Nullus est ex Adam quin tenuerit cũ sathan preter Mariam ⁊ filium eius. Acquiesce igitur christiane ne infideli crudelior erga dominam nostrã esse cõproberis matris sue puritatem ita zelatus est dñs q̃ etiã infidelibus ipsam noluit esse reconditã. Tantũ ꝓo etiam a paganis gloriosa dei genitrix veneratur q̃ illius blasphemator horribili protinus morte pernecatur.. Erubesce igit christiane qui dñi tui matrẽ tot quotidie blasphemijs ad iracũdiam prouocas. tot turpibus cõtumelijs exagitas. tot periurijs impudenter illam notare presumis. Deposce igit suppliciter veniã tui criminis ante vltionẽ. Relique cõsuetudinis inique proteruiã:quia nouit dña mutare sententiam si tu volueris emendare delictum. ℟. Quacũq₃ hora ingemuerit peccator oim iniquitatũ eius quas operatus fuerat:nõ recordabor Alľa alľa. ℣. Maior est enim misericordia mea q̃ omniũ hoim miseria Alľa alľa.

De sermone. Lectio quarta.

Dum magister Alexander de ales adhuc secularis existens in vniuersitate legeret parisiẽsi:noletq₃ immaculatũ pijssime virginis celebrare conceptũ. Uolens illum gloriosa dei genitrix maria ad sanam reuocare sententiã:dum quadã conceptionis die predictus doctor suis legere cepisset discipulis:tantis illum percussit infirmitatib⁹ vt omnibus veluti mortuus videretur. Cum autem Alexander in sua permanẽs sentẽtia beate virginis innocentiã adhuc cõfiteri despiceret. alio quoq₃ anno dum in eodem conceptionis die perlegeret easdẽ protinus infirmitates incurrit. sicq₃ frequẽtatis vicibus in eodẽ festo in horribiles annuatim infirmitates incidebat. Quãobrem a suis monitus discipulis ne gloriose virginis intemeratã cõceptionem impugnaret:ad seipsum in eadẽ existens infirmitate reuersus:deuote vt potuit regine celi vouendo promisit:si optatam illi dignaretur afferre salutem pulcherrimũ se aliquod opus ad sue gloriã cõceptiõis editurũ. Emisso igitur voto ad pristinam protinus redijt sanitatem. Tanti ergo nõ immemor beneficij egregium quoddã volumen melliflue cõceptionis inscripsit. immaculatumq₃ benedicte virginis conceptũ multis comprobãs rationibus totũ fuisse falsum predicat quicquid cõtra illibate virginis conceptionem suis vnq̃ in operibus affirmauit. ℟. Uenient ad te qui detrahebant tibi:⁊ adorabunt vestigia pedum tuorũ. Alľa alľa. ℣. Uirga enim tua atq₃ correctio tribuit intellectũ ⁊ sapientiam. Alľa alľa. Lectio. v.

Exemplis etiam naturalibus dñe nostre puritas demonstrat. Sicut enim solares radij super lutum descendẽtes ab illo deturpari nõ possunt:sed ipsum potius illuminare noscunt. Sic et ala beate virginis super lutum humane nature descẽdens a luto originalis culpe sordidata nõ fuit:sed totam potius humanã naturã illustrauit. Sicut etiã aurum in visceribus terre non corrumpit:sed magis perficit:sic benedicta virgo in matris visceribus corrupta nõ est vlla macula:sed potius a spiritusancto sanctificata. Ram⁹ quoq₃ a bona arbore prouenięs: in malã arborẽ insertus nõ inficitur ab ea:sed potius illi perfectionem tribuit. Sic anima gloriose virginis a deo ꝓueniens inserta in corpus etiã ex semine infecto propagatum maculata nõ fuit:sed ipsum poti⁹ multimoda perfectione repleuit. Hec autẽ oia filij sui gratia fuere perpetrata. Nullus enim tam crudelis tanq₃ impius reperitur:qui si matrẽ suã facere possit eam perfectissimã facere nõ cõtẽdat. Dñs ergo noster omni pietate repletus qui benedictã virginẽ de qua erat nasciturus summo studio et arte fabricauit:profecto sanctissimũ illud tabernaculum tanta claritate decorauit:vt nihil nobilius/nihil excellẽtius/nihilve puri⁹ in toto orbe terrarũ valeat cogitari. ℟. Fac mihi sanctuarium et habitabo in medio eorum arcam de lignis sethim compinge ⁊ deaurabis eam auro mundo intus ⁊ foris. Alľa alľa. ℣. Elegi et sanctificaui locum istum vt sit nomen meũ ibi in sempiternũ:vt permaneãt oculi mei:et

coꝛ meũ in cunctis diebus. alleluya alleluya.

Lectio. vj.

SI quis aũt impotẽtiã in Chꝛiſto obij-ciat audeatqꝫ temerarie blaſphemãdo aſſerere ipſum chariſſimã matrẽ ſuam non potuiſſe a peccato cuſtodire. huic tãqꝫ pe-nitus ignaro rñdendũ non ducim⁹. Qui enim trium pueroꝝ non ſolũ coꝛpoꝛa ſed etiã veſti-mẽta inter vehemẽtiũ flãmas ignium ſeruare potuit illeſa: ⁊ Ionã in vẽtre ceti cuſtodiuit in-columẽ. Danielẽ etiã hoꝛribiliũ in medio leo num ſaluauit intactũ. Matrẽ quoqꝫ ſuã pſer-uare potuit ab omni peccato incoꝛruptã. Hec aũt pſeruatio glorioſe virgini nõ mediocriter pfuit. homini enim per peccatũ maculato di-xerat dñs. cinis es: ⁊ in cinerẽ reuerteris. Bea ta igitur virgo a peccato pſeruata: nec a ver-mibus eſt coꝛroſa: nec in cinerẽ reuerſa. Omni etiã mulieri filios pcreãdi propter peccatum inflixerat dicẽs. In doloꝛe paries. Dña aũt no ſtra nulli⁹ peccati cõſcia vllo ſine doloꝛe: imo cum ineffabili gaudio dulciſſimũ filium ſuum parturiuit. O igiẽ Maria virgo puriſſima. O Maria innocẽtiſſima. O Maria omni ſancti-tate repletiſſima miſerere obſecro mihi ſeruo tuo qui tantũ anxius ſum de honoꝛe tuo. zelus enim puritatis tue comedit me. Obſecro te o regina celoꝝ: domina angeloꝝ: mater miſeri-coꝛdie: fons indeficiẽs diuine clemẽtie: vt no-bis famulis tuis qui immaculate cõceptionis tue venerãda ſolẽnia colim⁹: impetrare digne ris a dilecto filio tuo anime ſanctitatẽ ſanita-tem coꝛpoꝛis fructuũ terre vbertatẽ: omniũqꝫ delectabiliũ abundãtiã: omnes etiam diaboli inſidias ⁊ fraudes a nobis expellas: ⁊ cõtra ad uerſa omnia nos cuſtodiẽs: ad vitã poſtremo perducas eternã. ℞. Cõgratulamini mihi oẽs qui diligitis dñm. Quia cũ eſſem paruula pla cui altiſſimo. alla. ℣. Ego ex oꝛe altiſſimi pdij pꝛimogenita. ego in altiſſimis habitaui: et in omni pplo ⁊ gente pꝛimatũ tenui. Quia.

De homelia. Lectio. v.

est. Uirgines que vere virgines sunt semꝑ so-
lent esse pauide.⁊ nunq̄ secure. Et vt caueant
timenda:etiā secura pertimescāt scientes se in
vasis fictilibus thesaurum portare ⁊ nimis ar
duum esse inter homines:vt angelū viuere. et
in terris more celestium cōuersari ⁊ celebrem
agere vitam. hec ille. Cognoscens igitur bea-
tissima virgo verā esse sentētiā Hieronymi ad
Eustochiū dicentis. Raro cogitatur in mente:
quod exteriores sensus nō nutriūt. Hec enim
sunt fenestre. Hec ostia q̄ si non clausa fuerint
morti patet introitus et nil nisi funeste ingre-
ditur. In silentio autē ⁊ clausura ac quiete co-
gitationes peruerse vitantur. Seruauit sem
per illud quod idē Hierony. eidē Eusto. scribit
dicens. Caue ne domū exeas. s. sine magna ne
cessitate vel vtilitate. et ne velis videre filias
regionis aliene. q̄uis fratres habeas patriar
chas ⁊ Israel parente literis. Nam dina domū
egressa corrūpitur. Nolo igitur te spōsum q̄re
re ꝑ plateas. nolo te circūire angulos ciuitatꝭ.
Spōsus em̄ in plateis inueniri nō potest. hec
ille. Ipsa nāq; virgo bn̄dicta a tertio anno eta
tis sue vsq; ad tēpus quo nupta fuit semꝑ i tē-
plo stetit ⁊ inde nō discedebat. Unde ambrosi⁹
super Luc. exhortatur dicēs. Disce virginem

moribus. disce virginē verecūdia disce virgi= ne oraculo solam in penetralibus. quam nemo virorum viderat angelus reperit solā sine co mite solā sine teste ꝛc. Que omnia faciebat in= ter alias causas vt suam perpetuā virginita= tem illibatam per omnia conseruaret. Qđ au tem hoc timorationis ornamentū excellenter fuerit i beata virgine ptꝫ Luce. j. vbi dr̄ q̄ cum esset ab angelo salutata: turbata est turbatio= ne quidē nō furoris sed pauoris. Et ratio fuit. quia vt dicūt doctores in. iij. di. iij. apparuit ei in specie humana. virginū autē est trepidare: ꝛ ad omnes viri ingressus pauere. omnesq̄ vi rorum affatus vereri. vt dicit glo. sup predicto Luce. c. De hoc autē ornamēto sponse celestis inquit Ambrosius sup Lucam. Discite virgi= nes sacre nō circūcursare per alienas edes. nō demorari i plateis. nō aliquos in publico mis= cere sermones. Maria i domo sera festinat in publico mansit apud cognatā suā etiam trib⁹ mēsibus. nō q̄ domus eā delectaret aliena: sed quia frequentius videri i publico displicebat.

¶ De nona conditione sponse celestis que dicitur pudorositatis. F



Onum ornamētum quod habe re debet sponsa dicitur pudoro sitatis. nō eñ debet esse de illis de quib⁹ Juuenalis inquit. Hic nullus verbis pudor aut reue= rētia mēse: sꝫ dꝫ esse verecūda. Vñ apl's ad Timo. ij. ait mulieres sint cū vere cūdia: ꝛ sobrietate se ornātes. Debēt eñ vere= cūdari facere aliqđ inhonesti tā i secreto q̄ in publico. Unde Hiero. ad demetriadē de virgi nitate seruanda inquit. Quicquid pudet dice= re pudeat etiam cogitare. licet aūt dicat Pam philus poeta. Nam venit a sola rusticitate pu dor. hoc est falsum de pudore verecundie que est virtus. De qua Ualerius maximus. lib. iiij. inquit. Uerecundia parens est omnis honesti. magistra innocentie. chara proximis. accepta alienis. omni loco omni tempore fauorabilem proferens vultum. hec ille. Maxime autē hec virtus conuenit iuuenibus. Ait enim Seneca ad Luciliū epistola. xj. Uerecūdia in adolescē te bonum signum est. Et idem epistola. xxvj. di cit. nutriendus igitur pudor: qui q̄diu in ani= mo durauerit. aliquis bone spei locus erit. Di uus quoq̄ Ambrosi⁹. in. j. de officijs inquit. In adolescētibus verecundia velut quadā nature dos cōmendatur. ꝛ est prima disciplina. hec in ipso corporis motu. gestu. ꝛ incessu tenēda est. habitus enim mētis cernitur in statu corporis et vox quedā est animi corporis gestus vel mo tus. In ipso quoq̄ corporis decore verecundia plus eminet. hec ille: qui etiam ibidem ait. Ue recūdia est verba feda superfluaq̄ reprimere. Et Quintilianus libro. viij. de oratoria insti.

dicit. Nihil est ad conciliandum animos gra= tius verecundia. Et ideo Seneca. in. ij. decla= mationum inquit. Efferat matrona oculos ta= centes in terram. ꝛc. Quod quidē faciebat ma trona nostra virgo benedicta omni verecūdia et pudore sancto repleta. Unde fuit illa mulier de qua ecclesiastici. xxvj. dicitur gratia sup gra tiā mulier sancta ꝛ pudorata. Ipsa enim adeo pudorata ꝛ sancta fuit q̄ nunq̄ aliquid vel mi nimū quod sancto pudori non cōueniret pere= git. immo nec vnq̄ cogitauit aut dixit. Serua uit nāq̄ illud Ambrosij in. j. de officijs dicētis. Pulchra virtus est verecundia et gratia sua= uis. que non solum in factis: sed etiam in ipsis spectat sermonibus. vt nec modū progrediā= ris in loquendo. nec quicq̄ indecorū resonet in sermone. speculū nāq̄ mentis plerumq̄ in ver bis refulget. hec ille. O igitur verecundissima dei sponsa: tu non fecisti sicut multe nostri tem poris virgines nuncupate que in portis manē tes vel per terras vagantes: vultus hominū inuerecunde aspiciunt. iuuenes libenter allo= quuntur. cum eis rident. triumphantur: et la= dunt fictactib⁹ ꝛ gestis dissolutis multa in ho nesta faciunt. Unde postea nocte cogitant q̄ in die viderūt vel egerūt. Sed tu virgo honestis= sima demissis i terrā oculis incedebas ꝛ adeo eras verecunda vt non solum in visione homi nū sed etiam angelorū erubescēs q̄n tibi in hu mana specie apparebāt. Seruasti quoq̄ illud Hiero. ad Eustochiū dicētis. propterea charis sime hoc ortor: hoc moneo hoc mādo vobis vt que xp̄i despōsate estis ꝯiugio. cui oēm castita tis vestre fidē vouistis. cui nullū preter ipsum amatorē cognoscere sub iureiurando estis pol licite. viri cuiuscūq̄ status etsi eum sanctitas exornet. etiā si Johanni baptiste equaretur in meritis. queratis effugere faciē. nec liceat vos eccl dilectione feruēti astringi. Credatis experto. Nihil omnino est periculosius viro q̄ mulier. ꝛ mulieri q̄ vir. Uterq̄ palea: vterq̄ ignis. Di cā audacter pꝛ dolor dei tēpla. spiritussancti vasa ꝛ deo dicta edificia nisi diligētissima ser= uētur custodia. p̄stibula fiūt. ꝛ auferetē tā nobi le depositū. tā p̄cios⁹ thesaur⁹. irrecuperabile decus castitatis. Omni igit̄ custodia seruet̄ cor. Sup muros hierusalē ponant̄ custodes. tota die ac nocte nō dormiāt ne fur introeat ne spo lia auferat q̄ penit⁹ recuperari nō p̄nt. hec ille.

¶ De decima conditione sponse celestis q̄ dicitur honestatis. G



Ecimū ornamētū qđ i spōsa sua requirūt magni p̄ncipes dr̄ et honestatis. s. interioris ꝛ exterio ris. Nō eñ sufficit q̄ aliq̄ sit ho nesta in animo quātū ad volātē sed etiā reqrit̄ honestas quātū ad euidentiā exteriorē. Honestas autē extrin

seca hominis consistit in custodia sensuum. et circumspectione et grauitate gestuum et actuum exteriorum per quam exteriorem grauitatem et honestatem potest fieri coniectura de honestate interiori. quia habitus cognoscuntur per actus. ij. de anima. et. ij. politic. Unde Aristo. inquit in. iiij. metaphy. Opus bonum et malum ab extra indicat qualem sit in anima. et. j. de anima idem phs ait. Anima simplex et intellectualis cognoscitur per motum ac sensum. et per operationem sui corporis. et ibidem. Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. et. xij. Metaph. Actus specificant habitus. glosa quoque in ca. nec aliquam xxvij. q. j. dicit per exteriora interior voluntas dinoscitur. Facit ad hoc illa vulgaris sententia iuris que ait per exteriora cognoscitur interiora. §. ceruos. Insti. de rerum diui. l. naturalem §. in hijs. ff. de acquirem re. do. l. fulcinius. §. illud sciendum. ff. ex quibus cau. in pos. ea. Arist. quoque in. ij. priorum ait. Per signa corporis nobis notat sillogizamur dispositiones ale nobis ignotas. Et Ambrosius in lib. de offi. di. habitus mentis per statum corporis cognoscitur. Prosper etiam in lib. epigrammate. xxij. inquit. Ex operum specie clarescunt intima cordis. De actibus enim exterioribus habent homines iudicare. clemen. exiui de paradiso. §. cupientes. de verbo. signi. Et ideo quando quis hincinde respicit mulieres. et quando mulier nutibus oculorum aliqua signa facit viris. vel eos respicit impudice. signum est quod eius animus est impudicus. et hoc crimen habebat paris qui scribens helene. vt ponit Ouidius in epistolis dicebat. Et tibi per nutum signa tegenda dabam. de quo vitio Augustinus in ca. Nec solo. xxxij. q. v. ait. non dicatis vos animos habere pudicos si habeatis oculos impudicos. quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Hoc autem ornamentum honestatis habuit excellentissima virgo benedicta que in omnibus actibus et gestibus suis circumspectissima et honestissima fuit. Unde Amb. in. ij. de virginibus ait. Nihil toruum in oculis marie. nihil in verbis procax nihilque in actu verecundum fuit. Ipsa enim perfectissime adimpleuit illud consilium Goffredi in poetria dicentis. Seruemus honesta et mala vitemus. Unde de ipsa potest dici illud. Sap. vij. et innumerabilis honestas per manus illius. Et illa de se dicere potest illud Eccl. xxiiij. Fructus mei fructus honoris et honestatis. H

Quia autem extrinseca honestas siue intrinseca parum valet. immo seruantes honestatem exteriorem et habentes inhonestam mentem sunt similes sepulchris dealbatis et ab extra depictis: que intus plena sunt cadaueribus mortuorum: et omni spurcitia licet a foris appareant hominibus speciosa. vt inquit saluator Matth. xxiij. de phariseis. Ideo oportet quod mulier non solum sit honesta et incontaminata in operibus: verbis et omnibus actibus exterioribus: sed etiam in cogitationibus et desiderijs intrinsecis.

Sciendum est autem quod secundum leges ciuiles maior honestas requiritur in mulieribus quam in masculo. et ideo ex inhonestate punitur quandoque mulier et non vir. vt not. gl. in. l. palam. §. qui in adulterio. ff. de ritu nup. Hanc autem intrinsecam et extrinsecam honestatem habuisse virginem benedictam patet per responsionem eius factam angelo quando ei dixit. Lu. j. Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco. quod glosa exponit. i. in virginitate manere disposui et virum non cognoscere proposui. et ibidem ait gl. Uide quanta est marie constantia. que licet salutata. sed confortata. sed emendata potius tamen videtur nolle habere prolem quam perdere virginitatem. et ideo de modo querit dicens. Quomodo fiet istud? Bern. quoque quodam sermone inquit. O virgo prudens. O virgo deuota quis te docuit deo placere virginitate? Que lex que iustitia que pagina veteris testamenti hoc precipit. Nos legimus apostolum dicentem. De virginibus preceptum domini non habeo: consilium autem do. Tu vero nec preceptum: nec consilium: nec exemplum habuisti. Hec ille. Tanta autem fuit honestas beate virginis quod nunquam motum aliquem vel rebellionem carnis habuit nec modicam incontinentie cogitationem: immo eius honestas ab omnibus in eam aspicientibus extinguebat. vt. s. diximus omnem libidinem. que vsque ad medullas cordis ipsorum penetrabat. I

Pro conclusione vero nostri sermonis dico quod beata virgo in hoc seculo post christum fuit exemplum et speculum omnis honestatis et bene viuendi. Unde illud Gen. j. Fecit deus duo luminaria magna. luminare maius. s. solem et luminare minus. i. lunam exponi potest de christo qui est sol iustitie. et de virgine benedicta que dicitur luna. quia sicut luna a sole recipit lumen ita beata virgo splendorem lucis et gratie. ac normam recte viuendi suscepit a christo. Et maxime in illo tempore quo cum eo conuersata est. Unde doctor quidam grecus super illud Luce. ij. mater eius conseruabat omnia verba hec conferens in corde suo ait. Considera prudentissimam mulierum Mariam vere sapientie matrem qualiter scolaris fit pueri. Non enim vt puero neque vt viro: sed vt deo verabatur et illius voces et opera reputabat. et idcirco nihil ex dictis aut factis ab eo incassum illi patebat: sed sicut ipsum verbum prius in visceribus: ita nunc eiusdem modos et dicta concipiebat. et in corde suo fouebat et hec in presenti contemplabatur quod expectabat in futuro clarius reuelandum. Et hac quidem tamquam regula et lege per totam vitam vtebatur. Hec ille. Erat autem virgo maria exemplar omnium virtutum. Unde dicitur in sermone omnium sanctorum. Uirgo maria dei populum faciendo monebat spernere parituri luxus seculi. a lenocinio mortalis vite declinare: carnis pudicitiam cum virginitatis honore intra cordis hospitia

obseruare: eamq; olim virtutũ reginã fructũ sa lutis ꝑpetue sociã esse angelorũ suis affirma bat exẽplis. Sicut autẽ virginitatis ꝛ pudici tie. ita ꝛ olim aliarũ virtutũ; norma fuit. Unde Amb. in li. de virgi. inqt. Talis fuit maria vt eius vni⁹ vita olim sit disciplina. Et Hiero. in sermone ad paulã ꝛ Eusto. ait. Si placeat vo bis charissime talis ac tanta virgo. placeat et opus: virtutis eius cuius vita olim disciplina est. cuius mores instituta. sunt ecclesiarũ q̃ pre cellit cũcti; ꝛ supereminet vniuersis. ꝛ. ifra. Tã ta erat claritas virtutis ei⁹ vt aliorũ vitã quo dãmodo obscuraret. Et hoc est verissimũ. Nã si btũs Johes baptista tante fuit sanctitatis si cut dicit Chry. vt olim aliorũ vitã redderet cul pabilẽ: qd sentiẽdũ est de mre altissimi? Et iõ Hiero. inquit. Sicut in cõparatione dei nemo bonus. ita ꝛ in cõparatione mr̃is dñi nulla in uenitur perfecta creatura cuius virtutib⁹ exi mia cõpro bet. Unus est eñ pr̃ nr̃ q̃ est in celis: et vna est mr̃ nr̃a. Una ꝛ est forma virtutũ Ma ria. Et idcirco hãc imitemini morib⁹ sequimi ni castitatẽ eius ꝛ implorate auxiliũ. Hec ille. et merito. Nã cũ Terẽtius dicat in adelphis. Inspicere tanq̃ in speculo vitam hoim iubeo. atq; ex aliis sumere tibi exẽpliũ. Et Seneca ad Lucilliũ scribens cõsulat dicẽs. Elige tibi cui⁹ tibi placeat vita. Opus est eñ aliquo ad quẽ mores nostri se erigãt. Nisi eñ alicuius regu lã p̃cuiã aspiciasmores eligere non valebis. Et Cato in suis documentis. Multorũ exẽplo disce pre facta sequaris: Que fugias nobis vi ta est aliena magistra. Profecto oẽs x̄piani debẽt sibi ꝑponere ante oculos mẽtis vitã hu ius sacratissime sponse celestis tanq̃ irrepre hẽsibile exẽplar ois ꝑfectionis. quod deus fe cit in humana specie vt ipsa cum filio suo esset metrũ ꝛ mẽsura olim aliorũ. sicut fecit ꝛ in oib⁹ aliis generũ speciebus ẽ; sniam phi. x. Metaph. Ideo Ambro. vbi. s. ait. Sic nobis tanq̃ i ima gine descripta virginitas vitaq; marie in qua velut e speculo refulget spẽs castitati; ꝛ forma ꝟtuti;: hic sumatis le; ꝛ exẽpla viuẽdi. vbi tanq̃ in exẽplari magisteria sunt exp̄ssa ꝓbitatis. q̃ qd corrigere. qd fugere. qd tenere. debeat; ostẽ dũt. Hec ille. Et ideo oẽs debem⁹ obseruare il lud quod inquit de⁹ Exod. xxv. dicẽs. Inspice et fac fm exẽplar quod tibi in mõte mõstratũ est. idest in altitudine vite gl'iose virginis quã ego ab eterno ordinaui ꝛ preparaui vt esset mi hi sponsa filiiq; mei mater et spiritus vtriusq; habitatio digna angelorum regina: atq; olim hominum regula ꝛ magistra. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Pars tertia huius sermonarii quod maria le appellatur. In qua tractatur de gl'iose ma tris dei nominatione. Hec añt pars ꝓprio ac particulari nomine mare magnũ beate virgi nis nuncupatur.




Omẽ virginis Ma ria Luce. i. Licet propria nomi na ponantur ꝛ mutantur pro li bito ꝓprie voluntatis. C. de mu ta. nomi. l. i. ꝛ ideo de his nõ cu ratur. l. si quis infundo vocabu lo. ff. de lega. i. Unde dicitur q̄ disputatio de ꝓ prio nomine est relinquenda partinacibus. vt inquit glo. in. l. recepticia. in verbo vocabula. C. de consti. pecu. nã de nomine ꝓprio: quia fa cti est nõ potest reddi rõ. vt ait Bar. in. l. fi. §. pe nult. ff. ad muni. Tamẽ alibi dicit q̄ expressio proprii nois multũ operat. l. si seruus cõis. ff. de stipu. seruo. l. fi. C. per q̃s ꝑsonas no. acqui. et. l. si cui balneũ. ff. qui. mo. vsufruc. amit. Itẽ solet dici q̄ magnũ est priuilegiũ vocari bono noie. l. i. iuncta glo. in verbo hãc. C. de summa trini. et fi. ca. ꝛ nihil mali est honesti hois nomẽ assu mere. l. facta. §. si mãdata. ff. ad trebel. Dicitur etiã q̄ ex qualitate nois ꝓprii ostenditur ꝛ ar guitur qualitas persone. vt ait glo. in rubri. ff. veteris. in verbo Justinianus. et glosa in pro emio. vi. vbi. ex nomine Bonifacii arguitur q̄ erat bona facies. propter hoc etia; Accursius florentinus glosator exími⁹ multum gloriatur de noie suo in. d. l. facta. §. si in dãda. ff. ad treb. in verbo. ꝯditio. dicẽs se habere honestũ ꝛ pul chrũ nomẽ ꝛ q̄ vocatur Accursius. quia occur rit ꝛ succurrit ꝯtra tenebras iuris ciuilis. Ea propter btissima virgo Maria merito glo ria ri potest de suo excellẽtissimo noie. Pro cuius declaratione est sciendum q̄ vt inquit beatus Thomas in. iii. parte summe. q. xxxvii. ar. ii. no mina debẽt proprietatibus rerũ correspõdere. vt patet in nominibus generũ et specierũ. iiii. metaphysice. Ideo dicitur cõmuniter q̄ nomi na debẽt rebus esse ꝯsona. xxi. distinc. c. cleros. xii. q. i. c. cleric⁹. xvi. q. i. c. si cupis. xxiiii. q. i. c. pu denda. de preben. ꝛ digni. c. cũ fm apostolum. ꝛ insti. de dona. §. est ꝛ aliud. ꝛ in aut. de consu. §. sed si ds. et. C. de episc. ꝛ clericis. l. decernim⁹. ꝛ de offi. pre. vr. l. i. ꝛ de desẽ. l. ciui. desẽsores. ꝛ. ff. de tutel. l. i. ꝛ in autẽ. de defen. ciui. in p̄cipio. coll. ii. facit. c. penitentia. ei secũdo. ꝛ ibi glo. de pe. distinc. iii. ꝛ. l. a nullo. C. de seri. et. l. ita vul neratus. in p̄cipio. ff. ad legem aquil. q̄ si hec regula locum habet in nominibus quarũcũq; rerum: multo magis fortietur effectũ in nomi nibus a deo impositis que significant aliquod gratuitum donũ tali nominato diuinitus da tum sicut Genes. xvii. dixit deus Abrae: voca beris Abraam quia patrem multaru; gentiũ constitui te. Ante quippe vocabatur. Abram ꝑ vnum a tantum. et Math. xvi. inquit christus Symoni. Tu es Petrus: et super hãc petram edificabo ecclesiam meam. Dixit quoq; ange

lus Joseph sponsa virginis de nomine filij dei
Matth.j. Uocabis nomē ei⁹ iesum: ipse eñ sal
uū faciet populū suū a pctis coꝝ. Jesus quip=
pe saluator interpretat. Quia ergo nomē mris
xp̄i impositū est a deo. vt inqt Hieronym⁹ sup
Matth. et Amb. in sermone de natiuitate vir=
ginis. ꝛ Bern. sup missus est. et Anselm⁹ in lib.
de cōceptu virginali. c. j. ꝗ. Bartholome⁹ de pi
sis i lib. beate virginis fructu. viij. ita ꝙ dici po
terat virgini nascenti illud. Esa. lxij. vocabitur
tibi nomē nouum qđ os dn̄i nominauit. ꝛ Esa.
lxiij. A seculo nomen tuū. Dixit quoqꝫ illi deus
illud Esa. xlv. Ego dn̄s qui voco nomen tuum.
Nomē etiā suū expressit angelus dū dixit illi.
Luce j. Ne timeas Maria ꝛc. Unde dicere po
terat ipse angelus illud Esa. xliij. vocauit te no
mine tuo quod os dn̄i nominauit. Profecto nō
est dubitādū maximā esse nominis eius excel=
lentiā ꝛ proprietatē: quia emanauit ab illo qui
opus imperfectionis nō nouit. c. maiores. ver.
licet adhuc. extra de baptis. Itē quia nomē di=
citur excellens ꝛ elegans quādo est verificabi=
le in quacūqꝫ eius parte. vt dicit glo. in. l. iuris
gentiū. in principio. in gl. magna. ff. de pact. et
glo. in rubrica. C. de rerum permutatione. Nō
immerito beate virginis nomen quod in qua=
libet litera verificabile est ac multas denotat
prerogatiuas excellentissimum dici debet. Un
de ipsi virgini dicere possumus illud p̄s. viij.
Admirabile est nomen tuū in vniuersa terra.
Ipsa quoqꝫ dicere potest illud Malachie. j. Ab
ortu solis vsqꝫ ad occasum magnū est nomen
meū in gentibus ꝛ in omni loco. Nos ergo de
nomine eius dicamus illud p̄s. lxxj. Sit nomē
eius benedictum in secula. ante solē permanet
nomē eius: scꝫ in dei p̄destinatione. Ipsi quoqꝫ
virgini dicere possum⁹ illud Uergilij in. j. Buc
col. Semper honos nomenqꝫ tuū laudesqꝫ ma
nebūt. De quo nomine matris dei quod vt re=
fert euangelista in verbis propositis dicitur
maria. loqui volentes: quia diuisio animū in=
citat. mentem intelligentes preparat. ꝛ memo
riam artificiose reformat. vt probatur. ff. de do
li excep. l. j. in p̄cipio. vbi Albertic⁹ de rosate.
et in proemio institu. ꝗ. igitur post quinquagin=
ta annos ꝛ ibi glo. ꝛ per Senecam in lib. episto
larum. xvj. epistola. j. que est. lxxxix. quoad totū
ibidum. Ideo diuidendo hunc sermonē tres
considerationes faciemus.

Prima appellabitur appropriationis.
Secunda figurationis.
Tertia vero significationis

¶ Prima pars huius sermonis que dici=
tur appropriationis. B



Sacrata dei mater appellatur maria:
quia in se habet perfectionem ꝛ pro
prietatem quinqꝫ lapidum precioso
rum quorum nomina incipiunt ab
vna illarum quinqꝫ literarum ex quibus nomē
virginis cōponitur. Per. M. autem denotatur
ꝙ ipsa dici potest margarita qui est lapis pre=
ciosus. pulcher candidus. ꝛ clarus. qui vt dr̄ in
lib. de proprietatibus rerum habet virtutē ab
stersiuā. qꝛ mēbra a superfluis humoribus ab=
stergit. ꝛ virtutē restrictiuā: quia fluxū sangui=
nis ꝛ vētris restringit. ꝛ virtutē ꝯfortatiuā. qꝛ
cor debile cōfortat ꝛ fortificat. maxime i pericu
lis. Beata eñ virgo maria per gratiaꝫ quā no
bis infundit habet virtutē abstersiuā inquan
tuꝫ abstergit peccata preterita. habet virtutē
restrictiuā inquātuꝫ animū restringit ne fluat
ad futura peccata habet quoqꝫ virtutē confor
tatiuā inquantū confortat et fortificat cor con=
tra mala presentia. Ista namqꝫ tria a deo ꝛ ab
ipsa petere debem⁹. Unde super illud Matth.
xxvj. Orauit tertio eundem sermonem dicens.
dicit gl. tribus vicibus orauit vt nobis ꝛ a pre=
teritis peccatis veniaꝫ et a presentibus malis
tutelā ꝛ a futuris periculis cautelam impetra
ret. Non solum autē per M. denotatur ꝙ bea=
ta virgo fuit margarita. sed etiā ꝙ ipsa precio
sam generauit margaritam. Unde sciendū est
ꝙ vt inquit Isid. in lib. ethimol. xvj. Margari
ta generatur in cōculis marinis. ꝛ ideo appel=
latur margarita a mari. Certo eñ tēpore an=
ni ipse concule ad littus maris se transferunt.
et ibi se aperiūt ꝛ rorem celestē inter sua visce=
ra recipiūt ex cui⁹ coagulatione margarita ge
neratur. Ista coclea siue cōcula fuit virgo ma=
ria que se aperuit: vt rorem celestem reciperet. ꝛ
margaritam. i. xp̄m inter sua viscera cōciperet.
nā se aparuit qñ angelico nūcio ꝯsensum pre=
buit. vt sup eā ros spiritussancti descēderet: ac
illam fecundaret. cū dixit. Luce. j. Ecce ancilla
domini. ꝛc. ꝛ tunc generata est preciosa marga
rita. s. filius dei. De hac autē spiritussancti ra=
tione. ꝛ b. virginis operatione p̄dictuꝫ fuerat.
Esa. xlv. vbi dr̄. rorate celi desup: ꝛ nubes plu=
ant iustum: aperiatur terra ꝛ germinet salua=
torē. O igit̄ deuoti xp̄iani cū margarita nō sit
mittēda añ porcos. i. immūdos. c. nolite. x. q. iij
ꝛ. c. in mādatis. xliij. di. ꝛ. c. nōnulli. de peni. di.
j. fugite peccati immūdiciā ꝛ p innocētiā mūdi
estote. sicut ille bon⁹ negociator: de quo inquit
saluator Matth. xiij. dicēs. ꝙ inuēta vnā p̄cio=
sa margarita vēdidit vniuersa q̄ habuit ꝛ emit
eā. Debem⁹ ergo oīa q̄ habemus deo vēdere:
vt possimus istā preciosam margaritaꝫ nobis
emere. Uēdamus itaqꝫ corpus nostrū per ma=
cerationē. aīam nostrā per purificationē. ꝛ res
mūdiales p elemosynarū largitionē. ꝛ tēpora=
liū contēptionē. Ipsa etenī. margarita inquit.
Prouer. viij. Qui me inuenerit: inueniet vitā: ꝛ
hauriet salutē a domino. C

Secūda lr̄a huius bn̄dicti nois Maria est
A ꝛ denotat ꝙ ipsa est adamas. q̄ vt dr̄ in

predicto libro de proprietatibus rerum dicitur gēma recōciliationis et amoris. Secundum diascori. quod inter alias proprietates habet virtutē recōciliatiuā et ad amorē inductiuā. Ipsa enim beata virgo recōciliauit humanum genus cum deo et amicitiā inter eos induxit. vnde ipse inquit Eccli. xxiiij. Ego mater pulchre dilectionis. etc. De hoc autem lapide precioso qui adamas appellatur: et de aliis lapidibus preciosis tractatur in. l. fi. §. species. ff. de publica. Tertia litera est. R. per quā denotatur quod ipsa est rubinus siue carbūculus qui est valde splēdidus: et habet virtutē letificatiuā. vt dicitur in lib. de proprietatibus rerū. Ipsa enim gratiosa virgo letos facit viuere deuotos suos vnde illi dicere possumus illud Cant. j. exultabimur et letabimur in te. vel pōt dici secundum quosdā doctores. quod per R. denotatur quod ipsa generauit rubinū siue carbunculū qui nascitur in visceribus sapphyri habentis splendorē et colorē celestem. vt dicitur in predicto lib. de proprie. re. Iste enim sapphyrus figurat beatā virginē in cuius visceribus operatiōe spiritussancti generatus est rubinus. s. dñs noster iesus xps. Sed forte aliquis dicet quod ego in hoc opere pono multo que alij scriptores in suis operibus posuerūt. et quod facile est inuentis addere. vt inquit phs. ij. Elecho. Cui ego respōdeo quod quia inquit Boet. in. ij. li. de disciplina scholariū: miserrimi ingenij est semper inuētis vti et nunquam inueniendis. Ideo in hoc opusculo multa studui nō noua dicere. nam nihil dictū quin prius dictū. Nihil enim est nouū sub sole: nec valet quisquam dicere. hoc est recens. iam enim precessit in seculis que fuerunt ante nos. sed priorū non est memoria. vt inquit Salomon. Eccle. j. sed aliter que a predecessoribus dicta sunt curaui cōponere: seruans documentum. Senece ad lucillum. lib. vj. epistolarū. epla. vij. dicētis. Apes debemus imitari que vagātur: et flores ad mel faciendū idoneos carpunt. Deinde quicquid attulere disponunt: ac per fauos dirigūt. Debemus enim quecunque ex diuersa lectione congessimus separare. Deinde adhibita ingenij nostri cura et facultate in vnū saporē varia ista libamina confundere. Hec ille. Preterea ad obiectionem superius factam posset respondere illud quod ponit Helinandus in chronicis suis. libro. xxvj. dicens quod Vergilius cū eis obijceretur ab emulis et inuidis quod alienos versus suo operi inserebat. respondit magnarū esse virium clauam extorquere de manu Herculis. Item ad confirmationē predictorū dico quod imitatus sum dictū phi. ij. Metaph. dicentis quod nō solum tenemur agere gratias illis quorum opinionibus aliquis communicauerit: sed et his qui adhuc superficialibus enunciauerunt. Quod declarās commentator dicit quod non tantū oportet reddere gratias eis qui docuerūt nos veras opiniones: vt sunt illi qui conueniunt nobiscum in opinionibus: sed etiam illis cum quibus non conuenimus. Isti enim cū hoc quod dixerunt exercitauerunt nostrum intellectum et fecerunt nos perquirere per hoc virtutem ad cōprehendēdū veritatē. Et quod dicit philosophus in hoc. c. manifestum est. nullus enim potest per se inuenire artes operatiuas aut cōsideratiuas in maiori parte. quia nō cōplentur nisi per iuuamentū prioris ad sequētē et nisi prior fuisset nō esset sequens. hec cōmentator. Ad propositū autem nostrum reuerendo dico quod per quartā virginei nominis literā. s. I. denotatur quod ipsa est Iaspis. que vt dicitur in li. xvij. de proprietatibus rerū reddit hominem ipsum ferentē tutū sine timore. Sic beata virgo facit nos securos ab omnibus malis et periculis. Ideo ille qui habet adiutorium beate virginis ei dicere pōt illud ps. xxij. Non timebo mala quoniam tu mecum es.

Per quintā vero literā. s. A denotatur quod ipsa est allectorius que vt dicitur vbi. s. ad honā fortunā habēdā: et consequēdos honores prodest. Sic btā virgo tribuit nobis maximos honores Unde Ber. in quodā sermone inquit. Si mariā diligēter inspicias. nihil est virtutis: nihil splēdoris. nihil glorie quod ex ipsa nō resplēdeat. Nō solū autem horum quinque lapidū preciosorum: sed etiā omnium aliorum in se continet virtutem. Ipsi enim dici pōt illud Ezech xxviij. Omnis lapis preciosus operimentū tuū. Topasius. Iaspis. Chrysolitus. Onix. Berillus. Sapphyrus. Carbūculus. et Smaragdus trāssūptiue in. c. prim. §. olim. de peni. di. ij. Sciendum quod quod btā virgo cōparatur lapidibus preciosis: nō autem lapidibus simpliciter. quia appellatione lapidū nō cōprehendit margarita seu lapides preciosi secundum Bar. in. l. fi. §. species. ff. de publi. et faciet lex. et si nō sunt. §. pueniamus. ff. de auro et argē. lega.

Secunda pars huius sermonis que dicitur figurationis. E



Nomen beate virginis cōponitur ex quinque literis. quia ipsa est figurata per quinque dominas veteris testamenti quarū nomina incipiūt ab aliqua literarum huius nominis. per M. denotatur quod figurata fuit per Michol que fuit vxor Dauid regis et prophete. et intantū placuit Dauid quod cū diu iuisset extra regnū israel. noluit cōiūgere amicitiam cū abner principe militie populi israel: nisi prius sibi presentasset eam vt dicitur. ij. Regū. iij. Sic beata virgo intantū placuit altissimo quod filius dei per subtractionē gratie existēs extra regnum mūdi. noluit illud ingredi per incarnationē nec amicitiā cōiūgere cū primo homine et eius descēdētibus nisi prius ipsa virgo nasceretur in mūdo. Michol enim interpretatur pietas et ipsa fuit pietate plenissima. Per A. significatur quod fuit figurata per Abygail. que etiam fuit vxor Dauid. cum enim Nabal carmelus vir eius esset rusticus et male respondisset nūcius dauid proposuit dauid ipsum occidere et omnes de do

mo eius. At ibi intellexit hoc abigail obuiauit
Dauid cũ multis muneribꝰ ꝛ humilibꝰ verbis
ipsum placuit. vt habet.j.Re.xxv. Sic btã vir
go cognoscẽs deũ esse iratũ cõtra genꝰ huma-
nũ obuiauit ei multis virtutibꝰ ornata: et hu-
militate sua ipsum placuit. Per R. denotatur
ꝙ ipsa figurata fuit per Rachel que fuit vxor
Jacob ꝛ genuit Joseph qui interpretatur sal-
uator vt habetur Gen.xxxiij. Sic beata virgo
genuit xp̄m saluatorẽ mũdi. Per J. denotatur
ꝙ ipsa figurata fuit per Judith que virtutis
castitatis occidit Holofernem. vt habetur Ju
dith.xiij. Sic beata virgo merito sue humilis
virginitatis interfecit luciferũ principẽ demo
num conterendo eius potestatez. Per A. deno
tatur ꝙ ipsa figurata fuit per Abisach sunami
tem quẽ fuit electa super oẽs filias israel tanꝙ̃
pulchrior ꝛ delectabilior ad ministrandũ ꝛ ser
uiendũ regi Dauid vt habetur.iij.Reg.j. Sic
beata virgo fuit electa super oẽs mulieres ad
ministrandũ regi celesti. Unde ipsa inquit Ec
cli.xxiiij. In habitatione sancta corã ipso mini
straui. Sciebat enĩ deus ipsam futurã esse bo-
nam ministrã.s. nõ querentẽ gloriã ꝑpriã: sed
eius cui ministraret sicut faciũt boni ministri
c.si fuerit. de cõse.di.iiij. Ipsa aũt virgo fuit mi
nistra respectu filij dei cui sedule ministrauit.
Unde Aug in sermone de assumptiõe inquit.
Mariã siquidẽ ꝛ operis exhibitiõe ꝛ fidei veri
tate ministrã christi fuisse intelligit ois q̃ sane
sapit. Opere certe ministrauit qui hũc in vtero
gessit parĩꝙ ꝓfusum aluit ꝛ fouit ac in prese-
pio reclinauit in egyptũ quoꝙ fugiens abscõ
dit: ꝛ oẽm eius infantiam ꝓsecuta est pro ma-
tris affectu ita vt vsꝙ ad crucẽ in qua iam vi-
rum perfectum vidit eum pendentem: ab eius
nõ recessit cõsectatu Hec ille. F

De hoc etiã inq̃t Ber. in quodã sermone
Oia opera misericordie erga filiũ bea-
ta virgo ministrauit. Nã ipsum virginea car
ne vestiuit eũ lacte de celo ministrato potauit
ꝛ pauit. Ipsum nouẽ mẽsibus in suo vtero ho
spitata fuit eũꝙ per infantiã infirmũ nõ solũ
visitauit: sed etiã oia officia humilitatis illi
exhibuit. Ab ipso in crucis carcere ligato non
recessit. eius quoꝙ sepulture itercesse voluit.
Dicitur quoꝙ beata ꝟgo maria ministra dei
respectu nostri. Et ideo honorãda est a nobis
respectu eiꝰ quo illã fecit ministrã cuiꝰ est mi
nistra. c. baptismus. de cõse. di. iiij. administra
tor enĩ bene administrans habet loco dñi. l. q̃
fundũ. §. si tutor. ff. ꝑ empto. Sciẽduz ergo est
ꝙ deus ipsi ministre sue cõmisit officiũ mini-
strãdi ꝛ dispẽsandi oẽs elemosynas ꝛ gratias
quas de celo in terrã ad nos emittit. Uñ Ber.
inq̃t in quodã sermone. Qr tu dignꝰ non eras
cui daret filiꝰ datꝰ est marie vt ꝑ eã accipias
quicq̃d habes. Intãtũ enĩ eã deus dilexit vt
nihil nos habere voluerit qđ per manꝰ eiꝰ nõ
trãsiret. Ipsa aũt est auara sed liberalis ꝛ lar
ga. Uñ Prouer. vlti. dr de illa. Manũ suã ape-
ruit inopi. ꝛ palmas suas extendit ad paupe-
res. deditꝙ p̄dã domesticis suis ꝛ cibaria an
cillis suis: ipsa enĩ hz administrationẽ plenã
ꝛ liberã que idẽ iportat ſm Bar. in. l. iter bono
rum. ff. de admi. tuto. Et ideo sciẽs ꝙ admini
strator negligens punitur. iuxta no. per glo. ꝛ
Bar. in mancipia. C. de seruis fugiti. sollicite
circa nos officium sue plenarie administratio
nis exercet. G

Non solũ aũt fecit eã deꝰ elemosynariã
suã: ꝑ quã nobis paupibꝰ ꝛ esurientibus
dedit panẽ illũ celestẽ q̃ de seipso inq̃t Joh. vj.
Ego sum panis viuꝰ q̃ de celo descẽdi. Sz etiã
fecit ipsam cellariã suã hz enĩ deꝰ cellã vinariã
id est spũssancti abũdãtiã: in quam itroduxit
beatã virginẽ ꝛ fecit eã suã dispẽsatricẽ. Unde
ipsa ait Cañ. ij. Introduxit me rex in cellã vina
riã. De ista aũt cella ꝓpinat hec scrã ministra
vinũ dulcissimũ illis q̃ sunt in via ad aliqualẽ
satietatẽ. Illis vero q̃ sunt in patria ad plenaz
ebrietatẽ. Jõ ipsa inq̃t eis illud cõe ꝓuerbiuz.
Bibite leti dũ vina fluũt: ꝛ illud Cañ. v. bibite
amici: ꝛ inebriamini charissimi. Sancti q̃ sunt
in via sunt amici sui. sed illi qui sunt in patria
sũt charissimi. Amici ḡ bibũt. sz charissimi in-
briant: qr fidelis q̃ in mũdo sunt: dat grãm spũs-
sancti ad iustificationẽ. Illis vero q̃ sunt in ce-
lo dat ad perfectã fruitionẽ. de q̃bꝰ inquit Ps.
xxxv. Inebriabũtur ab vbertate domꝰ tue: ꝛ tor
rẽte voluptatis tue potabis eos. Uel potest di
ci ꝙ dei amici sunt angeli qui sunt sibi. intimo
amore cõiuncti. Sancti ꝟo q̃ sunt in patria sũt
deo chari: qr etiã illi sunt ei ꝑ amorẽ cõiũcti si-
cut angeli: ꝛ sunt chariores qr nature ꝯformita
te ꝓpinq̃: ꝛ sunt charissimi: qr charissimo precio
sunt empti. Quibꝰ inq̃t apls. j. ad Cor. vj. Em-
pti enĩ estis p̄cio magno. glorificate ꝛ portate
deũ in corpore vestro. Angeli ergo q̃ sunt ami-
ci bibũt: qr ex visiõe diuinitatis suas delecta-
tiões hauriũt. Hoies vero qui sunt charissimi
ebrij sunt. Nam bibunt quando suas delecta-
tiones hauriunt ex visione diuinitatis: ꝛ rebi
bunt quando delectationes suas hauriunt ex
visiõe humanitatis. Ebrietas enĩ nõ causat ex
vno haustu sed ex frequenti actu bibẽdi: qr ibi
sancti bibunt ꝛ rebibũt ideo ex cõtemplatione
diuinitatis ꝛ humanitatis xp̄i ebrij dicuntur.
Beata igitur maria despiciẽtibus amorẽ mũ
di: ꝛ sitiẽtibus atꝙ desiderantibus amorẽ dei
dat poculum. s. vinum spũssancti quod gene-
rat internã iocunditatem. iuxta illud Ps. quod
no. glo. in. l. j. ff. de peri. ꝛ com. rei. ven. l. vinum
letificat cor hois. Item generat mundiciam et
puritatem vnde Zach. ix. dicitur germinans
virgines generat quoꝙ peccati amaritudinẽ

Ideo Can.viij.inquit ipsa virgo. Dabo tibi poculū ex myrrha ɔditū. Expellit quoqꝫ curas et afflictiones. Unde de isto vino possumus moraliter exponere illud Tibulli poete dicentis. Sepe ego tētaui curas expellere vino. Et illō Oui.j.de arte amādi. Cura fugit multo diluitur ꝙ mero. Et illō Horatij in odis. lib.j. Nūc vino pellit curas. Istud aūt vinum spūsancti hec diuina cellaria abūdanter ꝛ copiose ppinat ꝛ effundit. Ideo ipsi dr. Cañ.v. vmbilicus tuus sicut crater tornatilis nunꝙ indigēs poculis. Ipsa enim est crater tornatilis inquātū circūcirca semꝑ vadit vt inueniat cui infundat. Quia enim aduersarius noster diabolus tanꝙ leo rugiens circuit querēs quem deuoret. j. Pet.v.ꝛ.c.nulli.iij.q.j.ideo.ipsa semper circuit querens quē saluet.more bonoꝝ medicoꝝ qui circūeunt ciuitatē curādo egros. ex quo appellantur circuitores.l.si duas.§. grāmatici. cum ibi no.ff.de excu.tut. Item est nunꝙ indigens poculis.qꝛ nunꝙ euacuatꝰ sed semꝑ plena inuenitur. Ista aūt cellaria eodem cibo nos pascit quo ꝛ se.ꝛ eodē potu nos reficit quo ꝛ seipsam vnde ipsa inquit de suo cibo ꝛ potu. Cañ.v. Comedit fauū cū melle meo:ꝛ bibi vinū meū cum lacte meo. Tunc enim fauū cū melle comedit qñ xp̄m in suo vtero gestauit in quo fuit cera carnis.ꝛ mel diuinitatis.tunc etiā vinū cū lacte bibit qñ spūsanctus eius aīam impleuit vt no celestis gratie ꝛ eius carnē pfudit lacte virginalis pudicitie.ꝛ eodē modo ipsa nos pascit fauo mellis quando facit nos delectari in xp̄o in cera sue humanitatis:ꝛ in melle sue diuinitatis. Similiter potat nos vino ꝛ lacte quādo dat nobis spiritualem leticiam in mente ꝛ mūdiciam in carne.

¶ Pars tertia huius sermonis que dicitur significationis. H



Secundū deuotos doctores nomen ⱴginis cōponitꝰ ex qnqꝫ lrīs ꝑpter qnqꝫ beneficia q̄ contulit mūdo q incipiūt ab vna ipsarū lraꝝ. Per. M. eñ significatur ꝙ ipsa est mediatrix nostra. s. inter nos ꝛ deū. Quia eñ ꝑ media sedantꝰ discordie ꝛ lites dirimuntꝰ.l.antiqui.ff.si ꝑs here. pe. Idō hoīes a deo discordātes debēt btām virginem mediatricē iterponere vt pacē cū creatore suo possit reformare. Ipsa nāqꝫ nata est mundo.vt ꝑ filiū suū humanū genus recōciliaret deo. Añ eñ ꝙ ⱴgo maria esset in mundo: tanta erat discordia inter deū ꝛ hoīem ꝑpter petm̄ primoꝝ parentūꝫ: ꝙ nullus quantūcūqꝫ sctūs ꝛ iustꝰ audebat accedere ad deū pro glīa impetranda. Sꝫ oēs ex hac vita decedentes ad infernū descendebant boni ad limbū:mali vero ad eternam penā infernalē. Beata aūt virgo sua mediatione nobis mīaꝫ impetrauit.ꝛ gratiā atqꝫ gloriam iuxta illud ꝑs. xlvij. Suscepimꝰ deus mīam tuā in medio tēpli tui. i. beate virginis que multipliciter dr mediā siue mediatrix. Uñ Bern.in quodā sermone inquit. Mediatrix est solē ꝛ lunā.i.xp̄m.ꝛ ecclīam.primo ergo est mediatrix nostre saluationis iuxta illud ꝑs.lxxiij. Deus aūt rex noster ante secula operatus est salutē in medio terre:qđ exponēs Bern. in smone pēthecostes inqt. Operatus est iesus salutē in medio terre.i.in vtero ⱴginis marie:ad quā sicut ad mediā ꝛ sicut ad cām rerū ꝛ ad negocium singuloꝝ respiciūt:ꝛ q habitant in celo ꝛ qui habitāt in terra.ꝛ q in inferno ꝛ q̄ nos precesserunt:ꝛ nos q nūc sumus ꝛ qui nos sequentꝰ ꝛ nati natoꝝ ꝛ qui nascentꝰ ab illis. Qui in celo sunt vt restaurentꝰ. Qui sunt in inferno vt eripiantꝰ. Qui nos precesserunt vt ꝑphete fideles inueniantꝰ. Qui sequentꝰ vt glorificentꝰ. Idcirco beatā te dicēt oēs generationes genitrix dei: regina celi.dña mūdi.q generatiōibus cūctis vitā ꝛ glīam genuisti. In te reperiāt angeli leticiam.iusti gratiā:pctōres veniam. In te oculi totius creature merito respiciūt. quoniā de te et in te benigna manus oipotens dei quos creauerat recreauit. I

Secundo est mediatrix nostre cōiunctiōis et vnionis:qꝛ nos disiunctos ꝛ diuisos a deo illi ɔiūgit ꝛ vnit. Et sic btā ⱴgo sapit vim copule.de cuiꝰ natura est ɔiungere ꝛ copulare diuersa.l.j.vbi not.ff.de iust.ꝛ iu.l.re ɔiuncti.ff.de leg.iij.ꝛ ponitꝰ media inter diuersa. vt not.in rubri.ff.de iur.ꝛ fac.ign. Unde Bern. in sermone assumptionis dicit. Preciosum munꝰ terra nostra direxit in celū.vt dando ꝛ accipiēdo amicitiarū felici federe copulentꝰ humana diuinis ꝛ terrena celestibꝰ. hec ille. Et quantū ad hoc btā virgo appellatꝰ sol. Cañ. vj. Sicut enim sol supra se hꝫ tres planetas superiores. ꝛ infra se tres inferiores.ꝛ ipse in medio est cōstitutus.sic btā virgo nō hꝫ supra se nisi tres in trinitate ꝑsonas. Sed infra se hꝫ tres status saluando:ū.s.ⱴgines cōtinentes ꝛ cōiugatos. ꝛ ipsa est in medio ɔstituta cōiungēs ꝛ vniēs illos tres status btīssime trinitati. K

Tertio est mediatrix nostre iustificatiōis demones eñ nostrā iustificationē impediunt vel suis tētationibus nos infestando:vel in bonis oꝑibus nos impediendo:vel a finali pseuerantia nos retrahēdo. Sꝫ ⱴgo maria oīa ista impedimēta expellit.ꝛ ideo nr̄am iustificationē pficit. De demōibus aūt inquit ꝑs.ciij.loquēs deo. Posuisti tenebras ꝛ facta ē nox.in ipsa ptransibūt oēs bestie silue. Catuli leonū rugiētes ꝛc.deinde subdit mediatio virginis. Ortus est sol.i.ⱴgo maria cuius ortꝰ tria bona fecit primo eñ expellit oēm tentationeꝫ demonū.ꝛideo subdit.ꝛ cōgregati sunt.s.leones.i.demones ad fugiendū ꝛ in cubilibꝰ suis

collocabunt.i.in inferno abscondent.Scdo ho-
minem reddidit expeditũ ad bonã operationez
ideo subdit.Exibit homo ad opus suũ.i.libere
et expedire faciet opa meritoria.tertio dedit
gratie pseuerãdi vsq3 in finẽ.Et ideo subdit.et ad
operationẽ suã vsq3 ad vesperam. L

Quarto est mediatrix nostre recõciliatio
nis.Peccator eñ efficit inimic⁹ dei pro
pter pctm carnalis ɔcupiscẽtie vel sup-
bie aut auaricie.Ista aũt dei mediatrix hos il
micos dei sepe recõcillat dñ eos ad pniam re-
uocat.Ideo vocat luna Cañ.vi.Luna eñ imu
tat aerẽ:ẽ vicina terre.et dñat supra mare. Sic
et virgo maria aerez imutat qñ supbos et elatos
ad hũilitatẽ reuocat.Et vicina terre:q2 parata
est auaris extinguere auariciã cupiditatis ter
rene.Dñatur supra mare. q2 extiguit et exiccat
aquas carnalis cõcupiscẽtie. Aqua eñ maris
est lucida s3 amara.Sic et carnalis ɔcupiscẽtia
videt habere iocunditatẽ:sed generat amari-
tudinem.Unde Oui.in.ij.de arte amandi inqt
Qð iuuat exiguum plus est qð ledit amantes:
Proponãq3 alo multa ferẽda suo. Sed ad pro
positũ nostrũ melius p Salomonẽ Prouer.v.
dr.Fauus distillãs labia meretricis:et nitidius
oleo guttur ei⁹.ecce aqua clara.sequit. nouissi
ma aũt eius amara quasi absinthiũ.ecce aqua
amara.ppter ista tria inqt btã vgo Eccl.xxiiij.
Pimo q supra mare ambulat dũ ait.In flucti
bus maris ambulaui. Scdo q colla supboruz
calcat dicẽs et olm excellentiũ et sublimiũ colla
ppria virtute calcaui.Et tertio q ipsa iferiores
ptes terre penetrat dicẽs.Penetrabo inferio-
res ptes terre.Tunc enim supra mare ambu-
lat:qñ carnalẽ ɔcupiscentiã in nobis suppedi-
tat.Tũc vo supboz colla calcat et domat qñ su
perbos ad humilitatẽ inclinat.Tunc aũt in fe
riores ptes terre penetrat.qñ profundatos in
amoce terrenoiũ gratia sue mutationis ab ol
terrena cupiditate immutat. M

Quinta est mediatrix nře intercessionis.
Ipsa enim p nobis quotidie intercedit.
Iõ Bern.in smone de annũciatione ait
Si ad deũ prẽz vereris accedere.ad filiũ fuge
qi hunc tibi fratrẽ maria dedit.Sed si forte in
ipso maiestatẽ vereris diuinã.ad mariã recur
re in qua est humanitas pura.et ipsa exaudiet
p sua reuerentia. Sexto ipsa est mediatrix
cõicationis q2 cũ adhuc eẽt in mũdo cõicabat
cũ sctis q erãt in via.et cũ illis q erãt in patria.
et quãtũ ad hoc põt appellari firmamentũ qð
est in medio aquarũ q sunt sup celos et q infra.
Gen.j.vbi dr.Fecit deus firmamẽtũ in medio
aquarũ.i.sanctoz q sunt in via et q sunt in pa-
tria.ipsa enim tanq media cõicauit cũ vtrisq3
Nam cum superioribus qui sunt in patria ha
buit oimodã virtutũ pfectionẽ.cũ inferioribus
vero qui sunt in hoc mundo habuit merendi
cõditionẽ cũ superiorib⁹ habuit securitatẽ cõ-
tra casuz cũ inferiorib⁹ vero habuit possibilita
tẽ ad meritũ.cũ superiorib⁹ exultationẽ.cũ in-
ferioribus vero cordis cõpassionẽ. N

Secũda lrã nois beate virginis ẽ A. p quã
significatur q ipsa ẽ auxiliatrix nřa.ideo
Aug.in quodã smone iquit.Domina no-
stra auxiliatrix.nostra tuo filio nos reconcilia:
tuo nato nos recommẽda.tuo filio nos repre
senta.fac benedicta p gratiam quam inuenisti
prerogatiuam quam meruisti per misericor-
diam.quam peperisti.vt sicut te mediante fi-
lius tuus dignatus est particeps fieri;infirmi-
tatis et miserie nře sic quoq3 te intercedẽte pri-
cipes nos faciat glie et beatitudis sue.Hec ille.
Btã igit virgo fuit adiutrix siue auxiliatrix nře
redẽptionis.et est auxiliatrix nře iustificationis
Primo eñ fuit auxiliatrix nostre redẽptionis
quãtũ ad quatuor genera causarũ.de qb⁹ tra
ctat phs in.ij.phy.Primo quantũ ad causã effi-
ciẽtẽ.q2 illũ genuit q nostrã salutẽ operat⁹ fuit.
Dicũt eñ iuriste q idẽ iudicat de eo q est cau-
sa alicui⁹ actus sicut de ipso actu.l.qð seruus.
ff.de cõdi.cau.da.et.l.qui occidit.§.in hac.ff.ad
legẽ aquil.l.antepenul.§.si cõseruuz.ff.vi bono.
rap.l.si seruus seruũ.§.insulã.ff.si serui.ven.et
l.videamus.§.si.ff.loca.Secũdo quãtũ ad cau
sam materialẽ.quia de suis visceribus nostre
redẽptionis materiã ministrauit. Nã ptus
dr esse portio viscerũ ipsi⁹ mulieris.l.j.§.ex hoc
ff.de ven.inspi.Iõ aũt dr mr xpi.quia materiã
ministrauit i generatione eius secũdũ Isid.ix.
ethymo.et Arch.in.c.inuenta.xxvij.q.ij.Tertio.
quãtũ ad causam formalẽ.q2 p suã sanctam cõ
uersationem nobis exẽplum bene viuendi pre
buit.Quarto quantum ad causam finalem. q2
ad beatitudinẽ consequendam nobis adeo da
ta fuit.Unde dr Apoc.xij.q i capite eius est co-
rona duodecim stellaruz:quia omnes sancti p
ipsam sunt coronati. O

Secunda ipsa est auxiliatrix nostre iustifi
cationis.Circa cuius adiutoriũ tria sunt
vidẽda.s.q̃ efficaciter adiuuat qualiter et
propter que nos adiuuat. Primo q̃ efficaciter
adiuuat multi enim sunt qui adiuuant:sed nõ
efficaciter.aut quia nõ possunt. aut q2 nesciũt.
aut quia nolunt. Et istorum vanuz est auxiliũ:
qui non dicitur factum nisi efficaciter duret.l.
si alia.ff.de solu.et alibi dicitur q verba debẽt
intelligi cũ effectu.l.j.ff.ne quis euz qui in ius
vo.non te.Ipsa autez habet adiuuandi posse.
quia est mater omnipotẽtie.Eccli.xxiiij.in hie
rusalẽ potestas mea habet adiuuandi nosse:q2
est mater sapientie.Prouer.xxiiij.sapiens mu-
lier edificat domum suam. habet adiuuandi
velle.quia est mater misericordie.Ideo dicitur
Eccli.xxiiij.Mater pulchre dilectionis:et timoris
et agnitionis et sancte spei. Ipsa enim est tãte

potentie q demonibus est ad terrorem. Ideo dicit mater timoris. est tante sapiētie q errantibus est ad directionē ideo dr mater agnitionis. Est tante mie q desperātibus est ad spē. ideo dr mater scte spei. Itē qr auxiliū btē virginis est necessariū frigidis ɿ tepidis ideo quia eos ad dei amorē inflāmat: dr mater pulchre dilectionis. ɿ qr est necessariū psumptuosis. ideo qr eos suo timore humiliat: dr mater timoris. ɿ qr est necessariū ignaris. ideo qr sua sapientia eos illustrat dr mater agnitionis. ɿ qr est necessarium pusillanimis. ideo qr eos ad spē venie reducit. dicit mater sancte spei. ꝑ

SEcundo vidēdū est qualr adiuuat. Ipsa quidē adiuuat hoiez in oi statu, scz in vita in morte ɿ post mortē. Uñ canit eccl'ia Maria mater grē mr mie. adiuuat em in vita tā bonos q̄ malos. bonos scz in grā cōseruando. Ideo dr. Maria mater grē. malos vero ad milam dei ꝑ pniam reducēdo. Ideo dr Mater mie. Adiuuat etiā in morte ab oibus insidijs diaboli ꝓtegendo. Ideo subdit. Tu nos ab hoste ꝓtege. Adiuuat post mortē aias scz in suis manibus suscipiēdo: ɿ eas in celū deducendo. Ideo subdit. Et hora mortis suscipe. Liberati aūt ab ipsa regratiant ei dicētes illud Ecclesiastici. l. j. vbi quilibet eoꝝ. ait. liberasti me scdm multitudinē mie tue a rugiētibus preparatis ad escam ɿc. Tertio videndū est ꝓpter q̄ adiuuat. Circa qd notandū est q plura sunt ꝓpter qui nos adiuuare tenet. Et primo ꝓpter abūdantie sue cumulū. Si qs em diues fuerit ɿ viderit fratrē suū necessitatē habere. ɿ clauserit ab eo viscera mie. non est in eo charitas dei. j. Io. iij. Quanto etiā aliquis est ditior: tāto abūdantius debet bona sua indigentibus cōicare iuxta illud Tob. iiij. Si multū tibi fuerit: abūdanter tribue ɿc. Sz beate virgini dr Prouer. vlti. Multe filie cōgregauerunt sibi diuitias. tu vero supergressa es vniuersas. Ergo nobis indigētibus: pauperculis ɿ famelicis tenet de suis abundantijs subuenire. Unde illi dicere possumus. Pasce fame morientē: si non paueris occidisti. c. pasce. lxxxvj. di. Necare enim dr qui alimenta denegat. l. necare. ff. de libe. agn. Et illud quod ait Amb. in. c. sicut hi. xlvij. dist. Non minoris est criminis q̄ habēti tollere cū possis ɿ abundans sis indigentibus denegare ɿc. Secūdo nos adiuuare tenetur ꝓpter debitum. Ipsa enim hoibus multū tenet: qr propter eos habet quicqd hz. qr vt ipsos redimeret ɿ plene beatificaret xps de ea incarnat' est. Et ideo sumus in casu quē ponit glo. in. l. metum. la. ij. §. sed lz. in verbo. opere mee. ff. quod me. cau. dicit. equū est vt si habes bonū ꝓpter me: ɿ ego habeā ꝓpter te. Nos igitur illi tenemur: qr per ipsam sumus recōciliati. ipsa vero nobis tenet: qr ꝓpter nos effecta est mr dei. et ꝑ cōns obligatio ē ad antidota vt bñfaciēti benefaciamus. l. aqlius regul'. ff. de dona. ɿ. l. sed ɿ si legē. §. cōsuluit. vbi glo. ff. de peti. here. et est obligatio naturalis. vt inqt glo. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. ɿ iu. ɿ nos illi tenemur sicut libertus exēptus a seruitute tenet patrono naturalr exhibere operas. l. si nō sortē. §. libert'. ff. de cōdi. inde. Et hāc rōnē tāgit Au. in quodā sermone. di. O Maria multū gaudeo. multū audeo. multūq gaudiū. mltaq mihi audacia est. Maria loquar. hec sic vere ē. Nos em tibi teq nobis mira vicissitudo cōfederat. Ut scz ꝓ nobis habeas id eē qd es. nos vo ꝓ te id esse qd sum' Si em nulla pcessisset nr̄a trāsgressio nō eēt secuta nr̄a redēptio. Et si necessariū nō esset redimi pctōrē: nō esset necessariū parere redēptorē. Ut qd em fieres mater saluatoris si nulla esset indigētia salutis. Tertio nos adiuuare tenet ꝓpter cōmissum officiū. Electi em ad officiū tenent illud petētib' impartiri. l. prouidēdū. §. j. C. de postu. Sicut in similiter dr in pretoribus. l. iiij. §. hoc edictū. ff. de dāno īfecto. immo etiā si nō petat tenētur defendere. l. si nō defendat. ff. de penis. Sed qd maius ē etiā in casu q̄ oppressus esset cōtētus spōte penā pati adhuc dz defendi. l. nō tm. ff. de appel. Et hoc ex qdā naturali pietate ꝓuenit: vt ibi in tex. ɿ glo. Possumus aūt beatā vginē appellari auxiliū ordinariū q̄ militante cessat extraordinariū: scz aliorū sanctorū. Facit ad hoc. l. in cause. la. ij. ff. de mino. Et ideo oēs debēt in necessitatibus suis ad eā recurrere tāq ad matrē. qr sicut mater subuenit necessitatib' filij. ɿ eū alere tenetur ɿ educare si indiget. l. si qs. §. partes. ff. de libe. agno. ɿ. l. ius naturale. ff. de iusti. ɿ iu. ita ipsa cui cōmisit deus officiū maternū erga nos tenet nobis succurrere. Unde illi dicere debemus illud quod canit eccl'ia di. Monstra te esse matrē. ɿc. Nemo ergo se reputet pauperē: nec in miseria permaneat cū sit amicus ɿ filius dn̄e: taz diuitis ɿ potētis: sed cōfidēter ad postulandū ipsi' adiutorium pergat. Deus em de ea confidens omnes gratias faciendas sibi commisit: ɿ ipsa officium suum diligēter facit ɿ abūdanter gratias distribuit: sciēs q maledictus dr dispensator amarus cuius dn̄s est largus. Item oibus succurrit. nā adiuuat tribulatos dans eis patientiā. De quo Prouer. vl. dr Cōfidit in ea cor viri sui. Et sequitur. de nocte surrexit vt scilicet tribulatis subueniat. Adiuuat etiam tentatos dans eis victoriam. vnde subdit ibidem. dedit predam domesticis suis. Adiuuat quoq in dei amore famelicos: dando eis refectionem internā. ideo subditur. et cibaria ancillis suis. Ex qbus vbis colligitur q btā virgo hoc quosdam famulos ɿ ancillas. ɿ isti sunt boni laici q̄ precepta dei custodiunt. quibus dat cibaria. qr cibo diuine gratie eos pascit. hz etiā qsdā domesti-

Mirabilis facta est scientia tua ⁊ merito. Cum enim dicatur. j. Regum. ij. Deus scientiarum dñs est profecto non est dubitandum ꝙ matrē suam scientia replere voluit. Unde de ipsa inquit Sap. vj. Ponam in lucem scientiam illis. Et ipsa dicere potest illud Prouerbiorum. xxx. Noui scientiam sanctorum de qua per totum orbem diffudit. iuxta illud Eccli. xxi. Scientia sapientis tanꝗ inundatio inundabit. De sermone autem scientie eius dici potest illud Prouerbiorum xv. Letātur homo in scientia oris sui. ⁊ sermo opportunus est optimus. Ipsi quoqꝫ virgini in hunc mundum venienti dicere potuit deus illud. iij. Reg. iij. Dedi tibi cor sapiēs ⁊ intelligens. De ipsa etiam dici poterat illud iij. Regum. iiij. Erat sapientior cunctis hominibus. Et illud Judith. xj. Mirabātur omnes sapientiam eius. Et illud Ecclesiastici. ca. xxxix. Collaudabunt multi sapientiam eius. Et ipsa dicere poterat illud Ecclesiastici. j. Precessit sapientia omnes qui fuerunt ante me. De illa quoqꝫ dicere possumus illud Daniel. v. capi. Scientia ⁊ sapientia inuenta sunt in ea. Et illud Ecclesiastici. xxiij. Omnia vidit oculus eius scilicet intellectualis. Ex quibus omnibus cōcludi potest ꝙ beata virgo que cognouit omnia creata. ⁊ creatorem sciuit numerū animarum in inferno existentium cū earum penis ⁊ earum que erāt in purgatorio ⁊ in sinu Abrae. ⁊ in mundo. ⁊ pulchritudinē earū. ⁊ similiter numerum omniū angelorū archangelorum. ⁊ aliorū beatorum spirituum de quibus inquit Dionysius. ꝙ maior est numerus angelorum ꝗ omnium aliorū creatorū simul. ⁊ ꝙ pro vno angelo sunt decem archangeli. ⁊ semper multiplicantur in decuplo ascēdendo de ordine ad ordinē. Sciebat ergo beata virgo omnium istorum numerū ⁊ eorum distantiā ⁊ pulchritudinem differētem ⁊ gloriam. Item cognouit naturam diuinam scilicet beatissimā trinitatem ⁊ distinctionē personarum ⁊ proprietates attributas tribus personis melius ꝗ vnꝗ cognouerint vel cognoscent omnes pure creature sub celo existentes. Item omniū stellarū nomina ⁊ proprietates sciebat. Nā deus cōmunicauit sibi per gratiam illud quod ei canit Sedulius dicens. Qui stellas numeras quarum tu noīa solus. Signa potestates. cursus loca tempora nosti.

De fide beate virginis.



Ut inquit glo. sup illō Pauli. j. ad Corin. xij. Alteri fides ⁊c. Hic accipit fides put est gratia gratis data p cōstātia fidei vel sermone de fide. Qō aūt btā vgo oēs superauit vt in fide sic sumpta. pbat Alb. vbi. s. c. x. el. sic Nā aliorū cōstantia fuit defic ē ⁊ intercepta. ipsi⁹ aūt non. Uñ de ea solet exponi illud. Eccl's. j. Generatio preterit ⁊ generatio aduenit terra vero in eternum stat. Item Mat. xvij. inqt saluator. Si habueritis fidem sicut granum sinapis et dixeritis monti huic tolle te et mitte te in mare. obediet vobis. Granū sinapis est tenax purū ⁊ calidū: ⁊ significat fidem beate Marie que fuit ita constans. certa ⁊ humilis ꝙ ad ipsius dictum qn dixit angelo. fiat mihi sm verbū tuū summus mōtiū tulit se de celo. et misisse in mare huius mūdi p incarnationem ex ea: vel in mare sui vteri. Certe nullius. scti vel sctē fuit vnꝗ fides tam constans et tam feruens ꝙ istud petere auderet: vel impetrare posset. Non etiam Abraam qui tn vt ait apostolus ad Ro. iiij. Credidit in spē contra spem Credidit nāqꝫ in spē repromissionis sibi facte ab angelo de filio nascituro contra spem quā naturaliter habebat scilicet ꝙ nō esset ei amodo filius nasciturus cum esset antiquus dierum: ⁊ haberet vxorē sterilem. Sed maior fuit fides btē virginis ꝗ credidit angelo sibi dicenti. ꝙ ex virgine permanēte nasceretur deus ⁊ homo. Magis eñ est cōtra naturam virginē cōcipere ⁊ parere deū ⁊ hoīem ꝗ sterilē ⁊ vetulā ex antiquo viro cōcipere purū hoīem ergo ipa iproportionabiliter superauit. Abraam in fide. ⁊ cōsequēter oēs alios p illā regulam Quicqd est supius supiore. est etiā multo magis superi⁹ inferiore. ar. in. l. de accessionib⁹. ff. de diuer. ⁊ tēp. pscrip. ⁊ l. c. ex parte. extra decl:

Itē Grego. i homel. paschali inqt. Fides non hꝫ meritū vbi humana rō prebet experimētū. Sed istud a btā vgine creditū. maxime fuit sup ratione ⁊ experimētū ergo habuit maximū meritū. Ex qbus oībus ptꝫ ꝙ ipsa virgo bñdicta habuit maximū habitū ⁊ actū fidei sup oēs viatores. Hāc aūt fidei sue constantia mater dei diabolum superauit Uñ ipsa volēs cōtra eū decertare dixit deo illud Judith. ix. c. Da mihi in aīo ꝯstantiā ⁊ cōtemnā illum ⁊ virtutem eius vt euertam illum. De timore etiam demonū propter cōstātiā fidei virginalis pōt dici illud Judith. xvj Horruerūt perse constantiam eius. Ipsa quoqꝫ virgo de plurimis mysterijs fidei perdocuit primos pdicatores apostolos. Uñ illi dicere poterant illud ps. cxviij. Declaratio sermonū tuorum illuminat. Et qz sermonū suorum eccl'ia fuit bñ disposita. Ideo de ipsa dici pōt illud Eccli. xliij. In sermone eius cōposita sunt oīa. Et illō Eccli. viij. Sermo illi⁹ potestate plenus est. Eius autem sermo et doctrina non fuit sicut illius. de quo inquit Cato. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Et Oui. in. ij. de tristi. dicit de se et de alijs malis doctoribus. Crede mihi mores distāt a carmine nostri. Sed seruauit illud Prosperi in libro epigram. dicentis. Non satis est domini precepta euoluere lingua. Is meminit legis q memor est operis.

¶De gratia sanitatum beate virginis.

G Ratia sanitatu3 est curare infirmos: nō medicina naturali: s3 virtute diuina nā ope diabolico vt fit in incā tatiōibus ꝛ supstitiōib⁹ curare infirmos nō ptinet ad grām istā sed ad pctm. Un ꝛ phibitū ē.xxvj.q.ij.c.illud.ꝛ.q.iiij.c. igit. Hāc aūt grām sanitatū hēbāt apti. Un ēt ad vmbrā Petri trāseūtis pvtā infirmi iacti ei⁹ vmbra sanabanť vt dr Act.v. Ergo multo excellēti⁹ hec grā fuit in ipsa magistra ꝛ dn̄a aptoꝝ dei genitrice maria. Un̄ de illa dr Eccli.xliij. Medicina oīm in festinatiōe nebule. Nebula ista est caro xp̄i, de terra virginali exorta: nullo peccati pōdere ꝑgrauata ꝛ vltra puritatē angelica3 eleuata. ac calore spūssancti formata. Hic ergo medicina nobis a btā ꝟgine facta ꝛ pposita. tot⁹ mūd⁹ ſpūaliter est sanat⁹. Undē Bern. in quodā ser. inquit. De plenitudine ei⁹ oēs recipiūt grām. eger curationē tristis cōsolationē. Ideo ei⁹ filı⁹ inqt Eccli.xxiiij. Ego q̄si fluuius dorix: qui interptať medicamētū gratiōis egressus sum de padiso dei nr̄i. i. de beata ꝟgine. quo fuit paradisus voluptatis a pn̄cipio. in quo posuit deus hoiem. i. xp̄m quē formauerat. Cū ergo illud qđ est cā cāe sit cā causati. vt dr in lib. de causis ꝛ notať in. l. domum: ꝛ in. l. videam⁹. in fi. ff. locati. ꝛ in. l. q̄ occidit. §. in hac. ff. ad. l. aquil. Si beata ꝟgo grauit medicinā ꝛ medicū sanatorē oīm. ꝯcludēdū est ꝙ ipsa totū orbē sanauit. Itē ipsa habuisse grām sanitatū in summo, pbat Alber. vbi. s. c. lj. ꝛ possumus arguere sic. Beata virgo nō solū totu3 hoiem sanū facit in aīa ꝛ corpore: ꝛ curat oēs morbos icurabiles: vt supra patuit: s3 etiā post mortē curat ꝛ mortē fugat: ꝛ ēt q̄s curat: sanat ad imortalitatē ergo superat oēs in grā sanitatu3. Ideo ipsa inquit Prouerb.viij. Qui me inuenerit inueniet vitam. ꝛ hauriet salutem a domino.

¶De operatione virtutum beate virginis.

C S Uper illō. j. ad Coꝝ.xij. Alij opatio ꝟtutū. ait glo. i. miraculoꝝ q̄ sunt ꝯ naturā. i. solitum cursu3 nature. c. cū marthe. §. q̄siuisti. ꝟsi. miraculū. ꝺ cele. mis. Et ista est drīa īter istā grā3 ꝛ p̄cedētē qꝛ p̄cedēs ve3 grā sanitatū est circa ea ad q̄ se extēdit etiā virtus naturalis. sed vbi p naturā fit sanatio infirmitatū mediātibus medicinis ꝛ successiue p grām diuinā fit subito. S3 operatio virtutū est circa ea ad que nō se extēdit potentia nature create. vt est illuminatio cecorū: ꝛ resurrectio mortuoꝝ. solē in celū firmū stare vel retrocedere. Omniū aūt virtutū ꝛ miraculoꝝ maximū est deus homo seu verbū caro de virgine factū. Un̄ Hiere.xxxj. dr. Nouu3 faciet dn̄s sup terrā. femina circūdabit viꝝ. Nouu3 aūt iste est sup oēs nouitates. cuius nūq̄ fuit nec erit sile. iuxta illud Esa.viij. Quis audiuit vnq̄ tale: aut q̄s vidit huic sile: ergo btā ꝟgo habuit gratiā opatiōis virtutū in summo. Licet cm̄ fuerit opus magnū ꝛ mirabile qđ factū est sub ezechia rege iuda qn̄. s. ad petitionē ei⁹ in signū sue sanatiōis ꝛ remissiōis culpe sol reuersus est retro p. x. lineas in horologio archā regis iuda. vt habetur. iiij. Regum.xx. tamen quia hoc opus fuit vmbra ꝛ figura maior fuit ipsa res figurata. Signū etem̄ datū fuit in sanationē ꝛ remissionē peccati. nō vni⁹ hois solū s3 toti⁹ humani gn̄is ifirmi ad mortē ꝙ qn̄ sol iusticie fili⁹ dei altissimi retrocederet. x. lineis tūc sanareť hō. Nouē linee sunt nouem ordines angeloꝝ recti ad deū. x. linea est humana natura. Reuersus est ergo quasi retro: qm̄ paulo min⁹ ab angelis minorat⁹ est: qꝛ mortalis factus. formam serui accipiens. habitu inuent⁹ est vt homo dicitur ad Phil. ij. ꝛ sic in decima linea. Horologium autem ad cuius decimam lineam reuersus est sol. est beata virgo ex rege Achā descēdens: qui in se habuit perfectionē omnium ordinum: angelorum ꝛ hominum. O quante virtutis opus. deus factus est homo vt homo fieret deus. cecus illuminatus. infirm⁹ sanatus est per virginem benedictam. Cecos quoq3 corporaliter multotiēs illuminauit. Un̄ legiť ꝙ quidam clericus ꝛ valde deuotus: qui arte scribendi vitam suam sustētabat audiēs ꝛ legens pluries de pulchritudine ꝛ excellentia ipsius: rogabat frequenter ipsam virgine3 vt illi semel se dignaretur ostendere. Cui reuelatum fuit ꝙ tāta est claritas eius vt si videret eam visum amitteret. qui nimis affectuose eā videre cupiens: dixit se non curare de amissione oculoꝝ dūmodo semel mereret eā videre. Cogitauit tamē sibi in hoc prouidere ne amissione visus oporteret eum mendicare scribere non valendo. Unde statuit in mente sua vnu3 oculum clausum tenere cum sibi appareret: et altero ipiam aspicere: vt salte3 oculus clausus sibi remaneret illesus. Cum igitur super hoc anhelanti quadā vice sibi cum magna gloria appareret beata virgo: et ille clausum vnum oculum tenere inciperet tantam pulchritudinem et magnificētiam in ea cū vno oculo aperto vidit ꝙ non contētus vidisse vno oculo nisi eam totis oculis vidisset. etiam si centum habuisset. aperuit subito etiam alium vt plenius contēplaretur. Qui subito ex imensitate lucis vtroq3 oculo orbatus est. Nec tn̄ ex hoc contristatus est: sed mirabiliter cōsolatus ex ipsa visiōe rogauit tamē beatā mariā vt saltē vnum oculū sibi restitueret: vt ex scriptura viuere posset. Cui pijssima virgo vtrumq3 oculum pro cō nus reddidit,

¶De scriptu ꝓphetico beate virginis. D



Ecūdū glo.j.ad Cor.xij. ꝓphe
tia ē ꝑdicere futura vel occulta
ꝑsentia.vel ꝑterita nūciare que
via naturali sciri nō pñt. Quot
ꝯo modis qs dicat̄ ꝓphetizare
ponit Bar.in.l.j.in ꝑn.ff.de no.
ope.nū.Qd aūt hāc grāz btā ꝟgo habuerit in
summo:ꝓbat Alb.vbi.s.c.cliij.sic.Prophetia ē
diuina išpiratio.ergo vbi iꝓportiōabiliter ē
spūsancti ꝑsentia ⁊ grā ⁊ ihabitatio:ibi ēt im
proportiōabiliter est išpiratio ⁊ ꝓphetia. Hoc
aūt fuit in btā ꝟgine iuxta illō Lu.j. Spūssan
ctus supueniet in te.ergo ipsa in sūmo habuit
spūm ꝓphetie. Itē spūssanct⁹ in alas sanctas
se trāsfert:⁊ amicos dei ⁊ ꝓphetas ꝯstituit. vt
dī Sap.vbi ergo iꝓportioābilis est trāslatio
est iꝓportiōabilis ꝓphetia ⁊ amicitia. Hoc
aūt totū fuit in sctissima aīa dn̄e olim creatura
rū.ergo habuit ꝓphetiā in summo.Itē Matt.
xj.dī.Lex ⁊ ꝓphete vsq̧ ad Joānē:⁊ iste fuit ꝓ
pheta et xp̄m digito demōstrauit.s3 impropor
tiōabiliter pl⁹ est xp̄3 gnare ⁊ nobis dare q̄ʒ de
mōstrare.ergo si ꝓpter demōstrationē Joan
nes dict⁹ est ꝓpheta multo magis btā ꝟgo di
cet ꝓphetissa.Sicut eñ seipām matrē ꝟginē
demōstrauit corpore sic ipsuz filiū suū in ꝓphe
tis ⁊ scripturis ꝓmissuz toti mūdo demonstra
uit:⁊ sic summa ꝓphetissa fuit.Vñ Esa.viij.dī
Accessi ad ꝓphetissam.vbi gl.ait.i.ꝟginē ma
riā.Ergo ipsa ꝑ excellētiā dī ꝓphetissa.Sequi
tur ibidē q̧ ꝯcepit ⁊ ea filiū iussit de⁹ vocari
Accelera spolia.detrahe.festina.ꝑdari qd no
men ꝑ effectuū cōuenit xp̄o filio hui⁹ excellen
tissime ꝓphetisse.Itē si Cayphas eo q̧ erat pō
tifex anni illi⁹ ꝓphetauit. vt hr̄ Jo.xj. ergo im
proportiōabiliter btissima virgo regina ⁊ impe
ratrix mūdi sup oēs grā3 habuit ꝓphetie. Itē
q̄ꝛ ipsa hāc gratiā habuerit ꝑ effectū mōstrauit.
qn̄ ꝯsciētia secretoꝝ ⁊ ꝑscia futuroꝝ:ministris
nuptiaꝝ dixit Jo.ij.Qdcunq̧ vobis dixerit fa
cite.ꝓuidēs spiritu ꝓphetico q̧ fili⁹ ei⁹ volebat
aquā in vinū cōuertere.Qd aūt sex⁹ non repu
gnet ꝓphetie ptz:qua in nouo ⁊ veteri testamē
to ꝓphetisse fuerūt:vt ptz de maria sorore Aa
ron Exo.xv.⁊ Lu.ij.Anna ꝓphetissa cōmemo
ratur Act.quoq̧.xxj.dī q̧ Philipp⁹ habuit qua
tuor filias que prophetabāt. Preterea Joan
nes dicit̄ propheta ⁊ plus q̄ʒ propheta:q2 pfez
⁊ matrē quodāmodo prophetas fecit vt habet̄
Lu.j.Multo ergo magis dici debet propheta
e plus q̄ʒ propheta beata virgo que Joannez
prophetam constituit.Nam ad eius salutatio
nem exultauit in vtero matris vt mysterium
occultū qd spū prophetico cognouerat eo mō
quo poterat ostenderet. Non solum autē ipse
Joānes ad vocē ꝟginis benedicte cōstitutus
est propheta.sed etiā mater eius facta est pro
phetissa ⁊ spūsancto repleta. vt habet̄ Luc.j.
Qd vero beatissima virgo spūm propheticū
in summo habuerit in suo mirabili cātico ostē
dit.in quo nō solū ꝑterita ⁊ ꝑsentia occulta nū
ciauit:s3 ēt futura excellētissime ꝓnūciauit.Jō
illi in mūdū venienti dicere potuit deus illud
Hiere.j.Prophetā in gētib⁹ dedi te.Si eñ pe
trus dicebat sue.ij.canonice.j.ca.Habem⁹ fir
miorē propheticū sermonez.multo magis hoc
dicere poterat ipsa dei mater.De qua etiā di
ci potest illud Eccli.xlvj.Exultauit vocem ei⁹
in prophetia.

¶De discretione spirituum quam habuit
beata virgo. E



Rime Jo.iiij.dī.Nolite credere
oī spūi.sed ꝓbate spūs vtrū ex
deo sint:⁊ ꝓpterea dī in.l.j.§.do
lū.ff.de eo ꝑ quē fac.erit q̧ faci
liter oīb⁹ credēs de facili decipi
tur.⁊ dī esse in culpa. Facit.l.iij.
§.sed ⁊ si sic.ff.de in rē verso.Dicit etiā Eccli.
xix.Qui cito credit:leuis est corde qd maxime
intelligi d3 de illo qui credit cito spūi sibi ali
quo mō apparēti.Angel⁹ eñ tenebraꝝ trāsfi
gurat se in angelū lucis. vt ait Paulus.ij.ad
Cor.xj.Discretio ergo spūum est cognoscere
bonas inspiratiōes a malis suggestionib⁹ mū
di carnis ⁊ diaboli quā gratiā in summo ha
buisse matrē dei ꝓbat Alber. vbi.s.c.cliij.sic.
Spūalis hō iudicat oīa.j.ad Cor.ij.i. discer
nit agēda a nō agēdis:⁊ simulata a veris.S3
beata virgo improportiōabiliter fuit spūalis
ergo iꝓportionabiliter alijs omnia iudica
uit:⁊ sic super omnes discretionez habuit.Itē
ij.ad Cor.ij.inquit Paulus de diabolo. Non
ignoramus astutias eius. ergo multominus
mater dei.Item in vitaspatrum legitur q̧ bea
tus Antonius videns totum mūdum laqueis
diaboli plenum exclamauit. O quis euadet
hos tantos laqueos.Et vocem audiuit dicen
tem sibi: q̧ sola humilitas . Sed beata virgo
improportionabiliter omnibus alijs humilis
fuit ergo improportionabiliter super omnes
indeceptibilis fuit. nunq̄ʒ enim decepta est:
sed deceptorem in omnibus vicit. Item pro
prium est spiritus neq̧ tentare spirituales de
superbia.Sed ipsa nunq̄ʒ habuit stimulum su
perbie.ergo a spiritu maligno maxime fuit in
uincibilis.cuius machinatiōes super omnes
intellexit.

¶De genere linguarum beate vir
ginis. F



Ratia gn̄is linguaꝝ est scire loqui
varijs linguis:⁊ itelligere idioma
ta eaꝝ:q̄ hō nō didicit ꝑ suā indu
striā:sed ꝑ solā gratiā diuinā.quā
gratiam habuit beatus Anto
nius de padua ordinis nostri qui rome predi

cans intelligebatur ab oībus nationibus hominū.⁊ cum ibi essent pſtres. non solum latini sed etiam greci.alemani.gallici.hispani.et alij multi diuersarum linguarum singulis videbatur q̄ predicaret in lingua sua. Hanc gratiam dedit deus apostolis in die pētecostes quando in linguis igneis descendit super eos spiritussanctus. Actuum.ij.cum quibus et beata virgo erat que similiter cū eis hāc gratiā linguarum recepit immo ipsis omnibus excellētius.vt ait Alber.vbi.s.c.clv.⁊ pōt probari q̄ ipsa habuit gratiā linguarū hoc modo. Lingue in signum sunt fidelibus.j.ad Cor.xiiij. Sed ipsa fidelissima fuit.ergo donum lingue in summo habuit. Itē ipsa aduocata oīm ergo debuit scire idiomata singulorum. Unde dicit idē Alber.vbi.s.q̄ multi ex diuersis mūdi partib⁹ audiētes famā sanctitatis beate virginis accedebāt ad eā visitādam vt ab illa instruerent in fide filij eius. quibus illa loquebat linguis in quibus erāt edocti ⁊ enutriti. eosq̄ cōsolabatur ⁊ confortabat. Unde ipsi dicere poterāt beate vgini illud Can.iiij. Mel ⁊ lac sub lingua tua Sunt autem septuaginta duo genera linguarū sicut fuerūt discipuli xp̄i.c.septuaginta.ei.q.j.xvj.di.que omnia perfectissime habuit beata virgo maria.

¶De interpretatiōe sermonū btē vginis. G


Interpretatio sermonū ꝑm gl.j. ad Cor.xij. est scripturas scire exponere. Quod aūt beata virgo hanc grām in summo habuerit patet ex predictis in quibus probatum est q̄ oēs scripturas intellexit. Itē nō est verbū qđ dn̄s nō reuelauerit seruis suis.vt dicitur Amos.iij.ergo multo magis matri sue interpretationē oīm sermonū ⁊ scripturarū dedit. Unde in illa verificabat illō Eccli.iiij. In lingua sapia agnoscitur ⁊ sensus ⁊ sciētia ⁊ doctrina. Uerba enim sunt note earū que sunt in aīa passionum.vt dr̄.in.j.periher.⁊ in li.vj.pūnct.⁊ notatur in.l.iij.ꝑ.idem tubero.ff. de supellec.lega.⁊ facit.l.non aliter.ff. de le.j.et.l.is qui.ꝑ.fi.ff.de tuto.et cura.da.ab his.l.quidam.ff.de condi.insti.⁊.l.diuus pius ꝑ.de minore.alias.l.de minore.ff.de questio. Beata igitur virgo optime sciens omnes scripturas interpretari.dicere poterat illud. Ecclesiastici.lj.dedit mihi dominus linguā mercedem meam ⁊ ipsa laudabo eum. Appropiate ad me indocti ⁊ congregate vos in domum discipline aperui enim os meū cōparate vobis sine argento sapientiam.


¶De grā apostolat⁹ ⁊ euāgelistarū ac pastorū q̄ fuit.l.b.vgine. H


Apostolat⁹ grām habuisse btām virginē pbat Alb.vbi.s.c.cviij. Nā si Johēs babtista dicit Johis.j. Ego vox clamātis in deserto.quasi diceret.nō tm̄ pdico voce sꝫ tot⁹ suꝫ vox pdicās pniam.q2 oīs vita mea.victus: vestitus ⁊ habitatio inuitans hoīes ad pniam.ex quo habeo grām apostolatus. Multo magis hoc dicere poterat beatissima virgo cui⁹ oīs vita erat vox inuitās hoīes ad innocētiā. Itē ꝓprietas apostoloꝝ est illa q̄ habet Mat.v.vbi christus dixit illis. Uos estis lux mūdi.sed hoc cōuenit beatissime virgini i summo ergo habuit gratiā apostolatus i summo. Itē apostolus grece idē est qđ missus latine.q2 fuerūt missi apl̄i ad predicādū fidē.vt inquit Archid.in.c.fundamēta.sup verbo apostolos.de elec.lib.vj. Sed btā virgo missa fuit in mūdo ad concipiendū ⁊ pariēdū fidei autorē ergo excellentius habuit gratiā apostolatus omnibus apostolis. I

Euangelistarū quoq̄ grām habuit.q̄ oīm q̄ euāgeliste scripserūt magistra fuit. Unde Luc.ij.dr̄. Maria aūt ꝯseruabat oīa verba hec cōferēs in corde suo.vbi glo.ait vt cū tēp⁹ predicādi vel scribēdi icarnatiōis adueniret sufficiēter oīa ꝓut essent gesta posset explicare.s. fidelib⁹ maxime apostolis ⁊ euāgelistis. K

Pastorū etiā gratiā habuit.q̄ totā ecclesiā bñdictū fructū vētris sui pauit.⁊ continue pascit. De quo predictū fuerat Esa.xl. Sicut pastor gregē suū pascet. Itē ipsa genuit eū q̄ solus est pastor bonus. Johan.x.⁊ transsumptiue in.ꝑ.ecce.ij.qōe.vij.q̄ est magnus pastor ouiū. Hebre.xiij.ergo dignitatē pastoꝝ habuit q2 pliū vniuersum orbē cibauit. Immo nō solū greges sꝫ etiā alios pastores ipa pauit. Unde de illa dici pōt illud Hiere.vj. Ad eā veniēt pastores scilicet vt pascātur ab ipsa. L

Concludit igit albert⁹ super Missus est. ca.clx.q̄ omnia dona gratis data ⁊ oēs gratias vniuersaliter ⁊ omnipharie habuit beata virgo super omnes alios excellētius que sibi fuerūt collate.et si nō ad ministeriū in ecclesia.ad decorādā potentiā ad nobilitādā naturam ⁊ ad honorādam personā super.⁊ sic ad pfectionis ⁊ delectatiōis augmentū.in materiā laudis ⁊ omniū bonoꝝ spūalium complementū.de quibus donis nobis cōicare dignet ipsa virgo beatissima. Amen.

¶De eiusdē btē.virginis sanctitate.ac peccati immunitate.impeccabilitate.puritate ⁊ meritabilitate. Sermo.x. M


Empli dei sanctum est.j.ad Cor.iij. Inquit beatus Aug.in ser.j. de assumptione virginis beatissime. Ad tante virginis promenda laudis preconia: quō tenue ingeniū ⁊ inero lingua suffi-

ciat:cū ad hoc etiā nō possit sufficere phoꝝ ꝓfunda loquacitas:nec mirū si hec virgo sctissima suis laudib⁹ humane vocis modos exuperat:qꝛ humani generis excellētib⁹ meritis trāscēdit naturā. Sed nō oino nobis a laudibus eius est recedēdū.qꝛ ⁊ si min⁹ sufficit sensus inopia ad effectū:sufficiēs est apud deū deuote mētis affect⁹.nec ambigendū est quin valeat h:c de se loquēti sapiētie ꝓbere igniculū:q̄ totius sapiētie plenitudinē suo castissimo ptulit in vtero valētꝗ cū vult efficaciā ꝟbi tribuere. q̄ verbū ꝑ qđ facta sunt oia: ꝟgineis viscerib⁹ gestauit ī corꝑe.hec ille. De ista ergo dignissima virgine ꝉteꝝ loqui peroptātes:quinqꝫ cōsiderationes in pꝛesenti sermone faciemus.

Pꝛima dicetur sanctitatis.

Scđa immunitatis.s.a peccato.

Tertia impeccabilitatis.

Quarta puritatis.

Quinta ⁊ vltima meritabilitatis.

¶ Pars pꝛima huius sermonis de sanctitate siue sanctificatione beatevirginis. N

BEatam virginē in vtero mrīs fuisse sanctificatā ꝓbat Alexā. de ales in.iij.pte summe in tractatu de sanctificatiōe beate viginis.⁊ Frā. de may. in tractatu de cōceptione virgis.⁊.s. Bona.l.iij.dist.iij.⁊ beat⁹ Thō.l.iij.parte summe.q.xxvij.ar.j.⁊ l.iij.di.iij.⁊ in.iiij.di.vj.art.ij. q.j. Et hec veritas ꝓbari pōt hoc mō. Ecclesia celebꝛādo festinat ei⁹ natiuitatē ergo fuit sancta anteꝗ̄ nata ex vtero ergo fuit in vtero sanctificata.vñ Bern.in quodam sermone ait est itaqꝫ virgo regia veris bonoꝝ titulis cumulata.que proculdubio sancta fuit anteꝗ̄ nata.neqꝫ eñ natiuitas ei⁹ festiuis laudib⁹ honoraret si nō sancta nasceret hec ille. Si eñ nō fuisset sanctificata ecclia erraret celebrādo ei⁹ natiuitatē.qꝛ status ī pctō nō deberet status gaudiū neē solēnitas.sed potius doloꝛ ⁊ luctus. Cū ergo ecclia non possit errare.ij.q.iij.ca.saluatoꝛ. xxiiij.q.j.ca.pudēda ⁊.c.a recta.⁊ in.glos.c.ita dñs.xix.di.⁊ qui oppositū teneret esset hereticus.patet ꝓpositū. Scdo ꝓbat̄ ꝑm phm in.ij.⁊.viij. Topi. Si qđ minus videtur inesse ⁊ inest.ergo ⁊ id qđ magis. Nā si rex ⁊ princeps honorat clericū sequit̄ ꝙ magis debet honorare papā. Cū ergo hieremias fuerit sanctificatus in vtero vt ptꝫ eius.j.c.vbi dixit illi deus. Priusꝗ̄ te formarem in vtero noui te.⁊ anteꝗ̄ exires de ventre sanctificaui te. Johannes ꝗ̄ꝫ sctificatus fuerit in vētre matris.vt ptꝫ Lu.j.vbi dr̄. Et spūsancto replebit̄ adhuc ex vtero matris sue. Minoꝛ aūt ad euidētiā de sanctificatione illoꝝ ꝗ̄ de sanctificatione btē virginis. Ergo multo magis ipsa fuit a deo sanctificata ꝑ illā regulam Bēr.superius allegatam.qđ aliīs licet paucissimis est concessum ⁊c. xv

LOnge tamen excellentioꝛ fuit sctificatio virginis sanctificatione Hieremie ⁊ Johannis.illorum enim sanctificatio importat emundationem.beate autem virginis repletionem sanctispūs ⁊ gratie mundationē. De hac autem santificatione prophetauerat Dauid ꝑs.xlv.di. Santificauit tabernaculum suū altissimus. Si enim Hieremias fuit sanctificatus vt esset dignioꝛ propheta dei ⁊ Johannes vt dignius posset xp̄m digito demōstrare:multo magis debuit beata virgo sanctificari:vt esset dignioꝛ mater dei:⁊ xp̄m in suis viscerib⁹ posset digni⁹ generare. Incōueniēs etenī fuisset ꝙ tam preciosum thesaurū.s.dei filium.pater etern⁹ in vtero ei⁹ poneret nisi sctūs ⁊ mundus fuisset.cui inquit propheta.ꝑs.xcj. Domū tuā,dñe decet sctitudo in lōgitudinē dieꝝ. Ad euitēdū ergo istud inconueniēs necesse est fateri btāꝫ ꝟginē fuisse sctificatā qꝛ argumētū valet.reducēdo rē ad icōueniēs.vt inqt gl.l.i.j.C. vt lq̄ desunt aduo.ꝑ.legē offidius.ff.de leg.iij.

QUadruplicitur aūt fuit sanctificata beatissima virgo. Pꝛimo in matris vtero vt supꝛa dictum est:⁊ tūc collata est ei gratia.⁊ remota pꝛonitas ad peccandum tam venialiter ꝗ̄ mortaliter.ctvt ait Alex.de ales vbi s.sanctificatio remouit a virgine omne quod esse poterat inclinatiuū ad pctm̄ ad quoscūqꝫ carnales motus qui velut serpentes in carne humana serpūt. Et hec quidem sctificatio tanta fuit vt etiā postea ad alios extenderet virtutes suas vt extingueret et in aliīs oēm concupiscentiā carnis proinde Ecclesiasti.xxiiij.ipsa inquit. Quasi cedrus exaltata sum in libano: quia sicut cedrus interficit serpentes odoꝛe suo.ita eius sctitas in alios irradiās.⁊ bonoꝝ exemploꝝ odorē spirās extinguebat concupiscētie motus in carne serpētes ⁊ hāc virtutem nō habuerūt aliī ī vtero sctificati.vt sic ad aliā virtutē suā trāsfunderēt atqꝫ carnalis concupiscētias extinguerēt De hac aūt btīssime virginis sctificatione alius fructificātes predixerat Dauid in ꝑsona eius dicēs.ꝑs.cxxxj. effloꝛebit sctificatio mea. Sic aūt fuit ꝑ sctificationē prima dei gr̄a repleta:ꝙ lꝫ eius liberū arbitriū nōdū esset in fine vltimo stabilitū:tñ nūqꝫ eaꝫ inclinabat ad malum sed semꝑ ordinabat ad bonū.⁊ in statu innocētie ab omni pctō illibatā ꝓtegebat.vñ Ber.ad canonicos Lugdunenses scribit Puto ꝙ copiosum mun⁹ gr̄e ī eā descenderit que eius nō solū sanctificaret hortum sed eam ab oī pctō custodiret immunem. Ideo spūsctūs poterat dicere verbo diuino incarnādo:illud.j.Para.xxix. Pꝛeparaui edē sanctā.⁊ ipsi virgini dici poterat illud Judith.viij. Tu mulier sctā es. De hac etiā sctificatiōe ꝑdixerat Dauid ꝑs.xcv.dicēs. Sctimonia ⁊ magnificētia in sctificatione eius. p

In scda aūt santificatiōe q̄ facta ē in cōceptiōe filij dei tātā largitatē z copiā spūs sancti accepit: quātā pōt creatura viatrix accipere. nō deo vnita vnitate psone. tāq̄ olmode ad diuinos vsus tā mēte q̄ corpore dedicata fuit tota luce diuinitatis resplēduit. z hoc significare voluit āgel⁹ qn̄ dicit Lu.i. Spūs sanctus superueniet in te: z virt⁹ altissimi obūbrabit tibi: z tūc totalr̄ fuit in dei grā cōfirmata: ita vt ampli⁹ peccare nō posset. Et q̄cludit Alb. vbi s. c.lxvi. q̄ scificatio. b. vgis oēs alias excedit i hoc q: alij scificari postea vēiat̄ peccauerūt ſm ipz. vel ſz alios saltē peccare potuerūt. ipa aūt vgo nō. vt ifra. pbabit̄ in. iij. parte hui⁹ ser. De hac aūt scificatiōe cōfirmāte in sanctitate pōt exponi illd̄ Judith. ix. Dom⁹ tua in scitate pmaneat. btā eni vgo fuit dom⁹ dei permanens in sanctitate. Q

Tertia scificatio fuit qn̄ ē hoc mūdo btā ei⁹ aia migrauit z in plenitudine sctōꝝ collocata ē iuxta illd̄ Eccli. xxiiij. Et in plenitudine sctōꝝ detētio mea. Quarta vo cū in aia z corpore resuscitata sup oīm sctōꝝ z sctāꝝ atq̄ btōꝝ spirituū altitudinē iuxta scissimū filiuz suū in sacratissimo celi palatio sublimata atq̄ indicibiliter glorificata resedit. vnde ipsa dicit illud Eccli. xxiiij. In ciuitate sanctificata similiter requieui.

¶ De imunitate btē vginis ab oī pctō. R



Vt inqt Aug. in li. ō natura z grā Cū de pctis agit̄ nullā p̄sus oz de mr̄e dn̄i facere mētionē. Ipa eni ab oī pctō fuit imunis. vn̄ dicere poterat illd̄ Job. xxvij. Neq̄ eni me reprehēdit me cor meū in omni vita mea. Itē ſm Ansel. in li. de cōceptu vginali. ea puritate nitebat qua sub deo maior neqt intelligi. sed maior pōt intelligi si peccauit ergo nunq̄ peccauit. S

Non obstat aūt illd̄ Eccli. dictū qd̄ refert Leo papa in ser. natiuitatis dn̄i. z hr̄ ēt in. c. adhuc instat. §. scim⁹ aūt. de pe. dis. iij. vbi dr̄. Nemo mūd⁹ a sorde. neq̄ ifans cui⁹ est vita vni⁹ diei sup terrā. z Job. xv. Celi nō sunt mundi in cōspectu ei⁹. i. dei z p celos qdā itelligunt sctōs: q: rn̄deī q̄ generi per speciē derogat̄. vt in. c. generi. de reg. iur. lib. vj. z. l. in toto iure. ff. eo. ti. z. l. sancimus. C. de penis. per speciale eni priuilegium concessum beatissime virgini derogatur illi regule generali q̄ omnes peccauerunt. iuxta illud Eccli. vij. Nō est homo iustus q̄ faciat bonū z nō peccet. z idē habet̄. iij. Reg. viij. z. ij. Paral̄. vj. c. et Exod. xxxiiij. vbi dicitur deo. nullus est apō te inocēs. z Esa. lxiiij. vbi scriptū est. facti sumus immūdi omnes nos quasi pannus mēstruate vniuerse iusticie nostre.

¶ De ipecabilitate beate virginis. T




Ro expeditiōe hui⁹ ptis q̄rit̄. nū qd btā vgo potuerit peccare. Et ōmo vr̄ q̄ sic. Nā Aug. i li. lxxxiij. q̄onū dicit q̄ io de⁹ fecit hoīem peccabilē: q: gl'iosi⁹ ē posse peccare ex ipossibilitate. ergo hoc debuit cōuenire mr̄i dei q̄ fuit gl'iosior oīb⁹ creaturis. Itē Eccli. xxxi. in laudē sancti dr̄. Qui potuit trāsgredi z nō est trāsgressus z facere mala z nō fecit. ergo hoc ēt illi cōueniā q̄ ē oī laude dignissima. Itē Damas. inqt q̄ oē creabile vtibile ſm eē z ſm electionē. ſm eē vt corporalia: ſm electionē vt rōnalia. Sz btā vgo fuit cōposita ex vtroq̄. ergo vr̄ fuisse vtibilis i vtroq̄: z ad hoc facit illd̄ Job. xv. Ecce inter sctōs ei⁹ nemo imutabilis. Insup gl'iosi⁹ est qd̄ ex victoria hr̄ q̄ qd̄ sine victoria. fit. pbat vt no. gl. in. l. pe. ff. de cap. z postli. reuer. corona eni victoribus dat̄. vt ait btūs Maxim⁹ in ser. pluriū martyꝝ sed vbi nulla est pugna: nulla ē z est victoria vt dicit Gre. in moral̄. ergo cū in btīssima vgine maxima fuerit z sit gl'ia. z ipsa cōsecuta sit triū phātissimā coronā. sequit̄ q̄ magnā habuit victoriā: z sic p̄u⁹ maximū habuit pugnam: ergo potuit peccare. Sed ꝯ hoc est auctoritas Bernar. in ser. de natiuitate vginis dī. Ego puto q̄ copiosior grā scificatiōis in ea descēderit: q̄ in alijs in vtero scificatis: q̄ totā vitā ei⁹ im munē ab oī pctō efficeret: qd̄ nemini in nati mulierum credimus esse donatuz. hec ille. Itē frustra est potē: ia que nunq̄ reducit̄ ad actuz sicut dicimus q̄ inania sunt verba que nullus sequitur effectus. i. ff. C. de reuo dona. Sz beata vgo nunq̄ fuit peccatrix: ergo frustra in ea fuisset potentia peccandi. Cum ergo deus et natura nihil agant frustra. vt dicitur. j. physi. iij. de anima. z. j. de celo z mundo et notatur in l. qui his idem. ff. de verbo. obliga. sicut etiam dicitur q̄ in iure nihil est superfluum. vt in. §. sane. in proemio sexti. et in. l. j. §. nulla itaq̄. C. de vete. iure enu. z in. j. consti. co. §. quibus: et in. l. si quando in prin. ff. de leg. j. dicitur q̄ nullum in iure verbum est positum sine misterio. videtur dicendum q̄ deus nō dedit beate virgini potentiam peccandi qui fuisset superflua Unde dicit glo. in. c per baptismum. de conse. dist. iiij. q̄ beata virgo ex miraculo non potuit peccare. Preterea peccare non est aliquid posse sed potius non posse. vt ait glo. in. c. j. super verbo omnipotens. de sum. tri. z fi. ca. que allegat Augusti. de peni. di. ij. §. charitas. ergo zc. Item philosophus in. ix. meta. inquit q̄ potentia est principium transmutationis in alteruz sed in beata virgine nulluz fuit principiū trāsmutandi in pctm̄. ergo nulla potentia peccandi. Item cuicūq̄ inconueniens est inesse actuz eidē inconueniens est inesse potentia: sed beatissime vgini incōueniēs est inesse actū peccā

di .ergo incōueniēs est inesse potētiā peccādi. Itē iter nō posse peccare nec posse mereri. mediū est nō posse peccare ⁊ posse mereri. Sʒ pri-mū ꝑtinet ad statū cōprehēsoꝝ simpl'r. scd'ʒ autē ad statū viatorē simpl'r ergo mediū ꝑtinet ad statū mediū. Sed ille est btē ꝟginis q̄ fuit simpl'r viatrix. ⁊ ꝯm q̄d cōprehēdēs. vt ait Alber. vbi. s. c. clxxv. ergo nō habuit potētiā peccādi: ⁊ ita cōcludit Alb. ibidē di. ꝙ nō posse peccare: ꝑ se sequit̄ naturā iuertibilē: ⁊ hoc modo deꝰ trinitas dr̄ nō posse peccare. vñ ait Hie. in c. vi. de pe. di. ij. deꝰ solꝰ oīpotēs dr̄ q̄ cū oīa possit peccare nō pōt. Scd'o mō dr̄ nō posse peccare qd' hʒ vnionē ꝑsonalē cū natura inuertibili: ⁊ hoc mō xp̄s hō nō potuit peccare. vñ Damasce. dicit ꝙ ipeccabilis erat dn̄s Jesus. Tertio mō dr̄ nō posse peccare. qd' hʒ ꝯiūctionē vel cōuersionē totalē ad naturā iuertibilē ꝑ mediū qd' est de sui natura inseparabile. vt est habitus glorie: ⁊ sic sancti in patria nō p̄nt peccare iuxta illud ꝓphete ps. cxlvij. Confortauit. i. roborauit seras portaꝝ tuaꝝ scʒ sup̄ne hierl'm: vt nullꝰ possit exire peccādo. Quarto mō dr̄ nō posse peccare qd' hʒ cōiūctionē ad naturā iuertibilē ꝑ mediū qd' etsi de sui natura in se quidē est separabile: est tñ oīno separatū a ꝯrio repugnāte vel resistēte vel ipediēte: ⁊ ꝓpter hoc in suo summo in tali subiecto est inseparabile. vt est plenitudo grē in btā ꝟgine: ⁊ hoc mō dr̄ btā ꝟgo nō potuisse peccare. vñ ⁊ Ber. de Joseph dicit ꝙ credebat potius virginē posse ꝑere: q̄ Mariā posse peccare: ⁊ ex his pʒ r̄nsio ad obiecta pugnā aūt habuit nō tñ abintra. s. in carne. sed abextra. s. ꝑ tribulatiōes. vñ ⁊ victoriā. Oēs ergo autoritates ⁊ rōnes q̄ vident̄ ꝓbare ꝙ potuerit peccare loquunt̄ de potentia ꝯm ꝙ opponit̄ ad nō posse. j. vel. ij. vel. iij. modo sumptum. Patet igitur ꝙ nō posse peccare ꝯiunctū cū posse mereri est ꝓpriū ꝓuilegiū beate virginis vt ait Alber. vbi. s. U

HOc ergo priuilegiū nō posse peccare cōtulit illi spūssctūs in scd'a sanctificatiōe cū ex eius imaculatis sanguinibꝰ corpꝰ filij dei formauit. vt ait sctūs Bona. in. iij. dist. iij. arti. ij. q. iij. ⁊ beatus Tho. in. iij. parte sum. q. xxvij. arti. v. Si eñ post ꝯceptionē filij dei potuisset peccare plura incōueniētia sequerent̄ ꝯm Ber. Primo redundaret in cōtumeliā prolis: q: eiꝰ mater esset peccatrix ⁊ serua diaboli ⁊ iniquitatis. Secundo esset in detrimentū matris: q: sic dānari potuisset tertio esset in dānū humani generis ⁊ in contemptū totius diuini intenti: q: incarnationis opus suspectū nō imerito reddi posset. vnde omnino asserendum est ꝙ in conceptione filij dei taliter extitit confirmata ꝙ voluntas eius nō potuit postea conuerti ad malū: nō tñ per liberi arbitrij ablationē nec per alicuius potētie amissionē: sed ꝓpter liberi arbitrij per gratiā cōpletionē ⁊ confortationem ⁊ defectus ablationem: ⁊ hoc ex singulari indulto. ipsi beate virgini collato. Et cōfirmātur p̄dicta per snīam sancti Boñ. vbi. s. q̄ ait Dignior fuit beata virgo ex hoc ꝙ mater dei effecta est q̄ sit aliquis angelus in celo. Si ergo angeli in gratia sunt confirmati: multo magis mater dei. hec ille.

¶ De puritate in summo beate virginis.



BEatissimā virginē habuisse puritatē in summo possibilem haberi ab aliqua pura creatura: probat auctoritate Ansel. superius allegataque habet̄ in lib. de cōceptu virginali vbi inquit. Decuit vt cōceptio illius hominis de matre fieret purissima ⁊c. Si eñ aliquā impuritatem peccati habuisset vel contraxisset: non posset dici habere puritatē tantā qua sub deo maior nequeat intelligi. Nam si maior est puritas in filio eius: ip̄e est deus. Ad ꝓbādū aūt beate virginis puritatē adduci pōt illud Prouer. xxv. Aufer rubiginē de argēto: ⁊ egredieт vas purissimū. Argentum fuit vterq; parens beate virginis de cuius semine propagata est beata virgo. ablata eñ rubigine ⁊ infectione a semine illo quo debebat ipsa virgo concipi. egressa est mater dei tanq̄ vas purissimum. Si enim contaminata esset ipsa virgo aliqua macula peccati: bruta ⁊ inanimata maiori puritate niterent. Dicit ergo Alber. vbi. s. c. clxxviij. ꝙ maior puritas attenditur per maiorem accessum et approximationem ad summe purum. ⁊ ꝙ puritas sequit̄ naturā luminis ⁊ luminosi. vt quod plus participat de natura lucis plus habeat puritatis. vt summa lux ⁊ summe luminosum: summe sit lucidum ⁊ purum: ⁊ vbi magis proprie ⁊ vere est proprietas lucis ibi etiam magis proprie ⁊ vere sit ꝓprietas puritatis. Res enim capit priuilegiū ⁊ nomē eius rei de qua magis participat. vt in arg. per gl. in. l. ij. ff. de lib. lega. ⁊ insti. de adop. §. femine. ⁊. ff. de sta. ho. l. queritur. Subdit Alber. vbi. s. vnde cum sit lux corporalis: ⁊ lux spiritualis. vt dicit Augu. super Gene. ad literam ⁊ magis proprie dicatur lux spiritualis q̄ corporalis. erit ⁊ puritas corporalis ⁊ spiritualis. quarū spiritualis est dignior. Puritas aūt corporalis dr̄ maior ꝯm maiorē cōuenientiā ad summā corporalem lucē ⁊ ꝯm hoc aqua purior est q̄ terra: ⁊ aer q̄ aqua ⁊ ignis q̄ aer: ⁊ firmamētum q̄ ignis et celū cristalinū q̄ firmamentū: ⁊ celū empyreuʒ q̄ aqueum. Similiter maior puritas spiritualis est ꝯm maiorē conuenientiam ad summam sp̄ualē lucem q̄ est deus. qui lux est in tenebris lucens in quo tenebre non sunt vlle. vt dicit̄. j. Joā. j. Scd'm hoc ergo aīa sensitiua purior est vegetatiua ⁊ rōnalis q̄ sensitiua ⁊ rationalis

angelica

angelice ꝙ rōnalis humana ſm naturam. Se
cundum aūt gratiam que eſt quaſi lumē crea-
tum pcedens a luce increata. vbi eſt maioꝛ pti
cipatio grē: ibi maioꝛ eſt appropinquatio ad
primam lucē. ergo vbi gratia eſt in ſummo: ibi
appropinquatio in ſummo. ꝛ puritas in ſum-
mo. Sed in beata virgine reſpectu oīm aliaꝝ
creaturarū nō vnitarū verbo diuino fuit gra-
tia in ſummo. ergo appropiquatio ad ſummā
lucē in ſūmo. ꝛ ꝯñr puritas in ſummo. Iteꝫ .i.
ad Tim. .i. dr. Charitas de corde puro. ſ. eſt. vbi
ergo maioꝛ eſt charitas: ibi maioꝛ eſt puritas.
Sed charitas in beata virgine fuit in ſummo
ergo ꝛ puritas. Petrus etiam dicit vt hr̄ Act.
xv. Fide purificans corda eoꝝ. ꝛ loquit̄ de fide
formata per charitatē. ſed beata virgo habuit
fidem talē in ſummo. ergo ꝛ puritatē. Indīt quo
ꝗ Alber. vbi. ſ. ꝙ nō obſtat huic concluſioni ꝙ
puritas virginis in ſtatu vie nō plene appre-
hendebat per ſpeciē lucem increatā vt beati.
qꝛ hoc ideo erat qꝛ maioꝛ lux gratie i ſubiecto
paſſibili coniuncto coꝛpori paſſibili ac groſſo.
minus imutat ꝛ mouet actualiter ꝙ̄ minoꝛ lux
gratie in ſubiecto impoſſibili ꝛ glorioſo. ꝛ hoc
apparet per exemplū a ſimili. Uidemus eñ ꝙ
qñꝗ maioꝛ lux minus illuminat per cōiunctio
nem cū aere obſcuro: ꝙ̄ minoꝛ lux cōiuncta cuꝫ
aere claro. Unde luna qñꝗ i nocte magis illu-
minat in aere claro ꝙ̄ ſol in die in aere obſcu-
ro. ꝛ obnubilato. ꝛ tamē improportionabiliter
maioꝛ eſt lux ſolis ꝙ̄ lune. Et ſic fuit in btā vir-
gine que etſi nō ita actualiter cōtinue videret
deum ſummā lucē per ſpeciem vt ſancti ꝓpter
diſtantiā coꝛporis ſui paſſibilis tamē habebat
maiorē gratie habitū ꝛ ſubſtantiā ꝙ̄ ipſi. vnde
magis erat ꝓxima luci eterne: ꝛ conſequenter
magis oībus pura. hec ille. Poſſumus aūt
dicere ꝙ eius puritas fuit perfecta. impermi-
xta ꝛ continua. Fuit enim perfecta qꝛ cum tri-
plex ſit puritas. ſ. humana. angelica ꝛ diuina.
Ipſa puritatē diuinā in vtero nouē menſibus
poꝛtauit. ꝛ puritatē angelicā trāſcendit ꝛ oēm
puritatem humanaꝫ vniuerſaliter ſuperauit.
Fuit quoꝗ eius puritas impermixta. Nō eñ
habuit admixtionē originalis peccati. qꝛ fuit
a filio dei preſeruata. nec moꝛtalis actualis. qꝛ
fuit a patris potētia confirmata. nec venialis.
qꝛ fuit a ſpū diuino cōſecrata. Unde dicere po
teſt illud Judith. xiij. viuit dñs: quia cuſtodiuit
me angelus eius. ꝛ hinc euntē: ꝛ ibi cōmoꝛantē
ꝛ huc reuertentē. Cuſtodiuit eñ eā dñs in mū
dum eūtē. qꝛ in originali fetoꝛe ꝛ putredine la-
bi nō permiſit. Et in mundo cōmoꝛanteꝫ. quia
ipſam a moꝛtali cōſeruauit. Et ad patriam re-
uertentem. quia ſine macula venialis peccati
ipſam de mūdo ad celeſtia euocauit. Puritas
inſuper eius fuit cōtinua. Nunꝗ̄ eñ fuit inter-
rupta. Unde ait Eccli. xxiiij. Uſꝗ ad futurū ſe-
culuꝫ non deſinā. Ad predicta etiam de purita
te beatiſſime virginis pōt adduci ꝙ ſm leges
illud dr̄ purū cui nihil eſt admixtū. l. in his. in
prin. ff. de ſolu. ꝛ. l. librorū. §. chartis. ff. de lega.
iij. ꝛ no. in cle. ſi dignitatē. de prebē. ꝛ l. i. §. pu-
rus. ff. de reli. ꝛ ſumpti. fu. Item purum expon
tur. i. ſine dolo. iij. q. ix. c. pura ꝛ purū pro ſimpli
ci accipitur. l. duos. ff. de cōdi. ꝛ demō. ꝛ i aut. vt
oēs obe. iud. §. hec cōſiderātes. ꝛ i aut. de nup.
§. ſi vero ab initio. Cum igitur bñdicta virgo
fuerit ſeparata ab omni īpuritate ꝛ ſine aliquo
dolo ac plena omni ſimplicitate ſanctitatis.
ſequitur inconuincibiliter concludendum ꝙ
fuit puriſſima.

¶ De meritabilitate beate virginis.

Beatiſſimā virginē in oī ſua operatio
ne ꝛ quolibet motu liberi arbitrij
meritū acquiſiſſe: probari pōt ſm
Alber. vbi. ſ. c. clxxvi. Nam inquit
apl's ad Col. iij. Omne quodcunꝗ
facitis in vbo vel ope: in noīe dñi nr̄i ieſu xp̄i fa
citei. i. ad Coꝛ. x. Siue māducetis ſiue bibatis
vel aliqd aliud faciatis oīa in gloriā dei faci-
te. Aut ergo aliqs implet hoc aut nullus ſi nul
lus. ergo fruſtra precipitur vel cōſulitur vel mo
uetur. Si aliqs. ergo beatiſſima virgo ergo in
omi eo qꝛ fecit merebatur. Item quolibet mo-
tu mereri eſt quoddaꝫ bonū Aut ergo eſt com
municabile: aut nō. Si eſt cōmunicabile ergo
ſumme bonus deus cōicauit illud aliud alicui
ergo beatiſſime ſue matri. Si auteꝫ dicatur ꝙ
nō eſt cōmunicabile. nō videtur verū. quia idē
de quolibet ope contingeret dicere. Item ꝙ ip
ſa beatiſſima virgo tranſcenderit in meritis.
oēs puras creaturas. ꝓbatur ſic. Diuina grā
ſiue charitas eſt principium merendi. vt dicit
magiſter. in. ij. di. xxvij. ꝛ Tho. i. ij. q. viii. ſꝫ bea
ta virgo fuit pre omnibus plena diuina gratia
ꝛ charitate a primo inſtanti quo habuit vſum
liberi arbitrij vt probatū eſt in precedētib' ſer
monibus huius operis ergo ab illo inſtāti ce
pit pre oībus mereri. ꝛ cū dicat Auguſtinus ad
Bonifaciū. ꝙ gratia meretur augeri vt aucta
mereatur ꝛ perfici. ergo creſcente gratia in ma
ria: creſcebat ratio merendi ꝛ meritum. Preter
ea ſi de beato Franciſco dr̄ in legenda maioꝛi
quam cōpoſuit ſanctus Bonauentura ꝙ mos
erat angelico viro nunꝗ̄ ociari a bono. Quid
credendum eſt de btā virgine ꝓfecto non eſt
dubitādum ꝙ a primo inſtāti vſus liberi arbi
trij vſꝗ ad ſuum feliciſſimū trāſitū ſemꝑ fuit
in actu merēdi. ꝛ ꝓbat qm̄ ſi aliqñ vel in mini-
mo ſpacio fuiſſet ocioſa a bono ope ſaltē pec-
caſſet venialiter cuius oppoſitum tenent oēs
doctores. in. iij. di. iij. Item vbicūꝗ non pōt in
diſcernēdo ratio errare. ꝛ voluntas nunꝗ po-
teſt eligere malum. ibi ſemper eligit bonum ꝛ
optimum. ſed vtrūꝗ horum fuit in btā virgine

vt p3 ex dictis.ꝫ.ergo ipsa semꝑ elegit bonū ⁊ optimū.iuxta illud Lu.x.Maria optimā partem elegit.⁊ ꝓter in oī opere merebatur. Item ſm pħm in li.ꝫ de aīa.intellect⁹ semꝑ ē rect⁹ nisi qñ se immiscet fantasticis ⁊ deducitur ab illis.sed intellectus beate virginis nunq̄ se immiscuit fantasticis:nec deductus fuit ab illis. ergo semper rectus fuit.Sed rectū ē cui⁹ medium nō exit ab extremis.v.phẏsi.ergo semꝑ directus fuit in summum bonū:⁊ cōsequenter semper merebatur. Et hec oīa confirmat sanctus Odilo in sermone btē virginis dī.vnū ꝑ certo scimus ꝙ oīs marie actio.semper intēta fuit in dño. Non solū aūt merebaꝉ in omnibus operationibus:sed etiā in oībus passionibus ex libero arbitrio ꝓcedentibus vel eo cōcurrēte in eis.vt ꝓbat Alber.vbi.ꝫ.c.seq.Magnum eñ est meritū ex tolerantia passionū iuxta illud.ij.ad Tim.ij.si tolerabimus ⁊ conregnabimus.Unde Paulus.ij.ad Coꝛ.j.inquit. Sicut abundant passiones xp̄i in nobis.ita ⁊ ꝑ xp̄m abūdat cōsolatio nr̄a.Et iterū ibidē dicit Scientes qm̄ sicut socij passionum estis sic eritis ⁊ cōsolationis.Qui enim sentit incōmoduꝫ dꝫ etiā sentire cōmodū.l.ſm naturā.ff.de reg.iur.cū si. Concludit aūt Alber.vbi.ꝫ.sic di. Dicimus ergo ꝙ btissima virgo quolibet motu.liberi arbitrij ad agendū vel patiendū merebaꝉ:sed nō merebaꝉ motibus naturalib⁹ inquantū naturalib⁹:sed rōnalibus grā informatis.vñ motibus liberi arbitrij gratuitis merebatur.vbi etiā liberū arbitriū ⁊ grā operabantur:sed liberū arbitriū vt inuentū:grā vt fessoꝛ ſm Ansel.iuxta illud apl̄i.j.ad Coꝛ.xv.nō aūt ego:sed gratia dei mecū. Et sic merebaꝉ quolibet motu quo cōtingit mereri.Hec ille.De quibus innumerabilibus meritis nos faciat esse cōsortes ipsa virgo benignissima que dixit illud Sap.vij.Sine inuidia cōico.s.deuotis meis in presenti gratiā:in futuro autem gloriā sempiternā mediāte dilectissimo filio meo qui est benedictus in secula.Amen.

¶De sacramentis ecclesie que recepit beata virgo. Sermo.xj. Z



Ecunduꝫ reuelationem motū sacrū est sacramentum.ad Ephe.iij. Inquit apl̄s ad Heb.vlt. Optimū est grā stabilire coꝛ.Iō aūt dicit optimum qꝛ nihil est melius in vita grā dei. Est eñ ita ꝑciosa ꝙ per eā percipiꝉ oē bonū.Uñ Eccli.xl.dī.Grā dei sicut paradisus in bñdictionibus.⁊.ij.Pet.j.Maxima ⁊ preciosa nobis donauit deus.scꝫ per gratiā suā inter alias aūt de grā ⁊ grā sacramētalis.s.sacroꝝ eccl̄ie.q̄.ſm magr̄m.in.iiij sen.dī.ij.sunt septē scꝫ baptismus confirmatio panis bñdictionis.i.eucharistia.penitētia.vnctio extrema oꝛdo ⁊ coniugium siue matrimonium de quibus tres cōsiderationes in presenti sermone faciemus.

Pꝛimo vtrum beata virgo illa suscepit.

Secundo quare de hoc scriptura mentionem non fecit.

Tertio quid vtilitatis ex eis acquisiuit.

¶Pars pꝛima huius sermonis.vtrum btā virgo suscepit sacramenta ecclesie. A



Ro expeditiōe pꝛime partis que ritur.nun quid beata virgo suscepit ecclesiastica sacramenta.et respondet Alber.sup Missus est c.clxxij.dī.ꝙ btā ꝟgo oīa ecclesie sacrā suscepit que tꝑe suo fuerūt oībus hoībus generalr̄ instituta ⁊ ꝓmulgata oībus obseruāda.nō ex necessitate vt alij. sed multiplici de cā.Pꝛimo ad subꝑsius humilitationē.Scdo ꝓpter scandali euitationē.Tertio propter pꝛecepti impletionē Quarto ꝓpter meritoꝝ supererogationē. Quinto ꝓpter heresum cōfutationē.maxime illius q̄ ipam asserebat non fuisse hominem.sed de natura angelica.Sexto ad ꝑfectioꝝ instructionē.vt q̄ est sanctus sanctificeꝉ adhuc. Septimo ad pc̄tōꝝ redargutionē.Possunt etiā iste cause reduci ad tres.propter quas sacrā instituta et oꝛdinata sunt inter alias causas quas ponunt theologi in.iiij.dī.j.⁊ ibi Richar.ar.ij.q.j.pꝛima causa fuit ob sui maioꝛē humiliationē. secūda ob alioꝝ instructionē.tertia ob bonoꝛuꝫ exercitationem Quantū ad pꝛimā sciēdū est ꝙ sicut pꝛimū documentū qđ infudit nobis pꝛima mater Eua fuit superbia qua voluit se deo equare:ita pꝛima marie virtus vt inquit Ambꝛosi⁹ est:humilitas.quam ipsa mater nr̄a spūalis in oībus edocuit.vñ sicut legalia obseruauit instituta ꝑ pc̄tōribus tāq̄ pc̄tō subdita foret.q̄ tñ oī carebat pc̄tō.vt p3 i sacrificio purificatiōis ⁊ filij redemptione ita etiā sacramēta que sunt medicine pꝛincipalr̄ pc̄tōꝝ voluit ex humilitate suscipe.Uñ Ber.i quodā ser.indꝛ illi.Uere maria nō indiges purificatione. sed nec filius tuus circūcisiōe.Esto ergo ⁊ tu sicut vna ex mulierib⁹ sicut ille est vnus ex illis scꝫ pc̄tōꝛib⁹ ſm apparentiā.Scdo scrā suscepit beata ꝟgo propter instructionē alioꝝ vt ꝑfectos doceret sui exemplo seruare leges superioꝛum etiaꝫ sicut nō tenerenꝉ moꝛe impatoꝛis in.l.digna vox.C.de legi.⁊ in.§.fi.insti.de inoffi.testa.vbi dicit lꝫ soluti simus legibus.tñ ſm leges viuere volumus et istud est perfectius.qꝛ ea in beneficijs nr̄is sunt gratiosioꝛa.que cum liceret non impendere dilectionis tñ causa impendimus.c.iam nūc.xxviij.q.j.⁊ per glo.in.c.j.in.fi.de sum.tri.⁊ fide.ca.Pꝛomulgatū aūt fuerat edictū a

apl'os:ex precepto xpi precipiētis Mat.vlt. Eū tes docete oēs gentes: baptizantes eos in nomine patris ꝛ filij ꝛ spūssancti. docētes eos seruare quecūq̄ mādaui vobis. s. de pnia. eucharistia. ꝛ alijs hmōi. Uoluit ergo beata virgo hec obseruare vt inuitaret nos suo exēplo ad penitentiam pctōres etiam instrueret nō erubescāt assumere remedia humilia instituta ad delendum peccata. Erubescunt enim quidā peccata sua cōfiteri. cōtra quos Bern. in quodā sermone exclamat dicens. O nimia insania hoīs pudet ablui ꝛ non pudet inquinari. pudet sordes abstergere ꝛ nō pudet contrahere. beatissima aūt virgo cū esset sine peccato: sacramenta in remediū contra peccata instituta suscepit: ac si esset peccatrix. Tertio hoc fecit ꝑpter bonorū exercitationem. vt seruaret illud Apoca. vlti. Qui iustus est iustificet adhuc. volens eñ quotidie merita cumulare: sacramenta deuota sumebat vt magis in merito ꝛ dei gratia quotidie cresceret per effectum eorum.

¶ Pars scd'a huius sermonis quare sacra scriptura nō facit mentionem de sacramentis a beata virgine susceptis. B



Iste autem ros celestis descẽdit in btãm virginẽ que facta est istar cõche marine que ex rore celesti generat margaritã. Nam sicut dicit Isidorus in lib. etymo. Concha marina certo tempore se aperit et rorẽ celestez recipit. et sic margaritam inter sua viscera gignit sic virgo beata animũ suum cõsentiẽdo aperuit quãdo dixit. Ecce ancilla dñi: et tunc ros spũssancti in eam descendit. et sic filiũ dei generauit. Et hãc apertionẽ beatissime virginis et descẽsuz spũs sancti in eã ac saluatoris icarnationẽ expetebat propheta Esaias in verbis preallegatis dicens. Rorate celi etc. Hec etiam virgo benedicta fecũdata fuit ad instar terre que rore celesti perfusa generat viridẽ herbaz iuxta illud Deut. xxxij. Fluat vt ros eloquiũ meũ: quasi stille super germen. Et ideo canit ecclesia de christo dicens. Descendit in vteruz virginis quasi ros super germen. L

Fuit etiam beata virgo ad instar velleris gedeonis quod rore impletuz fuit. et deinde rorauit aream et impleuit conchaz vt habetur Judicum. vj. Istud enim vellus figurauit vterũ beatissime virginis in quo descẽdit plenitudo roris .i. totius diuinitatis. Ex qua plenitudine concha .i. ois ecclesia repleta est. Unde Bern. in quodã sermone inquit. Rigaturus aream dominus celesti rore: totum vellus prius infundit: redẽpturus enim genus humanũ vniuersum precium contulit in mariã de qua dici potest illud Prouer. xix. cap. Sicut ros super herbam. sic et hilaritas regine. Tunc enim rex celestis isti regine arrisit: quãdo de celo sicut ros in eius vterum descendit. et eam velut herbam bonam fructificare fecit. Unde ipsa dicere potest illud Job. xxix. cap. Ros morabitur in messione mea. M

De ipsa etiam exponi põt illud Exo. xvj. ca. Suaue quoque ros iacuit per circuitũ castrorum. Castruz enim dei fuit beate virginis animus qui ita vallatus fuit et munitus quod nũquam potuit ingredi inimicus. Castra etiã dei dici possunt eiusdẽ matris dei viscera: in quibus diuina maiestas ad habitãdum de celo descendit. Unde canit ecclesia. Caste parentis viscera celestis intrat gratia venter puelle baiulat secreta que nõ nouerat. Dicta sunt enim castra ab obseruatione castitatis quam obseruabant milites antiqui. vt ait quedaz glo. in .l. qui cuz vno. ff. de re milit. Castra etiam aliquando exponũtur .i. hospitia. vt. C. de metatis. l. omnes in principio lib. xj. proprie pro dicũtur loca in quibus est exercitus ad pugnam. vt in .l. qui

mittunt. §. ff. ex quibus causis maio. et ideo beate virginis viscera in quibus hospitatus et stetit nouem mensibus dns exercituū fortis et potēs ī plio merito castra appellari possūt. In istis ergo castris. i. castis visceribus intemerate virginis genitus est ros celestis. i. dei filius de quo pater eius eternus inquit Job. xxxviij. Quis genuit stillas roris? quasi diceret nisi ego. De descēsu quoq; istius roris celestis exponi pōt illud ps. cxxxij. Sicut ros hermon qui descendit in mōtem syon. Ipse est dei filius volens intrare virginis vterum dicebat: illud Canticorum. v. Aperi mihi amica mea columba mea: immaculata mea: qr caput meum plenū est rore. Hic ergo ros suauissimus in sacrario vteri virginalis nouem mensibus requieuit sicut ipse predixerat Esa. xviij. vbi dicitur. Hec dicit dns ego quiescā in loco meo sicut nubes roris in die messis. Sexto principaliter incarnatus est filius dei: vt mundum per peccatum tenebrosum illuminaret. Un̄ verificatum est illud Esaie. ix. Populus q ambulabat in tenebris vidit lucem magnā habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis Erant eni homines i tenebris ignorātie obcecati et facti sicut bestie. iuxta illud ps. xlviij. Homo cum in honore esset nō intellexit comparatus est iumentis insipientibus. et similis factus est illis. Et in signū huius fecit deus primis parentibus post peccatū tunicas pelliceas q̄ facte erant de pellibus aīaliū in signū sue ignorātie bestialis: beata aūt virgo eis generauit eū qui dicit Johis. viij. Ego sum lux mundi. De quo Johānis pmo. c. dr. Erat lux vera q̄ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. O

Septimo incarnatus est vt mundum in dominio diaboli positū a seruitute eius liberaret. Ante aduentuz nāq; saluatoris nostri diabolus erat vt mundi dns et princeps. c. pudor. xxxij. q. ij. Non erat autem potestas super terram que compararet ei qui factus est vt nullum timeret. Job. xli. Uenit ergo leo de tribu iuda vt cōtra illum dimicaret et humanum genus de manibus eius eriperet: et ipsuz de mūdi dnio eiiceret. Unde ipse dns dicebat Johā. xij. Nunc princeps mundi huius eiiciet foras. Octauo incarnatus est vt nos seruos peccati iuxta ea que habent ad Rom. vij. et. ij. q. vij. ca. quid ergo ad libertatem innocentie p duceret. et de vituperio et ignobilitate vitiorū. virtutum nobilitate insigniret: et nos iniustos et sceleratos per passionē et mortem suā deo patri recōciliaret. Unde Hieronymus sup amos prophetam inquit. Per filium virginis de seruis facti sumus liberi de ignobilibus nobiles i e peccatoribus iusti: quia satisfecit pro nobis qui eramus debitores mortis. Dicamus ergo omnes saluatori nostro. O domine iesu. O redēptor noster. O fili dei benedicte. ecce nos seruos tuos esse pfitemur cuz illa que angelo respondit qui et incarnationem tuam nunciauerat. ecce ancilla domini fiat mihi fm verbū tuum. Quibus verbis ianue celestis hierusalem aperte sunt nobis in quas introdu i mereamur ipsius benedicte virginis intercessione: et secum ac cum illa regnare in secula seculorum. Amen.

¶ De eadem sacratissima filij dei incarnatione. P

Sermo. v.




Uas admirabile opus excelsi. Eccli. xliij. ca. Ille dicitur esse artifex sapiens et bonus qui non solū scit vas de nouo fabricare: sed et si sit destructū in melius reparare: Nā subtilitas artis p opera difficiliora cognoscit difficilius est aūt vas confractum reparare q̄ nouum facere. et ideo inde imperator en. l. j. §. cunq;. C. de vete. iu. enucle. q laudabilior est is qui factum subtiliter emēdat eo qui prius adinuenit facit etiam ad predicta q facilius est aliquid de nouo acquirere q̄ perditum recuperare. ca. sunt qui arbitrant. et ibi glo. de peni. distin. j. &c. repertuntur. de penitē. dist. iij. Deus igitur est optimus artifex. nam vniuersum mundum ex nihilo fabricauit velut vas nouū. Gen. j. Et vas destructum. scilz hominē in melius reparauit. In hoc enim vase depicta erat imago dei quod vas primi parentes incaute seruantes confregerunt: qr mutauerunt gliam incorruptibilis dei &c. ad Romā. j. Igitur pro reparatiōe huius vasis plorauit genus humanū qnq; milibus annis et vltra: dicens cum ps. xxx. Factus sum tanq̄ vas perditum. Tandem audiuit deus pater eius clamorez: et misit sapientissimū artificem scz spiritū sanctū de quo dicitur Sap. j. Omnium eniz est artifex: qui potest facere mūdum de immūdo conceptum semine Job. xiiij. Et operatione istius artificis filius dei incarnatus istud vas reparauit in virgine gloriosa preciosius quaz prius quod figuratum fuit Hieremi. xviij. vbi dictum est Hieremie. Descende in domum figuli qui descendit: et vidit fieri vas quoddam luteum. sed vas illud totum contritum est. De inde de ipsa massa assumpta fecit figulus vas optimum quemadmodum ipse voluit quo facto dedit illud Hieremie in signuz quod deus eque repararet hierusalem destructam vt figulus vas illud. Spūaliter enim per primuz vas intelligitur prima mulier quam diabolus temptans totam adeo contriuit: quod nō remansit in ea nec in suis posteris tantum integritatis

vt posset reponi scintilla diuine gr̄e in ea. Fecit ergo de° de eadē massa hūani generis aliud vas admirabile sicut dicūt v̄ba proposita. scȝ beatā virginē mariā p cui° cōceptū vas illud humani gn̄is destructū reparauit. ꝛ supernaȝ hierusalē in repletione angelice ruine p filiū suū restaurauit: ita ꝙ felici° est qđ per ipsam virginē lucrati sumus ꝙ quod p Euam pdidimus. Unde illi Chrysostom° sup. Missus est inquit. Aue gratia plena vitra iā nō diabolus aduersuȝ te. vbi eīm pm° vulnerauit bellator: ibi sumus medicus antidotū per mulierē posuit. Per mulierē decurrit fallacia. p mulierēȝ emanant meliora. Non verearis culpatā cōdēnationē. Mater eīm illius qui condēnauit efficieris. Aue animatū tēpluȝ dei celi terreꝗ dn̄a. Hec ille. Et Grego. nazazenus sup Lucā dicit. Tabulas nostre nature quas culpa confregerat denuo verus legislator de terra n̄ra sibi dolauit absꝗ ꝯcubitu diuinitatis sue corpus susceptibile creans quod diuinus digit° sculpsit scȝ spiritussanctus superueniēs in v̄gine. De hac igit̄ reparatione in vtero virginis facta: tres consyderationes faciemus.

Prima dicetur assumptionis.
Secunda reparationis.
Tertia v̄o operationis.

¶ Pars prima huius sermonis que dicitur assumptionis Q



Aquit augustinus in libro de vera innocētia.c.lxiij. Diuinitas v̄bi equalis patri facta ē ꝑticeps mortalitatis n̄re non de suo: sed de nostro accipiēs. vt ꝛ nos efficeremur participes diuinitatis ei°. nō de nostro: sed de ipsius bono. hec ille. Hoc aūt fuisse cōgruū. scȝ deum humanā carnē assumere ꝓbari potest vltra dicta in supiori sermone multis rationibus. vt elicitur ex dictis Alexādri de ales. l.iij. parte summe in tractatu de ꝯueniētia īcarnatiōis. ꝛ Rich. ac beati Bonauen. l.iij. distin.j.ar.ij.q.j. ꝛ sancti Thome in.iij. parte summe.q.j.ar.vj. Et p̄mo rōne ostēsionis diuine potētie. Nunꝗ eīm potentia pfecte ostenditur nisi effectus virtuti cause coequet̄. Cum igit̄ potentia dei sit infinita pfecte non ostēdit̄ nisi in actu infinito. Omne aūt qđ creatū est finitatē hȝ. ergo cōgruū fuit deū incarnari vt ostēderet infinitam potentiā suam in coniūctione tam distātiū. scȝ creatoris ꝛ creature. Magna eīm ostēsa fuit eius potētia in coniunctione dispariū elementoꝝ vtiꝗ contrariarū ī vno corpore ꝛ in tanta cōcordia ꝛ equalitate sicut fuit in corpe Ade ante lapsum. Maior autem fuit ostensio potentie sue in coniūctione illoꝝ ad spm̄ humanū. Maria v̄o in cōiūctiōe vtriusꝗ. s. corpis ꝛ anime ad spm̄ icreatū. inter que est maxima disparitas ꝛ distātia. De qua ꝯiūctione loquit̄ Ber. i sermone de natiuitate dn̄i. Talia opa fecit illa omipotens maiestas in assūptione n̄re carnis ita mirabiliter singularia. ꝛ singulariter mirabilia. vt talia nec facienda amplius sup terrā v̄bū quippe ꝛ aia ꝛ caro i vnā conuenere psonā ꝛ tria vnū sunt. nō confusiōe substantie sed vnitate psone. hec ille. Opus ergo incarnationis diuine fuit ostēsiuū infinite virtutis ei°. ꝛ potētie fm̄ Damasce. lib.iij.c.j. Nihil eīm maius ꝙ creatorē fieri creaturam. Scd̄a ratio dicitur declarationis summe sapientie diuine. sapientis enim secundum philosophum.j. Metaph. est ordinare. Ordo autem vt ait Aug. xix. de ciui. dei. est pariū dispariumꝗ rerū vnicuiꝗ locū suum tribuens dispositio. Accipit̄ aūt hic locus non ꝓprie sȝ p congruentia ꝓ dignitate pro gradu vniuscuiusꝗ. Ergo ad manifestandam summam sapientiam dei. cōgruū fuit summā fieri ordinationē ꝗ eīm adeo sunt. ordinata sunt. ad Rom. xiij. Ordinatio aūt summa in creatura est dū iuxta oēm possibilem modum reducit̄ in suuȝ fontem quo vnit̄ suo principio. Hoc aūt nō potest fieri nisi illi vniatur psonaliter. Quacunꝗ enim alia data: hec maior est ꝛ prestantior. In hac ergo vnione ostendit deus suā infinitam sapientiā. Unde Ber. in quadā ep̄la inqt. Nemo nouit hominē nec noscere potest ad plenū quid boni ad gratiam. quid de corio ad gloriam quid commodi ad salutem penes seipsam contineat huius venerandi mysteriū. scȝ. humane redemptionis inscrutabilis altitudo. Hec ille. R

Tertia rō d̄r attractionis. q2 eīm homo naturaliter attrahit̄ ad visibilia: ꝛ illis afficit̄. Ideo cōueniens fuit vt deus p assumptionē humane nature visibilis fieret vt ex visibili eius humanitate ad cognitionē ꝛ amorē eius diuinitatis inuisibilis homines traherent̄. Et ideo Aug. cōtra eos q querunt vtrum deus potuerit aliter humanum genus redimere ꝙ p incarnationē suā. dicit in lib. de agone xp̄iano. Poterat quidē sed si aliter faceret sitr nostre stultitie displiceret. Si enim nō appareret oculis pctōꝝ: lumē ei° vtiꝗ eternum. quod per interiores oculos videtur: inquinatis mentibus videre non possent. Ideo autem nos visibiliter cōmonere dignatus est vt ad inuisibilia ꝓpararet. hec ille. Quarta ratio d̄r demonstrationis infinite bonitatis diuine. De° enim cū sit summe ꝛ infinite bonus quo nihil meli° cogitari valet fm̄ Ansel. in lib. monologion. debuit se summe diffundere p̄ire creature: q2 sicut de natura boni est se diffundere in alios. vt dictum est. s. in sermone precedenti. ita de natura summi boni est se summe diffundere: q2 vnumquodꝗ nititur natura sibi ꝓꝗ

ptia.j.Metaphi.sz nõ se sũme diffunderet phte creatura nisi hũane nature vniret:ergo &c. Licz enĩ de⁹ pater se diffuderit plenissime i filiũ p gñatione et pr̃ et filius in spm̃sctm̃ p spirationem. tamen hec diffusio facta est creatura non presente et etiam si nunq̃ facta fuisset aliqua creatura. vnde si summum bonum non se summe diffudisset creatura p̃sente fuisset cogitare maiorẽ diffusionẽ: et cum maior diffusio maiorẽ arguat bonitatẽ: fuisset etiaz cogitare maius bonũ ipso deo qđ est ipossibile esse. ad demõstrãdã ergo sũmã bonitatẽ suã ipsi creature decuit deũ icarnari. vñ Joh .iij. sic de⁹ dilexit mũdũ vt filiũ suũ vnigenitũ daret. S

Quinta rõ dr corroborationis. sm enĩ Richar. vbi s̃. p incarnationem filij dei corroborata est spes nr̃a vt deo possimus coniũgi p clarã beatã visionẽ et pfectam fruitionẽ. vñ Augu. xiij. de trini. c. xix. inquit. Qđ si natura fili⁹ dei nĩa fact⁹ est fili⁹ hois ppter filios hoiz: quãto credibili⁹ est natura filios hoim gr̃a fieri filios dei? Et iste oẽs gñationes locũ hñt et si homo nõ peccasset et probant q de⁹ humanã carnẽ assumpsisset ppter pctm̃ aũt carnẽ mortalẽ assumpsit vt p hoie satisfaceret et ɔtra hostẽ illũ diabolũz decertaret et hoc est qđ Aug. in li. Cur q̃ et qũo de⁹. c. vj. concludendo dicit. Subtiliter ergo subtilem inimicuz deus expugnare voluit: et quasi sub esca humanitatis hamum celauit diuinitatis quatenus ille qui omnem carnem quasi merito inuaserat carnez inuentret q̃ sibi prorsus nil deberet quã dũ illicite contingeret merito eã quã q̃dãmodo licite possidebat amitteret. Sic quippe hostis antiqu⁹ deludendus erat. vt q hoiem deluserat p hoiez deũ delusus et ipse fieret. et sicut incautũ hoiem callide sibi subiecerat. ita p hoiez cautũ nõ callide sed sapiẽter subijceret. hec ille. Magis aũt cõgruũ fuit deũ assumere naturã humanã q̃ angelicã vel alteri⁹ creature. qđ pbat sm sanctũ Bonauẽ. li. iij. di. ij. arti. j. q. ij. et beatũ Thomã. in eadem distic. ar. j. Et. Alexandrũ de ales. vbi s̃. et Richarduz de media villa in. iij. dist. ij. ar. j. q. iij. Et pmo rõne psonalis distinctionis sic j. Licet enĩ etiam i angelis reperiat psonalitas sicut in hoie: qr angelus est persona. vt dr in. ij. sen. dist. iij. tamẽ magna est differentia inter hoiem et angelũ in hoc q in hũana natura est psonalitas sm originez. et in angelica nõ. Una enĩ psona hũana originat ab alia: qr fili⁹ est a pr̃e. qđ ita non est reperire in angelis. Un⁹ enĩ angel⁹ nõ est ab alio. sed oĩs simul creati sũt. et hec habent a magistro vbi s̃. et' ideo magis cõgruebat q deus assumeret eam naturã in q̃ esset talis distinctio sm originẽ sicut est in diuinis personis tanq̃ magis conforme distinctioni earum. V

Scđa rõ dr exẽplaris representationis. homo enĩ magis expsse repñtat deũ q̃ angel⁹ rõne cui⁹ dr microcosmus grece. i. minor mundus latine sm phm. viij. phys. Ala enĩ humana et rationalis nõ tm̃ repñtat deũ put ɔsiderat in se. sed etiã inquãtum vnit corpi. et illđ regit. et in quo toto habitat sicut de⁹ in maiori mũdo. est enĩ tota i toto: et tota i qualibet ei⁹ parte. sm Aug. in. vj. de trinitate. quod qualr intelligat exposui in secunda parte rosarij sermonũ. sermone. x. parte. j. Et ista rõne magis dr hõ fact⁹ ad imaginẽ dei q̃ angelus sm Alexandrũ de ales vbi s̃. et in secũda parte summe in tractatu de angelis et beatum Bonauen. in. ij. dist. xvj. ar. ij. q j. Et rõne hui⁹ maioris similitudinis fuit maior ratio vnibilitatis: qr omne simile appetit suum simile. Eccli. xiij. Tertia ratio dicitur maioris compositionis homo enim compositus est ex natura corporali et spirituali. et quodammodo communicat cuz omni creatura. vt dictum est. s̃. sermone precedẽti. parte. j. hinc est q cum homo assumitur et deificatur. quodammodo omnis creatura in eo exaltatur duz suo simili deus vnitur. Et itõ assumptio humane nature magis facit ad pfectionem vniuersi q̃ assumptio angelice: quia in homine maior est communitas cum omni creatura q̃ in angelo. Congruum etiam fuit vt carnem assumeret nostri generis sm beatũ Bonauen. in. iij. dist. xij. ar. j. q. ij. et Richardum in eadem distin. et Alexan. in. iij. parte summe in tractatu de conuenientia incarnationis. et probari potest multis rationibus habendo respectum ad peccatum. Et prima dicitur conseruationis diuine iustitie. vt videlicet eiusdẽ generis esset preuaricator et satisfactor. Nã si alterius generis esset: non attribueretur eidẽ generi satisfactio cui et offensio. ac per hoc non recte seruaretur iustitie rectitudo que ab illo genere requirit emendam in quo repperit precedentem offensam. l. sancimus. C. đ penis. et. l. si pena. ff. eodem titu. et. l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari. et ca. romana. de senten. excommu. lib. vj. cum si. Unde Ansel. in libro. Cur deus homo. dicit. Si nouum hominem facit non ex genere Ade. non pertinebit ad genus humanũ. quare nõ debuit satisfacere p eo qui non venit de illo: sed sicut iustũ est vt p culpa hoie hõ satisfaciat, ita: iustũz est vt ille qui satisfecit sit idẽ aut eiusdẽ generis cuz eo qui fecit pctm̃. aliter nec Adam nec aliquis satisfacere pro se potuisset. X

Scđa ratio dicitur indicationis diuine dulcedinis et misericordie vt vcz de⁹ q ab hoie contemptus fuerat tanq̃ ab aduersario et inimico. ipse idem generi humano vniretur in xp̃o in vnitate suppositi. i hoc enĩ manifestatur mira dei condescensio q voluntarie...

luit sibi coniungere per indissolubile vinculũ humanũ genus sibi inimicum. Iuxta illud ad Rom.v. Cõmendat aũt deus charitatẽ suã in nobis qz cũ inimici essemus recõciliati sumus deo p mortẽ filij sui. y

Tertia ratio ẽ diuine sapientie determinationis q̃ nullo põt infringi vitio. Decreuerat em̃ deus ⁊ ordinauerat vt totũ humanũ genus multiplicaret ex vno ꝓpter representationem illius vniuersalis ꝑncipij qđ est deus. Hoc aũt ꝑ pctm̃ infringi nõ debuit. ⁊ ideo mediator dei ⁊ hominũ xp̃s homo verus nõ aliũde sed de massa totius generis hũani debuit formari vnde apostolus ad Heb.ij. ait. Qui sãctificat ⁊ qui sanctificatur ex vno oẽs sed xp̃s est qui sanctificat qui vero sanctificatur est humanum genus ergo apparet ꝙ xp̃s debuit esse de genere humano. Notandum quoqꝫ ꝙ non fuit congruũ ꝙ xp̃s assumeret ipsum hominẽ primũ.s. Adam ẽm Alexandrũ de ales. vbi.s. ⁊ sanctũ Bona. iterum vbi.s.q.ij. ⁊ hoc triplici respectu. Primo enim nõ cõueniebat respectu oim creatoris vt videlicet ꝑsona xp̃i hoiẽ assumeret peccatorem cum ipse in forma assũpta deberet pctõres iudicare ⁊ nullatenus de peccato argui posse nec ẽm naturã assumentem nec ẽm naturã assumptam. ẽm quas naturas competit ei iudiciaria potestas. Unde ipse dicebat. Ioh.viij. Quis ex vobis arguet me de peccato? Sed si xp̃s assumpsisset Adam sequeret ꝙ ꝓprietates que cõueniunt ade cõuenirent xp̃o homini igit esset dicere de ipso sicut de Adam ꝙ peccauit. Sed ipse est deus et ꝓprietates q̃ cõueniunt illi homini assumpto cõueniũt filio dei cui vnit̃ ḡ diceret filius dei peccauit qđ est impiũ dicere ⁊ ipossibile eẽ. Z

Secundo nõ conueniebat respectu ꝑmi hominis: quia nemo de sua malicia debet reportare cõmodum vt ꝓdictũ est in sermone precedẽti vt habet etiã in.c. ex literis de dolo ⁊ cõtu. Sed si Adam ꝓpter satisfactionem de sua culpa cõmissa assumeret a verbo reportaret ineffabilem sublimitatẽ ⁊ vtilitatem quod est absurdum dicere vt videlicet ille qui tantum se deiecerat ꝑ culpã: tantum exaltaret vt esset deus sufficiebat nãqꝫ sibi nimiũ vt saltem ei recõciliaretur. nedum ꝙ ipse deus efficeretur. Tertio hoc nõ conueniebat respectu humani generis quia cum ille homo esset pene debitor: vt pote ille q̃ erat reus oim animarum nostrarũ non esset eius passio tantum deo grata quãtũ si esset innocẽs ⁊ vix ẽt sufficeret ad satisfaciendũ ꝓ se nedũ cũ alijs satisfactionẽ suã posset cõicare. A

Potest quoqꝫ ꝓbari vltra ꝑdicta cõueniẽs fuisse filium dei assumere carnem humanam alijs rõnibus. Et primo rõne diuine predestinationis ẽz Alex. de ales in.iij. parte summe in tractatu de predestinatione christi. et Richar. in.iij.di.vij.ar.ij.q.ij. ⁊ Bonauen. in eadẽ dist. ar. vltimo.q.ij. ⁊ Alex. lombar. eadem dist. vbi dicũt ꝙ hec est vera ꝓpositio ꝙ filius dei fuit predestinatus esse homo hoc est fuit preuisus ab eterno ꝙ assumeret humanã naturam vel ꝙ predestinatũ fuit ab eterno ꝙ filius dei fieret hõ. ⁊ hoc cõcedit magister in predicta di.vij.q.iij. Naz qui preordinatur ad aliquid dicit̃ ꝑdestinari ad illud sed anteqꝫ filius dei esset homo: preordinatum est vt fieret homo ergo ⁊c. Item hec est vera propositio: homo predestinatus est esse filius dei ẽm Alexã. vbi.s. ⁊ Richar. ⁊ Bonauen. vbi.s.q.iij. ⁊ Alexandruz lombardum eadem distinctione exponendo. sic. Homo predestinatus est esse filius dei hoc est anteqꝫ esset homo preuisus est esse filius dei. Uel sic homo predestinatus est esse filius dei.i. predestinatum est vt homo sit fili⁹ dei ⁊ ita intelligitur illud apostoli ad Roma.i. dicẽtis de xp̃o homine. Qui predestinatus ẽ filius dei in virtute. vbi ait glo. ꝑdestinatus ẽ Iesus vt qui futurus erat in carne filius dauid: esset in virtute filius dei. Conueniẽs ergo fuit vt si Adã ñ peccasset fili⁹ dei hũanã carnẽ assumeret cũ diuina ꝑdestinatio ñ possit falli. B

Secundo idem ꝓbat̃ rõne angelice cognitionis qui statim ex quo creati sũt cognouerũt incarnationem dei futurã. Unde sanctus Maximus in quodam sermone ait. Utrum angeli cognouerunt futuraz incarnationem ambigi nõ oportet. Latuit aũt eos inuestigabilis dñi cõceptio atqꝫ modus qualiter totus in genitore. ⁊ totus manebat in omnibus necnõ ⁊ in virginis cellula clausus. Uñ ⁊ angelus gabriel cum virgo quesisset quõ fiet istud in generali tm̃ rñdit. Sp̃ussanctus superueniet in te. Uñ dicit Bern. in quodã sermone ꝙ deus pater statim angelis creatis ostendit filiũ suum incarnandũ et eis oibus obtulit ad honorandũ vnde lucifer superbia intumescẽs ⁊ inuidia cõtabescens homini assumendo a filio dei noluit subijci sed seipsum equalem deo facere appetijt ⁊ ideo merito corruit vt scriptũ est Esa.xiiij. Et tunc factum est prelium magnũ in celo inter luciferum ⁊ sequaces ex vna parte. ⁊ angelos bonos ex altera. vt scriptum est Apocal.xij. Unde proiecto dracone cum sequacibus suis cantabant angeli dicentes. Facta est salus ⁊ virtus ⁊ regnum dei nostri ⁊ potestas christi eius. Tertio idez ꝓbatur ratione demonstrationis ꝑfestinate mox enim ade formato demonstratum est incarnationis xp̃i mysterium quando misit deus soporem in eo. Gen.ij. quem soporem magister vocat extasim in.iiij. di.xxix. tunc enim in formatione Eue ex latere ipsius Ade: intellexit et postea predixit spiritu prophetico vnionem dei cum carne

humana quando dixit de vxore sua . q̄ figurabat ecclesiam sicut ipse xp̄m hoc nunc os ex ossibus meis ⁊ caro d̄ carne mea. Vn̄ dixit. Alex. vbi.s̄. q̄ adhoc significandū facta est Eua ex corpore Ade: vt sicut ipsi quasi vnū corpus carnale erāt: sic xp̄s ⁊ ecclesia quasi vnum corpus spirituale quia ecclesia: de ipso formata est. vnde ad Ephe.v.ait ap̄ls. Mēbra sumus corporis eius ⁊ de carnibus eius ⁊ de ossibus ei⁹ Ex quibus oībus patet q̄ etiam si adam non peccasset dei filius humanam carnem assumpsisset. Et pōt alia rō dicta nobilitationis ⁊ p̄fectionis assignari. Naz deo cōueniebat nobilitare ⁊ perficere oīa per suā incarnationē non obstante peccato. Unde per eam nobilauit ⁊ p̄fecit naturā humanā nobilissimo indiuiduo: ⁊ genus corporeum nobilissimo corpore. ⁊ genus sp̄uale nobilissima anima que oīa facta nō fuissent xp̄o non incarnato. Item oīa elemēta p̄ xp̄z dedicata sunt ⁊ sanctificata tā in vnione nature ad naturaz q̄ etiā per singularē ei⁹ operationem nam terra sanctificata est in grano frumenti in eucharistia ⁊ vinum ⁊ aqua in eius p̄cioso sanguine aq̄ et in baptismate in q̄ sanctificauit oēz creaturā aer in assumptione xp̄i ignis in missione spiritussancti in linguis igneis ⁊ sic de aliis.

❡ Pars.ii.hui⁹ sermonis q̄ est reparationis. C



Ro expeditione huius partis q̄ritur quare deus magis voluit humanaz naturā assumere ⁊ eaz reparare q̄ angelicā. Ad quam dubitationem quia r̄nsuz est in iii.parte huius operis sermōe. v.parte.ii.ideo hic nō multum insudabo tamē ad maiorem declarationē dictoruz vbi.s̄. dico q̄ prout pōt colligi ex dictis Alex.de ales.l.iii. parte sum.in tractatu de necessitate icarnationis et Rich.in.iii.dist.ii.arg.j.q.iii.⁊ beati Bonauen.in eadem dist.ar.j.q.ii.⁊ a theologis in ii.sen.dist.xxi. Multis ex causis non debuit reparari angelica natura Peccatum enim lucifeṙi e sociorū eius fuit irremissibile ⁊ primo respectu arbitrii. Nā liberum arbitrium angeli ante electionē se hz mutabilr̄. Post electionem vero se habet immutabilr̄ liberū p̄o arbitriuz hominis se hz mutabilr̄ ante electionē ⁊ post electionez vsq̄ ad mortē. Unde ph̄s in.iii.de regimine p̄ncipū ait. Liberi sumus vsq̄ ad finez ad hoc ⁊ ad illud ad bonū ⁊ malū. Angelus ergo sic fuit cōditus vt ante electionē posset reuolui tam ad malū q̄ ad bonū sed postq̄ elegisset aliquid horū siue malū siue bonū nō posset amplius mutari, sed haberet liberum arbitrium confirmatum in illo: siue bono siue malo ⁊ non posset illud detestari quia angelus cū aliquid intelligit non facit sicut homo qui cognitiones suas accipit in tempore ⁊ non totuz sī mul intelligit: sed vnum post aliud . ⁊ vnū ex alio sicut ex premissis accipit conclusionem angelus enim accipit statum totum non conferendo sed sine tempore ⁊ sine discursu ⁊ non vnum post aliud vel vnum ex alio. Et sic secūdum statum sue conditionis iudicat de re tota simul.⁊ iudicādo videt eā totam simul. ⁊ sic certissime iudicat ⁊ non potest decipi sicut homo ergo cōsequenter nec excusari . Cum ergo semel elegerit lucifer malum in quo fuit cōfirmatuz eius liberū arbitrium.vt ait sct̄us Bonauen.in.ii.di.vii.⁊ habet per glo.in.c.qui episcopus.xxiii.dist.nō potest amplius penitere siue per penitentiam culpam suā delere maxime quia voluntas non pōt detestari peccatuz in se existens sine gratia gratis data disponēte ⁊ preueniente. Voluntas aūt diaboli secundum sanctum Bonauē.⁊ Rich.in predicta di. caret omni grā liberū arbitriū disponēte. Cū igitur pctm̄ non possit remitti sine gratia gratum faciente ⁊ sanante.⁊ ad hanc pertingi nō possit sine predicta grā preueniente ⁊ disponēte.qua diabolus priuatus ē patet q̄ eius peccatum est irremissibile. D

SCiendū ergo q̄ angelo fuit a deo prefixus status merendi vsq̄ ad primam voluntatez bonā vel malā. Ideo sicut homo.post q̄ ip̄s merēdi p̄terālit.s.īp̄s vite quantumcumq̄ soluz vnū mortale pctm̄ fecerit nō pōt vltra bonā voluntatē aquirere sicut etiā fuit de angelis vn̄ Damasce.inquit . Hoc est in angelis casus qd̄ in hominibus mors.⁊ Aug.in lib.de fide ad petrum ait. Sic creauit angelos deus vt qui vellent: p̄petuo boni essent : ⁊ q̄ nollent: nūq̄ eos diuino munere repararet. Propter casum igitur angeli ablata est ei grā merēdi vn̄ q̄n angelus cecidit: statim extra statum merendi fuit. Hō p̄o q̄n peccauit nō exiuit statum merendi ideo se disponere potuit ad obtinendaz miam dei. Vn̄ inq̄t Rich.in.ii.di.xxi.ar. j.q.iii. q̄ natura hūana non precipitauit se in p̄fundū ex tāto conatu sicut angeli mali qui in malo obstinati sunt ⁊ indurati. E

SEcundo fuit irremissibile respectu q̄litatis peccati.⁊ hoc triplici ratiōe. Primo ratiōe generis peccati naz tam angelus q̄ homo peccauit per superbiā sed differenter homo em̄ peccauit appetēdo sciam dei Gen.iii.vbi dixit diabolus p̄imis parētibus Eritis sicut dii scientes bonum ⁊ maluz sed angelus peccauit appetēdo omnipotentiā.vt habet Esa.xiiii.vbi dicit angel⁹ Ponā sedē meā ad aquilonē: ⁊ ero similis altissimo. Quā q̄dez omnipotentiā nūq̄ voluit de⁹ cōmunicare alicui creature q̄ s̄m illā est oīz principiū q̄ igit āgelus appetiit esse principiū ⁊ esse similis deo p̄pter hoc appetiit illud ad qd̄ nullo mō erat ordinatus: ⁊ p̄pter hoc non habet excusationem aliquā

tem aliquā. ⁊ sic eius peccatū est inexcusabile ⁊ irremissibile. Ad sciam autē est homo ordinatus in gloria: nō autē ad omnipotentiā. peccatū ergo hominis est excusabile respectu p̄dicto. ⁊ cōsequēter remediabile. nō sic aūt fuit peccatū angeli qꝛ illud appetijt quod proprium erat creatoris. F

SEcūdo idem probatur ratione circūstantie peccati. Nam in Adam fuit aliq̄ ignorantia qꝛ mortale credidit esse veniale sicut dicit Aug. super Gen. Angelus autē nō habuit ignorātiā in peccādo. ⁊ ideo peccatū hominis fuit remissibile: nō aūt peccatū āgeli. Possumus etiā dicere q̄ Adā peccauit ex quadā īfirmitate humana. Ideo peccauit ī patrē. Eua ex quadam ignorātia feminea ideo peccauit in filiuz. Diabolus aūt peccauit ex ꝓpria ⁊ ex certa malicia. et ideo peccauit in spūm sanctū. qd̄ peccatū vt ait saluator Mat. xij. nō remittit̄ in hoc seculo nec in alio. qd̄ etiam habetur de peni. di. j. c. deus qui similis. G

TErtio idem ꝓbat̄ ratione occasionis peccati qꝛ homo alio instigante ⁊ eū decipiēte peccauerat: ⁊ ideo ignoscēdum fuit ei qui ꝓuocatus ita fecit. l. qui maior. §. si libertus. ff. de bo. libe. Deceptis enī est subueniēdū. l. ij. ff. ad tertul. ⁊ l. ij. §. hec verba. ff. ad vellei. ⁊ c. inter. de dona. ⁊ c. cum vniuersorum. de re. permu. ipse vero sathanas nullū instigatorē habuit: sed seipsum ad peccatum ex sua prauitate reflexit. Quapropter homo qui per aliū ceciderat etiā ab alio reparari debuit. Unā magister in. ij. di. xxi. ait de Adam Qui aliquā licet modicā cadēdi occasionē habuit idcirco per dei grām iuuari debuit ⁊ potuit ad veniā vt qui per aliuz ceciderat per aliū iuuaret̄ qui ergo incitatorem habuit ad malum: non iniuste reparatorē habuit ad bonum. Diabolus vero q̄ sine tentatione alicuius peccauit: p aliū vt resurgeret iuuari nō debuit nec p se potuit. Ideo irremediabile eius peccatū extitit. Peccatum vero hōis sicut per aliū habuit initiū: ita p aliū nō incongrue habuit remedium. Hoc etiam asserit ap̄ls ad Ro. v. dicēs. Si enim per vnius delictum multi mortui sunt: multo magis gratia dei ⁊ donū in gratiam vnius Jesu christi in plures abundauit. H

TErtio principaliter ꝓbatur peccatū luciferi fuisse irremediabile rōne ꝓprietatis diuine iusticie. In primis enī parētibus erat tota natura humana vt ait Aug. xiij. de ciui. dei ca. xiij. q̄ per eos postea erat multiplicāda in alijs sed in angelo peccante nō erat tota natura angelica. immo iam tota erat multiplicata. ⁊ propter hoc diuine iusticie congruum fuit vt non statim puniret hominem vel iudicaret q̄ cito peccauit donec spēs humana multiplicaretur ⁊ maxime numerus electorū ⁊ tunc iudicarent̄ ⁊ punirent̄ q̄ essent puniēdi: sed statim debuit punire angelum. qꝛ in eo non habuit locū p̄dicta dilatio. Homo igitur debuit iudicari in fine vite sue: ⁊ in die iudicij ⁊ tunc nullū erit remediū sicut nec mō angeli. Quarto idem ꝓbatur rōne cōditionis diuine misericordie. Cum enī vt supra dictū est in primo homine esset tota humana natura: ipso perdito tota fuisset corrupta ⁊ ꝑdita: sed q̄uis natura angelica in aliquibus cecidisset: pars tn̄ maior perstiterat: secūdum magistrū in. ij. dist. xj. sed vbi maior est indigentia: ibi maiori opus est misericordia. l. si quis ad declinandā. §. pen. C. de epis. ⁊ cle. et l. vnica. C. publice leticie. lib. xij. Quia igit̄ angelica natura nō ceciderat tota: humana autē sic: qꝛ in radice peccauit: ideo nō fuit congruū diuine misericordie ⁊ summe pietati vt ita nobilē creaturā sicut est humana natura ex toto sineret perire. Unde ad hoc ꝓpositū adducit magister in. ij. di. xxj. c. preterea. Aug. in li. enchiridion. c. xxviij. dicentē. Placuit vniuersitatis creatori ⁊ moderatori vt qm̄ nō tota multitudo angeloꝝ deum deserendo perierat: ea q̄ perierat in eterna damnatiōe remaneret: que aūt cū deo illa deserente perstiterat. de sua certissime cognita felicitate gauderet: at vo creatura rationalis q̄ in hominibus erat: qm̄ peccatis atq̄ supplicijs tota perierat. ex parte reparari placuit: vñ angelice societati suppleret qd̄ ruina illa minuerat. hec ille. Quinto idem probatur ratione diuine sapiētie. Nam qꝛ angeli sunt conditi in ꝓpinqua dispositiōe ad gloriā tū ratione nature qꝛ spirituales: tum rōne loci: quia in celo empyreo: idcirco a diuina sapiētia tēpus meriti est eis tā breue p̄fixū in quo mereri potuerūt ⁊ demereri. homini vo qꝛ conditus est in corpore animali: ⁊ ita in dispositione remotiori ad gloriam: qꝛ corpus qd̄ corrumpit̄ aggrauat animā. Sap. ix. ⁊ etiā datus est ei locus distās ad merendū. s. paradisus terrestris ideo p̄fixus est ei terminus longus: ⁊ eius peccatū remediabile fuit. angelicum vero irremediabile ⁊ inexcusabile: qꝛ angelus est spiritus: et ideo debebat esse fortis ⁊ prōptus. homo vero habebat carnē que ad bonū semper est īfirma dicēte dn̄o Matth. xxvj. Spiritus quidē promptus est. caro autem infirma. Infirmitas vero aliqualiter excusat. l. questitum. ff. de re iudi. et etiam fragilitas naturalis. l. ij. §. si quid autē C. de vete. iur. enuclean. Aliam etiam ratiōē assignat beatus Bonauen. in. ij. distin. xxj. art. j. q. ij. dicens. Diuina sapientia iuste voluit iusticiā suā ⁊ seueritatem sui iudicij in homine exercere preter eternam damnationem in hoc q̄ hominem in carne mortalem morti tradidit ⁊ hominis innocentis mortem pro satisfactione suscepit: sic vt spiritus inuitus desereret corpus: et mors exigatur in pena sicut com

missa fuerat in culpa. angelus autē in natura immortalis erat: et ideo nō erat via ad exercendum in ipso seueritatē nisi p mortem dānationis eterne. hec ille. Quare autem natura angelica post peccatum nō fuerit capax penitentie sicut humana. diffuse tractat Alex. de ales in iij. parte sūme. q. iv. ar. j. cuius dicta breuitatis causa pertranseo.

¶ Pars tertia huius sermo. que dr̄ opationis. L

In hac parte querit̄ a quo opata sit incarnatio filij dei? Et rn̄detur q̄ hāc incarnationem ꝟo tota trinitas effecit vt hr̄ extra de sum. tri. et fi. ca. c. firmiter. opa eīn trinitatis sunt indiuisa ab extra. vn̄ Aug. l. ii. j. de trini. c. iiij. ait. q̄ sicut pr̄ et filius et spūssctūs inseparabiles sunt: ita et inseparabiliter opant̄ et in. xiij. li. eiusdem operis inqt qd̄ facit pater facit filius et spūssctūs ac ola simul et filius ac amboꝝ spūs pariter et cōcorditer opant̄. hec ille. M

Quamuis autem tota trinitas in incarnatiōe ꝟbi opata sit: tn̄ psona filij sola humanā carnem assūpsit. Vn̄ magister in. iij. dist. j. ait. Dicimus q̄ nihil opatur filius sine patre et spū sancto: sʒ vna est hoꝝ opatio indiuisa et indiuisibilis. et tn̄ filius nō pater vel spūssanctus carnē assumpsit ipsaʒ tn̄ carnis assumptionē ipsa trinitas operata est sicut inquit Aug. de fide ad petrū. c. ix. dicens. Recōciliati sumus p solū filiū fm carnē: sed nō soli filio fm deitatē. trinitas enim nos sibi recōciliauit p hoc q̄ solū ꝟbū carnem ipsa trinitas fecit. Sicut eīn inseparabilis est vnitas trinitatis: ita et operatio. Nō tn̄ eandē trinitatē nata de ꝟgine crucifixā et sepultā: catholici tractatores docuerūt: sed tātūmō filiū. Nec eādē trinitatē in specie colūbe descēdisse sup xp̄m: sed tn̄ spūmsanctū. Lu. iij. nec eandē dixisse de celo. Tu es filius meus dilectus sed tn̄ vocē patris factā fuisse ad filium Lu. iij. et Mat. xvij. et ij. Pet. ij. Cuius pater et filius et spūssanctus inseparabiles sint. et ita inseparabiliter opant̄: hec est mea fides: qm̄ ē hec fides catholica. Licet ergo solus filius carnē assumpserit: ipsam tamen incarnationē cū patre et spūsancto opatus est. hec magister vbi. s. N

Hec aūt fieri posse declarat Aug. in sermone de natiuitate dn̄i per tria exempla. Primū est de aiam̄ā in aia est rō. et vna est aia, et ratio: sed anima aliud agit. et aliud ratio. anima eīn viuit. ratio vero sapit: ad animam ptinet vita: ad rōnem sapientia. et tamen nec anima est sine ratione. nec ratio sine aia. et cū vnū sint: aia tn̄ sola suscipit vitā. et rō sola suscipit sapientiaʒ. Sic pater et filius licet vnū sint et vnus deus, ad solum tn̄ xp̄m ptinet carosicut ad solam rationē pertinet sapiētia. O

Secūdo exemplū est de sole. ex vno enim solis radio pcedit calor et splēdor: sed calor exiccat. splēdor illuminat. Aliud igitur suscipit calor: aliud splēdor: licet calor et splendor abinuicem nequeāt separari: nā splēdor suscipit illuminationē non feruoreʒ. calor vero suscipit feruorē non illuminationē aliud q̄ simul aliud ꝟo singulariter agunt et tamen abinuicem nō separātur. Sic et filius suscepit carnem et non deseruit patrē: nec se diuisit ab eo. In diuinitate ergo est equalitas in carne sola filij proprietas. Et tamen ab eo patris et spūssancti nunq̄ recessit diuinitas. P

Tertium exemplū est. Nam vt cythara musicū melos sonis dulcibus reddat: tria pariter adesse videtur. scʒ ars. manus et chorda. Ars dicat: manus tāgit: chorda resonat qd̄ auditur. et tamen nec ars nec manus sonum reddunt: sed ea cum chorda pariter operantur. Sic nec pater nec spiritussanctus carnem susciplunt: et tamē cū filio pariter operantur sola chorda excutit: et carnē solus filius recipit operatio tamen i tribus consistit. quomodo ergo pertinet ad solaʒ chordaʒ soni redditio sic pertinet ad solū filium carnis humane susceptio. hec ille vbi. s. Que exempla etiaʒ ponit in libro de virginitate be. virginis. Solet etiam ad hoc dari exemplum de tribus domicellis siue sororibus que ex seipsis vnam induunt aliqua veste quando nubit: omnes enim tres eandem operationem faciunt: et tamē vna illarum sola induitur et nubit. Dari quoq̄ potest exemplū de igne in quo est substātia: splendor et calor: et tamen quādoq̄ splendorem videmus. substantiā autem et calorē nō percipimus. nā in candela splendorem quidē percipimus calorem autem minime videmus. Sic in proposito filius dei solus carne vestitus apparuit: cum tn̄ eius operatio a pr̄e et spūsctō diuisa nō sit. Q

Quod autē vna persona diuina icarnari potuerit sine alia probat petrus de aquila: in. iij. di. j. q. ij. et sanctus Bonauentura in eadeʒ dist. arti. i. q. ij. et Richardus ibidem per omnia. et Alexāder de ales in. iij. parte summe in tractatu de conueniētia incarnationis. cuius rōnē cā breuitatis omitto. R

Sed hic querit̄ cum incarnationeʒ filij dei tota sit trinitas opata. quare totiēs i sacra scriptura et in articulis fidei appropetur hec operatio spiritusancto: dum dicitur. Qui conceptus est de spiritusancto. Respondet sanctus Bonauentura. in. iij. distinctione. iiij. articulo. j. questiōe. j. et Alexāder de ales in iij. parte summe in tractatu de conceptiōe christi. et Richardus in. iij. distinctiōe. iiij. articulo. j. q. j. et beatus Thomas in. iij. scripto. distincti. viij. articulo. ij. questi. j. et. iij. parte summe. q. xxxij. articulo. iij. quod hoc fit triplici de causa.

Primo ratione cause mouentis deuz ad huma ne nature susceptionem. que fuit charitas. ex amore enim maximo venit filius dei vt car nem sibi assumeret in vtero virginali vt ha betur. Johannis.iij. Unde magister in.iij. dis tinc.iiij. hanc rationem approbans ait. Non enim ideo operatio incarnationis spiritui san cto sepi attribuitur: q ipse eam sine patre et fi lio fecerit sed quia spūssanctus est charitas et donum patris et filij ex ineffabili dei charitate verbum caro factum est. et inestimabili dei bo no: filius voluit sibi formam serui. hec ille. Pre terea vt ostendatur q nō ex aliquibus meritis sed ex sola liberalitate et gratia dei carnem as sumpsit. attribuitur christi cōceptio spūissan cto: qui est ipsa gratia. S

Secundo idem probatur ratione virtu tis preparantis. sicut enim charitas dei ad hominem mouit deum principali ter: sic charitas ipsius virginis eam maxime disposuit ad hoc donū suscipiendum. vt dicit sanctus Bonauentura vbi.s. Illud autem qd maxime preparauit virginem fuit amor. Un de quemadmodum mulier concipit per viri dilectionem et ipsius adhesionem. que est cau sa desider totum in amore virtutis generatiue sic beata virgo propter amoris singularita tem: singulariter cōcepit deum ex deo. et ideo concepisse dicitur de spiritusancto. Unde. Hu go de sancto victore in quodam libello in quit. Concepit virgo maria de spiritusancto: non q de spiritusancto semen partus suscepe rit. sed quia per amorem et operatione spiritus sancti ex carne virginis diuino partui substā tiam ministrauit. hec ille. T

Tertio idem probatur ratione reprimen de siue excludende falsitatis. ideo nanqz dicitur conceptus de spiritusancto. vt carna le corpus interuenisse non credatur. et vt om nis peccati contagio excludatur. et ne creda tur q se imiscuerit feditas concupiscentie ac per hanc peccatum originale: vt inquit sanct Bonauentu. vbi.s. Patet ergo vt inquit ma gister vbi.s. q frequens nominatio spiritus sancti ab illo opere patrem et filium non exclu dit: sed potius vno nominato tres intelligun tur: sicut fit sepe in alijs operibus: vnde Au gusti. super hoc mouens questionem in lib. en chiridion. in hunc modum eam determinat dicens. Cum illam creaturam quam virgo cō cepit et peperit quis ad solam personam filij pertinentem tota trinitas fecerit: necqz enim se parabilia sunt opera trinitatis: cur in ea facien da solus spūssanctus nolatus est. An vero qn vnus trium in aliquo opere nominatur: vni uersa operari trinitas intelligitur. Ita est et exemplo doceri pōt. Audistis propositam que stionē eiusdēqz solutionē. Hec magr vbi.s. U

Patet ergo q iz incarnatio christi facta sit operatione totius trinitatis: tn singulari ter spūissancto attribuitur q in gliosam virginem superuenienter sicut ei angelus gabriel predixit Lu.r. dicēs. Spūssanctus superueniet in te. qd exponit btūs Tho. in.iij. dist.iij. Primo super ueniet in te.i. super possibilitatē et cursum na ture dando fecunditatem et seruando virgini tatem. Scdo superueniet in te: idest supra id qd habes de plenitudine. eius: quia sicut olim im plebat mentē: ita nunc implebit ventrem. Ter tio superueniet i te: idest super te de celis veniet q omne datum optimū desursum est. Jaco. j. quod notat gl. in.i.ij.ff. de legi. Quarto superue niet in te.i. supra merita tua et supra merita om nium creaturarū. Quinto superueniet in te.i. su pra omnes qui ante te fuerunt. Et virtus altis simi.i. dei filius qui est sapientia patris: vt di citur.j. Corin.vj. obumbrabit tibi.i. sub vmbra carnis tue latebit: sub vmbra enim carnis tue latuit virtus deitatis X

Sed hic ad maiorē pdictoz dclarationē di cere possum q icarnatio filij dei e fcā cele sti nūcio mediāte: et spūsctō operāte: ac ipa vgi ne materiā ministrāte. Primo igit dico q fctā ē mediāte celesti nūcio: q missus ē Gabriel āge lus a deo rc. De tali autem nuncio exponi po test illud Prouer.xxv. Aqua frigida est anime sitienti: et nuncius bon de terra lōginqua. Aq frigida sitim sedat: estū tēperat: et quadā iocū ditate in bibēdo delectat. beata autē vgo Ma ria valde sitiebat aquā diuine gratie. habebat etiā estū magnū.i. magnum desiderium de hu mani generis salute. habebat quoqz magnam iocunditatem de promissa deo virginitate: et ideo Gabriel angelus fuit sibi sicut aq frigida quia plenitudinem gratie sibi predixit dicēs. Aue gratia plena. Salutē quoqz humani gene ris per eā fiendā asseruit dicens: et vocabis no mē eius Jesum.i. saluatorē virginitatē etiā il libatā sibi seruādā pdixit dicēs q cōciperet de spūsctō et nō de semine hūano: dū ait. Spūssan ctus superueniet in te rc. Y

Scdo facta est hec incarnatio opatione spūssancti: vn Beda super Lucā ait. Spi ritussanctus in virginē supueniēs q in eius vtero redemptoris corpus operatione sua sine viri li semine de eius virginea carne creauit. Et Au gu. in sermone de annūciatiōe ait. Dixit ange lus. O maria virgo dei: filia: dei si a me requi ris: quō virgo parias et post partū virgo pma neas vel quō fiat in te qui fecit te audi me et non perturberis in te. Spūsctūs supueniet in te: ita vt nec estum patiaris libidinis et mater sis creatoris. Et Ber. super missus est inquit. Ecce cōcipies et paries filiuz. Concipies quod caro nescit. non habet cōditio: natura non ad mittit. O beata et vere beata virgo maria que

preter generādi curas: pter materna fastidia: ad tantā gloriā germinis peruenit. Z

Tertio dico q̄ hec incarnatio facta est ipsa virgine materiam ministrāte: quā materiam sp̄ūssanctus sic sctificauit: q̄ nunq̄ vlli vsui nisi diuino apta fuit sicut dicit Hiero. in sermone ad Eusto. exēplū lane addu cēs: vn̄ ait. Ante quidē aduentū spiritussancti in vtero virginis vterus eius q̄uis impollutus et sctūs: adhuc tn̄ vilitate hūanitatis erat indutus tanq̄ lana cādidissima. ad quā cū accessit sp̄ūssanct⁹ velut eadē lana cū inficitur sanguine cōchili vel muricis vertitur in purpuram. versa est ⁊ ipsa sine coitu in matrē dei vt iā nō sit q̄d fuerat sȝ purpura mundissima ad indumentū summi regis diuinitus aptissime dedicata. De hoc etiam sicut dicit Richimius in ii. de trinitate. Btā maria lana mūdissima fuit: ⁊ per virginitatē clarissima. q̄ sola esset in se filiū dei recipere dignitatē: sicut lana conchili sanguine intincta vt ex eadeȝ fieret purpura. imperiali maiestate tm̄modo digna: quāq̄ null⁹ esset dignus induere: nisi augusta preditus dignitate. hec ille. De cui⁹ virginis immaculate dei filiū mirabiliter cōcipiētes parturiēte inq̄t Augustinus in sermone de natiuitate domini Uirga Aaron subito produxit flores ⁊ frondes ac nuces. virgo protulit q̄d ante non habuit. nō radicata plantatione: nō defossa sarculo: nō animata succo: nō fecūdata seminario. virga ergo potuit contra naturam nuces educere: ⁊ virgo non potuit nature iure dei filium generare. q. d. immo ⁊ multo magis. hoc auteȝ ostēdit exemplo speculi ⁊ radiȷ solis dicens. Solis radius specula penetrat: ⁊ soliditatē ei⁹ insensibili soliditate ptransit: ⁊ talis videt̄ extrinsecus. q̄lis existit intrinsecus. Itaq̄ nec cū ingredit̄ violat. Nec cū egreditur dissipat. Sicut ergo speculū nō rumpit radius solis: sic integritatem v̄ginis ingressus aut aggressus viciare nō potuit diuinitatis. Hec aūt incarnatio fieri nō potuit nisi ipsa virgine cōsentiente. Unde Bern. sup Missus est ait. Da virgo responsum. respōde verbum ⁊ suscipe verbum. profer tuum: ⁊ suscipe diuinum. emitte transitorium ⁊ amplectare sempiternum. Consensuȝ igitur virgo prestitit quando dixit. Ecce ancilla domini ⁊c. quod exponit Ber. vbi. s. di. Uerbum quod erat in principio apud deuȝ fiat caro de carne mea nolo vt mihi fiat aut declamatorie predicatū: aut singulariter significatū aut imaginarie somniatū. sed silenter inspiratū. personaliter incarnatum et corporaliter inuisceratū. Hec Ber. in persona virginis. Cū quo v̄bo dei incarnato nos incorporari faciat hic per amorē ipsa mater ei⁹ benedicta: vt in celesti palatio postmodū illi vniamur per gloriā in secula seculorum. Amen.



Of De eadem mirabilissima filiȷ dei incarnatione ex virgine. Sermo. vj. A



Sanctificauit tabernaculū suū altissimus. ps. xlv. Preciosis reliquiȷs solet fieri preciosum tabernaculuȝ aureū vel argēteū q̄ iocundȝ esse pportionatus locato: vt ait phs. iiȷ. physic. ⁊ ij. de aīa. Cū igitur nullū tā preciosum locale nullamq̄ preciosiorē reliquiā mundus vnq̄ habere potuerit filio dei: idcirco decuit illam habere tabernaculū p̄ciosum vbi reponeret̄ speciosus forma pre filiȷs hoim. hoc autem tabernaculū fuit beata v̄go Maria speciosa inter filios hierusalē: q̄ figurata fuit Exo. xxv. vbi dn̄s precepit Moysi dicēs. Fac mihi sanctuariū ⁊ habitabo in medio eorū ⁊c. Per hoc em̄ sanctuarium figurata fuit virgo benedicta que super oēs scōs sanctior est. Inuētus est autem vn⁹ optimus faber: scilicet sp̄ūssanctus. qui ipsam adeo subtiliter ornauit per artē suā: vt fieret digna habitatio filiȷ dei repositaq̄ est in hoc sanctuario archa thesauroꝝ omniū scilicet ipse dei filius: in q̄ sunt oēs thesauri sapientie dei abscōditi: vt dicitur ad Col. ij. In eo etiā est altare vbi mactant̄ bestie. In hoc em̄ altari. scȝ virgine gloriosa q̄ est altare exemplariū si quis attēdat reperiat plene qualiter act⁹ brutales et bestiales debebat occidere: ⁊ de occisis facere sacrificiū deo corde contrito ⁊ humiliato. Nam in hoc altari inueniet malleū humilitatis ad cōterendum leonē superbie. aculeū charitatis ad feriendū serpētē inuidie. stimulū paupertatis ad percutiēdū lupū auaricie. iaculum virginitatis ad interficiendū porcū immūdicie. ibiq̄ oīa arma parata inueniuntur ad effuganda oīa peccata. ibi etiā est mensa ppositionis: q̄ in ipsa est tā peccatoꝝ q̄ iustoꝝ refectio. In hoc etiaȝ altari est candelabrū respiciēs ad aquilonē nā ab aquilone pādetur oē malū. Hiere. j. Inde em̄ cōsurgit tenebrarū princeps qui insultat fidelib⁹: p̄cipue in hora mortis. Hoc aūt cādelabrū est ipsi⁹ virginis adiutoriū ⁊ subsidiū cōtra diabolū in exitu vite presentis. B

In isto igit̄ tabernaculo v̄gineo de⁹ habitationē suā elegit. Un̄ Leo papa in sermone de natiuitate v̄ginis inquit. Oportebat q̄ppe edificari domū in qua descēdēs celestis rex habere dignaret̄ hospitiū. hāc igit̄ domū dei sapientia edificauit: ⁊ in ea excidit columnas septem. Septem namq̄ hec domus suffulta colūnis extitit: q̄ venerabilis mater dn̄i septē sp̄ūssancti donis dotata fuit. necesse enim fuit prius erigi thalamū: qui venientē ad nuptias susciperet sponsum. hec ille. De cuius sponsū adeo

nuptias cũ beata virgine angelo mediante celebratas tres pulchras considerationes faciemus.

Prima dicetur determinabilitatis.
Secũda societatis.
Tertia vero mirabilitatis.

Pars prima huius sermonis que dr determinabilitatis. C



vbi cōceptioni. Tātū aūt placuit deo eiꝰ obediētia vt mereretur filiū dei sibi facere subiectū ⁊ obediētē. Unde Bern. sup missus est. exponens illud Lu. ij. ⁊ erat subditꝰ illis inquit. Quis? Quibꝰ? deus hoībꝰ. deus inquā cui angeli subditi sunt cui pricipatus ⁊ ptātes obediunt subditus est marie. ⁊ nō tm̄ marie: sed etiā ioseph ꝓpt mariaꝫ. Mirare ergo vtrūlibet. et elige qd amplīꝰ mireris siue filij dei benignissimā dignationē: siue matris eius excellentissimā dignitatē. Utrūqꝫ stupor. vtrūqꝫ miraculū. ꝙ femine deus obtēpet humilitas sine exēplo ⁊ ꝙ femina deo principetur sublimitas sine socio. In laudibꝰ virginū singulariter canit ꝙ sequunt agnū quocūqꝫ ierit. Quibꝰ ergo laudibꝰ iudicas dignaꝫ que etiā preit? Disce hō obedire disce puluis obtemperare. disce terra subdi. Erubesce supbe cinis. deꝰ se humiliat ⁊ tu te exaltas. deꝰ se hoībꝰ subdit ⁊ tu dominari hoībꝰ gestiens tuo te preponis auctori. Quotiēs em̄ hoībꝰ p̄esse desideras totiēs deū preire cōtendis. hec ille. Faciebat igit beata ṽgo illud quod postea egit filiꝰ suus sciēs ꝙ tanta est excellentia obedientie ꝙ nihil est pctm̄ nisi qd cōtra ipaꝫ fuerit ꝑpetratū. pctm̄ em̄ est preuaricatio legis diuine: ⁊ celestiū inobedientia mādatoꝝ vt ait Amb. in lib. de paradiso. Hec igitur sctā domicella suadebat beate virgini vt oparet salutem mūdi. atqꝫ hortabatur eam tam grandi sacramēto assensuꝫ p̄bere. Sctūs aūt Bern. sup missus est in ꝑsona angeli dicit beate ṽgini exhortādo eā ad cōsentiendū Audisti ṽgo fctm̄: audisti ⁊ modū. Utrūqꝫ miruꝫ: vtrūqꝫ iocūdū. Jocundare filia syon. exulta satis filia hierlm. ⁊ qm̄ auditui tuo datū est gaudiū ⁊ leticia: audiamus ⁊ nos a te responsum leticie qd desideramus ⁊c. Idē quoqꝫ sanctus ibidē in ꝑsona oim sanctoꝝ patrū inqt eidem beatissime virgini. Expectamꝰ o dn̄a verbum miserationis: quos miserabilr p̄mit snia dānationis. Et certe offert tibi preciū nr̄e salutis statim liberamur si ꝯsentis. In sempiterno dei verbo facti fuimꝰ oēs. ⁊ ecce morimur in tuo breui respōso sumus reficiēdi vt ad vitā reuocemur. hoc supplicat a te o virgo pia flebilis. Adā cum misera sobole sua exul de paradiso. hoc abraā. hoc dauid. hoc ceteri flagitāt sancti p̄res tui qui habitāt in regiōe vmbre mortis. hoc totus mundus tuis genibꝰ ꝓuolutus expectat. nec imerito. qꝛ ex ore tuo pēdet ꝯsolatio miseroꝝ: redēptio captiuoꝝ: liberatio dānatoꝝ. salus denique totiꝰ generis tui. ⁊ vniuersoꝝ filioꝝ Adā. Da ṽgo rn̄sum. Festināter o dn̄a rn̄de verbū quod terra. qd inferi. quod expectant ⁊ superi. Ipse quoqꝫ rex ⁊ dn̄s quātuꝫ cōcupiuit decorē tuū: tm̄ desiderat tue rn̄siōis assensuꝫ: in q̄ nimirū ꝓposuit saluare mūdū. ⁊ cui cōplacuisti in silentio. iaꝫ magis placebis ex verbo: cū ipse tibi clamet e celo. O pulchri inter mulieres fac me audire voceꝫ tuam. Si ergo eum facies audire vocem tuam: ipse te faciet audire salutem nostram. nunquid nō hoc est quod querebas: quod gemebas: quod diebus ac noctibꝰ orādo suspirabas? Responde as itaqꝫ cito angelo. immo per angelum dn̄o. Responde verbū ⁊ suscipe verbum profer tuū ⁊ suscipe diuinū: emitte tuū transitoriū ⁊ āplectere sempiternum. Quid tardas? quid trepidas crede confitere et suscipe. Sumat humilitas audaciam: quia etsi grata in silentio verecundia: magis tn̄ nunc in verbo pietas est necessaria. aperi ṽgo beata cor fidei. labia cōfessioni: viscera creatori. Ecce desideratus cūctis gentibus pulsat ad ostium. O si te morante ꝑtransierit: et rursus incipias dolens querere quem diligit anima tua. Surge curre aperi. Surge per fidē: curre ꝑ deuotionē. aperi ꝑ dilectionem. hec ille. Tūc btā virgo his cōfortata ⁊ de magnifica prole letificata ⁊ de suo pudore ⁊ itegerrima pudicicia certificata: statiꝫ surrexit: genua in terram fixit: terram osculata fuit: oculos ad celum eleuauit brachia: ad celos extendit: ⁊ sic cum maximo gaudio: cuꝫ ingenti feruore: cum indicibili deuotione: cumqꝫ ineffabili charitate dixit. Ecce. In quo verbo denotatur promptitudo obedientie et iceptio nostre salutis. et altitudo virginalis contemplationis. ⁊ demonstratio sue volūtatis. Hoc enim verbum ecce aliquando ponitur expositiue siue demonstratiue vel indicatiue. vt de peni. distin j. §. ecce. ⁊. xxxv. q. v. c. ecce. ⁊ inst. de rerum diui. §. cum ex aliena planta. et §. hoc amplius. et de peni. di. ij. c. si enim inquit ⁊ instit. de vsufru. §. j. et. xxviij. q. j. c. sic enim. §. his de causis. ⁊ extra. de baptis. c. maiores. ver. ad id. ⁊. ff. quod cuiusqꝫ vni. l. j. Aliquando ponit exhibitiue vt. xxij. q. ij. c. egressus. Aliquando inceptiue. vt extra de renū. c. nisi cū pridem. §. propter maliciā. ⁊. xxxvj. dist. j. c. ecce. ⁊ de maio. ⁊ obe. c. solite. Aliqn̄ etiā ponit contēplatiue. vt ibi. Ecce q̄ bonum ⁊ q̄ iocunduꝫ habitare fratres i vnū. ps. cxxxij. ⁊. c. dilectissimis. xij. q. j. c. nulli. iij. q. j. ⁊ oībꝰ his modis pn̄t exponi ṽba b̄ndicte ṽginis dū dixit ecce ⁊c. V

Decima domicella fuit dn̄a humilitas siue dn̄a ancilla. que p̄erat familie domus beate ṽginis ⁊ oīa officia domꝰ peragebat. Hec autem beatam virginem instruebat vt de se licet ad tantam excellentiam exaltabatur: nō alta sꝫ humilia sentiret: cogitaret ac diceret: dicēs et illud Tob. iiij. superbiam nunqꝫ in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas. quia vt ait martialis poeta. Etherea pacē ventꝰ ⁊ supbia tollunt. ⁊ s̄m. Claudianum lib. i. Inquinat egregios adiuncta superbia mores. et vt ait Prudentius in

lib.de sichomachia.c.v. Frāgit deus omne su
perbū Alta cadūt: inflata crepant: tumefacta
p̄munt. sed quāto maior es tāto magis te hu-
milia in oibus. et corā deo inuenies gratiam.
Eccli.iij. Uirginitas em̄ cū humilitate est ad-
mirabilis. §. hec scripsimus.xxx.di. Hanc autē
virtutē veniet cōmendare filius tuus. cap. di-
splicet. §. si autē.xxiij.q.iiij. et ipsā v̄bis ac fa-
ctis ostēderet.xciij.di.c.dns. Un̄ dicet discipulis
suis Mat.xj. Discite a me qr mitis sum et hu-
milis corde trāsumptiue in ca. qui se scit.ei.ij.
ij.q.vj. Hec etem̄ v̄tus est cōseruatiua omniū
aliarū virtutū. vn̄ Ber. in lib. de improbatione
vitiorū.c.ij. inquit. Firma solet virtus humi-
les seruare quietos. Nec cadit in plana q̄ re-
quiescit humo. Huius autem domicelle docu-
menta ipsa virgo b̄ndicta p̄fecte seruauit qd
patere poterit ex respōsione quā angelo fecit.
De qua inquit Ber. O venerāda v̄ginitas. O
predicanda humilitas ab angelo mater dn̄i
appellat et se ancillā dn̄i cōfitetur. vn̄ ait. Ecce
ancilla dn̄i: tāq̄ diceret. Paratū est cor meum
deus qr intactus p̄manet vterus meus. Respe
xit em̄ hūilitatē ancille sue. Uenit ergo māsue
tus implens celos transgrediens per humilē
ad supbos. et celos nō relinquēs vt inflatos tu
more superbie apposito humilitatis remedio
mitis medicus ipse curaret. Uenit em̄ māsue-
tus et mitis sedēs sup nubē leuē. i. sup Mariā
humilē. hec ille. X

Undecima domicella fuit dn̄a desiderosa
que incitabat beatā v̄ginē ad desideriū
cōceptionis filij dei et saluationis mundi. qd q̄
dem desideriū ipsā taliter inflammabat q̄ cū
p̄pheta dicebat ps.xlj. Quēadmodū desiderat
ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat anima
mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad te deum
fontem viuū. Et iterū cū eodē p̄pheta dicebat
ps.xxxvij. Dn̄e ante te omne desideriū meū. Ex
quo apparet sanctitas mentis virginalis. Nā
vt ait Cassiod. li.iiij. epistolarū. epl'a.v. Ex qua
litate desiderij potest mens honesta cognosci.
Uidebat autē beate v̄gini magna mora expe
ctatio et tarditas incarnationis. iuxta illud Se
nece in prouerbijs. Etiā celeritas in desiderio
mora est. Et ideo subdidit. et dixit. Fiat mihi s̄m
verbū tuum. Qd exponens Bern. sup missus ē
ait. Fiat in desiderij signū: nō in dubitantis in
dicium Nā per hoc qd dicit. Fiat mihi s̄m ver
bum tuum. magis intelligendū est affectū ex
primere desiderātis q̄ effectum inquirere mo
re dubitātis: q̄q̄ nihil obstat intelligi fiat. Ec
ce verbū orationis nemo quippe orat nisi qd
credit et sperat. vult autem a se requiri deus qd
pollicetur. Et ideo forte multa que dare dispo
suit prius pollicet vt ex promissione deuotio
excitetur. Sicq̄ qd gratis daturus erat deuo-
ta oratio promereatur. Hoc vtiq̄ virgo pru-
dens intellexit: qn̄ preuenienti se muneri gratio
sitate p̄missionis apposuit meritum sue ora-
tionis dicēs. Fiat mihi s̄m verbum tuū. Fiat
mihi de verbo s̄m verbū tuum. verbū qd erat
in principio apud deū fiat caro de carne mea
s̄m verbū tuū. Fiat obsecro mihi verbū nō p-
latum qd trāseat: sed cōceptum vt maneat car
ne videlicet indutū: nō aere. Fiat mihi non tm̄
audibile auribus sed visibile oculis. palpabi-
le manibus gestabile hūeris. Nō fiat mihi v̄-
bum scriptū et mutū sed incarnatū et viuū. hoc
est non mutis figuris mortuis in pellibus ex-
aratū sed in forma hūana meis castis viscerī-
bus viuaciter impressum. Et hoc non mortui
calami depictione. sed sp̄ūsancti operatione.
eo em̄ modo fiat mihi quo nemini ante me fa
ctum est. nemini est post me faciendum. Porro
multipharie. multisq̄ modis olim. deus locu-
tus est patribus in prophetis. et alijs quidem
in aure. alijs in ore. alijs in manu factū esse v̄-
bum dn̄i memorat. Mihi aūt oro vt in vtero
fiat iuxta verbū tuum. v̄bū igitur qd ab alio
fieri nō pōt dignet in me et mihi fieri s̄m verbū
tuum scz silenter inspiratū p̄sonaliter incar-
natum: et corpaliter inuisceratū. hec ille in per-
sona virginis. O igit beatissime spōse dei ar-
dentissimum desideriū qd tante efficacie fuit
vt illū facere mereret sibi filium p quem facta
sunt oia et pp̄ter qd de⁹ exaudiuit desideriū oīm
sanctorū patrū et tūc verificatū fuit illud p̄phe
te ps.ix. Desideriū pauperū exaudiuit dn̄s. Y

Duodecima domicella fuit dn̄a fidelis si-
ue dn̄a credentia q̄ exhortabat illā vt si
qd optabat cōpleri volebat in fide firmissime
persisteret qr omnia possibilia sunt credenti.
Mar.ix. Dicebat q̄ ei per fidē tuā facies mō-
tem eleuare se et proijcere in mare. Luc.xvij. id
est dei filium q̄ est mons dei mons pinguis de
celo: venientē facies in mare vteri tui descen-
dere. Dicebat etiā illud Cassiod. lib.iij. eplar
epistola.iiij. Illi firmiter credere debetis quē
vestris vtilitatibus arridere cognoscitis. s. an
gelo annūcianti. et deo eū mittenti. et iterū illud
Ovi. in.iiij. de tristibus. epla.iij. Crede qd est et
tus ac desine tuta vereri. Deq̄ fide certa sit ti-
bi certa fides. Cuius domicelle salutarib⁹ mo
nitis p̄fectissime obtēperauit beata virgo. vn̄
Luc.j. eam laudauit elizabeth de credulitate
dicēs ei. Btā que credidisti: qm̄ p̄ficient in te q̄
dicta sunt tibi a dn̄o. Ipsa igitur virgo ab his
duodecim domicellis sic bene persuasa. alacri
animo et vultu iocūdo inquit s̄m Aug. in quo-
dam sermone. Contingat mihi O Gabriel ar-
changele s̄m verbū tuū. veniat ad cubiculum
suum q̄ in sole posuit tabernaculū suum. oriat
mihi virgini p̄manenti sol iusticie in cuius pe-
nis eterna permanet sanctitas. Cui perpetua
castitate florescens mea perduret integritas.

Egrediat sicut splendor iustus ⁊ saluator vt lā
pas accendat. Procedat iam sponsus de thala
mo suo: q: secura facta sum de proposito meo.
Nec mora reuertitur nūcius ⁊ virginalez tha
lamū ingredit xp̄s efficit subito pregnās btā
dei genitrix. ⁊ cuncta p̄ secula p̄dicatur hec fe
lix. Sine mora vt assensus v̄ginis pāditur: ce
lestis spōsus immaculatū corpus ingredit: et
qui toto mūdo nō capitur: puelle intacte mem
bris infundit. Credit monita q̄d audiuit. ⁊ me
ruit sanctificata q̄d credidit denicꝫ tantum se
ad celi fastigia subleuauit vt verbū apud deū
in p̄ncipio. i. dei filiū de summa celi arce susci
peret. Mox nāqꝫ vt beatissima v̄go annūcian
ti angelo assensum prebuit: inspūsctūs in eaz de
scendit de quo dei filium concepit. hec ille. O
igitur responsio gratissima. O verbū efficacissi
mum. O inefabilis virtus Marie virginis. O
inexcogitabilis clementia creatoris O incom
prehēsibilis altitudo mysteriorū dei. vna mu
lier hebrea fecit inuasionē in domo regis eter
ni. vna puella sic diuinam sapiam circūuenit
q̄ ipse deus illi inquit. Cañ. iiij. vulnerasti cor
meū soror mea spōsa. vbi glo. ait p̄ tuo amore
carnē assumpsi. Ex v̄ginis ergo carne deus sū
mā altitudinem vestiuit humilitate summas
delicias penalitate summā opulentiā pauper
tate, summā lucē tenebris. summū honorez op
probrijs. ⁊ p̄ eius dilectione summuz amabile
exposuit flagellis. Cōcepto aūt dei filio ex vir
gine angelus gabriel in celuz se recipiens filij
dei incarnationē supernis ciuibus nūciauit: q̄
in cātus suauissimos ⁊ innumerabiles grāꝝ
actiones prupuerūt. Pie q̄z creditur vt. s. dictū
est sermone. ij. huius partis parte. iij. q̄ hoc bo
nū nouum etiā sanctis patrib⁹ in limbo existē
tibus annunciauit. Et ideo letati sunt gaudio
magno valde. Surrexerūt ait q̄tuor pphete
cōfortātes ⁊ ante oēs qui erāt in limbo. Primo
surrexit Moyses ⁊ ait. Māna de celo descēdit.
Nume. xi. gaudeāt ergo ⁊ reficiant omnes esu
rientes. Scd̄o surrexit Dauid ⁊ dixit. Exortuz
est in tenebris lumen rectis corde misericors ⁊
miserator ⁊ iustus dn̄s. ps. cxi. Gaudeāt ergo ⁊
illuminent omnes cecutientes. Tertius vero
qui surrexit fuit Salomō qui ait. De vinea ce
li botrus erupit gaudeant ⁊ vino precioso re
pleant cūcti sitiētes. Bibite ergo oēs ⁊ inebria
mini charissimi. Cañ. v. Quartus fuit Daniel
qui surrexit ⁊ dixit. Lapis sine manib⁹ de mō
te precisus est. Dañ. ij. Gaudeāt ergo oēs fide
les. Miserūt aūt legatos ad bn̄dictā virginez
qui grās illi egerunt bn̄dixerūtqꝫ eā vna voce
ex parte oim dicētes. Tu glīa hierlm. Tu leti
cia israel. Tu honorificentia ppl'i nr̄i q̄ fecisti
viriliter: ⁊ cōfortatum est cor tuū eo q̄ castita
tem amaueris: eritꝫ bn̄dicta i eternū. Judith.
xv. Respōdit aūt eis beata virgo dicens illud
Tob. xij. Benedicite deum celi. ⁊ coram omni
bus viuētibus cōfitemini ei: q: fecit nobiscum
misericordiā suā.

¶ Pars tertia huius sermonis que est mirabi
litatis. Z

Singulare diuinitatis opus cui
nūqꝫ sile factum est: nec fiet fuit i
carnatio filij dei ex virgine. De q̄
ipse de⁹ inq̄t Abacuc. iij. Opus
grāde ego facio. De hoc etiam l
quit ille p̄pheta Abachuc. iij. sui lib. cap̄. Dn̄e
opus tuū. s. magnū est in medio annorū viuifi
ca illud. Quapropter Aug. in ser. vij. de natiui
tate dn̄i ait. O mira ⁊ inexq̄sita cōpago O no
ua ⁊ inaudita cōmixtio deus q̄ est ⁊ q̄ erat crea
tor efficitur creatura qui immēsus est capitur.
diuites cōstituēs paup̄ efficit. incorporeus car
ne vestitur sermo carnescit videtur inuisibilis
palpatur impalpabilis cōprehēditur incōpre
hensibilis. immortalis occiditur. ⁊ quē celum
⁊ terra nō capit: in p̄sepio angusto locatur. nu
merat in secula qui est ante secula homo chri
stus iesus. De his mirabilibus operationib⁹
loquebat dauid ps. cxxxviij. dicēs deo. Mira
bilia opera tua ⁊ anima mea cognoscet nimis.
Sciēdum est autem s̄m Tho. in. iij. scripto. di.
iij. ar. ij. ⁊ in. iij. parte summe. q. xxxiij. ar. iiij. ⁊
Alex. de ales in. iij. parte summe in tractatu d̄
cōceptione xp̄i per spiritūsanctum. ⁊ Rich. l. iij.
di. iij. ar. ij. q. iij. Et seraphicū Bona. in eadem
di. ar. vi. q. ij. ⁊ in questionibus circa litteraz. ⁊
Alexandrum lombardum in eadem dist. q̄ for
matio corporis xp̄i de virgine fuit miraculosa.
Unde Anselmus in lib. de cōceptu virginali. c.
xiij. inquit. Spiritussanctus ⁊ virtus altissimi
de virgine muliere virum mirabiliter propa
gauit. Rōnes aūt adductas a theologis vbi. s.
quare hic formatio fuerit miraculosa cā breui
tatis pertrāseo. adeo aūt est mirabilis q̄ a no
bis est incognoscibilis. vn̄ Chryš. in homē. de
natiuitate dn̄i ait. Scio quia verbū caro factū
est s3 quō factum sit nescio. Mirarīs quia ego
nescio. Omnis creatura ignorat. hec ille. Mul
tis ergo ex causis miranda est dei incarnatio.

Primo quia in ea dn̄s factus est seru⁹. de⁹
eñ est dn̄s vniuersorum. ij. Mach. xiiij. Et cer
te ipse filius dei est rex regū ⁊ dn̄s dn̄antium.
Apoca. 4. ⁊ cle. ij. §. si. de sen. ⁊ re iudi. Et tamē vt
ait apostolus Phil. ij. Exinaniuit semetip̄z for
mam serui accipiens: ⁊ venit ministrare ⁊ non
ministrari. Mat. xx. Secundo fuit miranda: q:
summus fact⁹ ē limus. Quis eniz excelsior dei
filio. ⁊ quid vilius limo ⁊ tamē tanta dignatio
ne descendit deus in limum. ⁊ tanta sublima
tione ascendit limus in deum: vt q̄cquid in illo
fecit deus limus fecisse dicatur. ⁊ quicquid li
mus pertulit, deus in illo ptulisse p̄dicet: quia
idem est

Idem est deus ⁊ hō. Et nō mō hō: ſʒ viliſſimus hominum est reputatus. Eſa.liij. immo nec vt hō habitus ſicut ipſe teſtatur ꝑ ꝓpheram ps. xxi. di. Ego aūt ſum vermis ⁊ nō hō: opprobriū hominum ⁊ abiectio plebis. Tertio fuit mirabilis. qꝛ factus etern⁹ et tpalis. Eternus ei eſt pr. eternus fili⁹. etern⁹ ſpūſſanctus. vt dr in ſymbolo Athanaſij. Et tñ nūc tēpore icipit mē ſurari. ⁊ incipit hře pɾincipiū q̄ erat in pncipio apud deum patrē. Jo.j. Et q̄ in celis nō ē poſte rior patre: incipit eſſe poſterior matre i terris. vñ ⁊ eternus nunc dr infans octo dierū. ⁊ nunc puer. xij. annorū Lu.ij. ⁊ quaſi incipiēs. xxx. an norū. Luc.iij. Quarto fuit mirabilis qꝛ immē ſus factus eſt paruus. Jmmēſus eñ eſt pater. immenſus filius immēſus ſpūſſanctus. vt i eo dem ſymbolo habet. ⁊ tñ ille q̄ ſua magnitudi ne celū ⁊ terrā implet. vt dr Hierem. xxiij. ⁊ qui dixit Eſa. lxvj. Celū ſedes mea ⁊ terra ſcabellū pedū meoꝝ. iam paruus factus ē vt vix huma nis oculꝭ mēbroꝝ eius diſtictio videri poſſet: iuxta illud Eſa.ix. Paruulus natus eſt nobis ⁊ filius datus eſt nobis. Quinto eſt mirabilis hec incarnatio quia incōprehēſibilis fact⁹ eſt localis. Qui enim omni rei adeſt pꝛ preſen tiam potentiam ⁊ eſſentiam. vt declarat bea tus Tho. in.j. par. ſum. q.xi. in anguſto vētris loco cōcludit. ⁊ qꝛ nō eſt alloc⁹ in diuerſorio. re clinat i preſepio. Lu.ij. Sexto eſt mirāda hec i carnatio qꝛ ſimpliciſſimus ꝑ eā videt cōponi. de⁹ eñ vt ait phs. ij. meta. ē ſūm ⁊ ſimplex cui⁹ nature. vt ait Leo papa in quodā ſermone nec addi pt nec minui. ⁊ nūc icipit hře corp⁹ ⁊ alaꝫ ⁊ mēbra diuerſa. ⁊ q̄ſi in ſe haberet aliqd ſuper fluū voluit circūcidi. Lu.ij. Septio fuit mira bilis. qꝛ ſapia dei pris q̄ſi ignorās facta eſt. vñ ⁊ admodū addiſcēris ſe habuit audiēs ⁊ inter rogās legis doctores. ⁊ dictus eſt pficere etate ⁊ ſapia corā deo ⁊ hoib⁹. Lu.ij. Octauo eſt ad mirāda. qꝛ fortis ꝑ eā factus eſt infirmus. Jpe eñ eſt dei virt⁹ ſicut ⁊ de⁹ ſapia. j. Cor.j. ⁊ tamē nūc ab vna iuuēcula vincit. cū mēbra pannis inuoluta vgo mater alligat. ⁊ manus pedeſq crura ſtricta cingit faſcia. Nono ē mirāda. qꝛ per eā diues fact⁹ ē paup. Nā gloria ⁊ diuitie in domo ei⁹. ps. cxj. Jn quo ſunt diuitie ⁊ glia Prouer. x. ⁊ nunc ita paup factus eſt vt nō ha beat vbi caput ſuum reclinet Math. viij. Pro pter qđ Threñ. iij. ipſe inquit. Recordare pau pertatis mee. Decimo fuit mirabilis. qꝛ panis eſuriuit. panis in quā ille q̄ de celo deſcendit. Jo.vj. ex quo ois hō viuit. ſ. de vbo dei. Deut. viij. ⁊ Math. iiij. ⁊. c. inter cetera. de offi. iu. or. Jtem ille qui dat eſcā omni carni. vt dicit. ps. cxxxv. eſurit in infantia cum infantibus ⁊ cum viris vir perfectus. Mathe. iiij. ⁊. xxj. Unde cimo fuit mirāda. qꝛ fons ſitiuit. Fons inquaꝫ ille q̄ dat aquā viuā ſalientē in vitā eternam. Jo.iiij. Uñ canit eccl̄ia. paruoq lacte paſt⁹ eſt: per quē nec ales eſurit. Sitiuit fatigat⁹ ex iti nere. Joh. iiij. Sitim quoq ſe pati oſidit i cru ce dum dixit. Sitio. Joh. xix.

Secūdo fuit admirabilis quia deus fa ctus eſt hō: iuxta illud Jo.j. Uerbum ca ro factū eſt ⁊ habitauit in nobis. Audi te ergo celi ⁊ obſtupeſcat terra: qđ eñ mirabi lius: qđ inſcrutabilius q̄ q ex virgine factus ſit de⁹ hō. O vgo glorioſa. o vgo ſanctiſſima. o vgo incōparabilis. o vgo toti mūdo admira bilis que factorē tuū feciſti. que creatorem or bis pcreaſti: que genitorē vniuerſoꝝ genuiſti: que maieſtatē diuinā in tuo vtero recepiſti: q̄ altitudinē dei ad tantā humiliationē inclina ſti: amore illi⁹ quē concepiſti impetra nobis ab eo gaudia paradiſi.

¶ De eadē beatiſſime virginis annūciatione Sermo. viij.



Ave gratia ple na. Luc.j. Jndi dñs Andreas ſiculus dictus barbati⁹. ſuper c. conq̄ſtus. de ferijs. pōdero vnū ex tex. huius capli: q non commemorat nomē propriuꝫ: ſed dicit brē virginis ⁊ ſic exprimit nomen di gnitatis: ⁊ nō nomē ꝓpriū. Et ſepe mirat⁹ ſum q xp̄iani nominēt illā i: luſtriſſimā dñam noie ꝓprio: q̄ notanda eſſet noie ſue incōprehēſibi lis dignitatis. hec ille Ex qb⁹ dixerūt qdā q in ſalutatione āgelica nō dꝫ poni Maria: qđ no mē nō poſuit angelus. Ad euangeliū eñ nō dꝫ aliqd apponi: iuxta illud Apoc. vl. Si quis appo ſuerit ad hec: apponet de⁹ plagas ſup illū ſcri ptas in libro iſto. Sed ſciēdum eſt ſm Alb. ſup miſſus eſt. c. lx. q angelus rōnabiliter reti cuit nomē ꝓpriū beatiſſime virginis in ſaluta tiōe: nam dignius eā ſalutauit noie noue excel lētie ⁊ dignitatis: vt ꝑ mutationē nois muta tio ſtat⁹ denotaret. Jn collatione enīʒ magna rū dignitatū ſolet fieri mutatio nominū: vt pa tet in papa nouiter creato. vñ Joh .j. dixit xp̄s petro. Symon Johānis tu vocaberis ce phas. Quare autē pape nouiter electo mutet nomen. ponit Joh. an. in proe. vj. in verbo Bo nifaci⁹. Angelus ergo ꝓpriū nomē vginis bt̄e dicte qđ eſt Maria mutauit dicēs gratia ple na. Et tunc verificatū eſt illud Eſa. lxij. Uocabi tur tibi nomē nouū qđ os dñi nolauit. Hoc au tē nomen gratia plena circūlocutio eſt tñ pro prij nois beate vginis ⁊ perſone ipſi⁹ qđ nulli aliij cōuenit ꝓprie nec deo nec creaturis. ſm q plenitudo gratie intelligit ſuſceptiue tantuꝫ. Deus eñ nihil hꝫ gratie ſuſceptiue: et nulla alia pura creatura plena eſt gratia ſuſceptiue ꝑter beatā virginē: que ſola tantuꝫ recepit de gratia q nulla pura creatura plus recipe po

tuit. vñ hoc illi ita propriū fuit q et angelus il lud p pprio noie imposuit. Principes nāq et maximi pōtifices non solēt pprio noie salutari. Et iō angelus solū expssit nomē ei⁹ pprie dignitatis salutādo eam: neq enim. vt quidam dicunt: credendū est q sancta trinitas dixerit angelo. vade ad Mariā: sed vade ad illā excellētissimā virginē gratia plenā. Licet aūt eius nomē pprium angelus reticuerit predicta rōne: ecclesia tñ apposuit in salutatione Maria ppe gratia plena. vt per gratia plena recollat beatissime virginis dignitatē per Mariā aūt inclinet eam ad subleuandā nostrā necessitatē Et iō ecclesia nō errauit. Ad illud aūt qđ supra dictū est nō debere ad euāgeliū apponi. Rñdetur q intelligit de appositione falsitatis. vnde apls ad Gal. j. ait. Si angelus de celo venerit et aliud euangelizauerit vobis q̄ qđ euāgelizauimus vobis: anathema sit. De annunciatione aūt ipsi⁹ beatissime v̄ginis duas tantū cōsiderationes faciemus.

Prima dicetur exceptionis. ibi. Aue.

Scda v̄o gratificationis ibi. grā plena.

¶ Pars pria hui⁹ sermonis q̄ dr exceptionis. M

Os antiquissimus est q cū aliqs amico suo occurrit vel lrāz aut ambasiatā ei mittit: in principio ponit v̄ba salutatiōis. Diuersus aūt modus salutationis inuenit in sacris scripturis. Nā dñs Jesus post resurrectionem apparēs aplis dixit eis Pax vobis. Lu. xxiiij. et Jo. xx. Itē occurrēs mulierib⁹ venientibus a monumēto suo: salutauit eas di. Auete. Mat. vltio. et Joab princeps milit'e exercit⁹ Dauid occurrens amase: vt amicū salutauit eum di. Salue mi frater. ij. Reg. xx. Et iudei q̄ erāt hierosolymis mittentes lrās eis q̄ erāt in egypto amicis suis et generis sui: salutauerūt eos dicētes. Salutē et pacē bonā scz mittim⁹ vobis. vt habet. ij. Mach. i. j. Angel⁹ aūt raphael ingressus ad Tobiā salutās eū dixit. Gaudiū tibi sēp sit. Tob. iiij. Saluator q̄z nr̄ p̄cepit apostolis vt in q̄cūq domū intrarēt: salutarēt eos q̄ in ea essent dicentes. Pax huic domui. Mat. x. et Lu. x. Summi aūt pōtifices p salutatione dicūt. Salutē et apostolicā benedictiōez vt p3 in pemio lib. decretaliū. et. vj. ac clementinarū. Angelus aūt Gabriel nō sine magna causa salutauit beatissimā v̄ginē: dicēdo Aue. qđ fecit vt ostēderet ex parte cuius eā salutabat scz totius trinitatis. Nā hec dictio aue h3 tres lrās innuentes psonas diuine maiestatis. scz prīs et filij et spūssancti. Prima enim lrā que est A. significat spiritumsanctum. Ipse eni3 spūssanctus vt ait Grego. in quadam homelia. amor est. Scda lrā est. v. significans personā filij qui est verbum patris. et medius non situ sed numero inter patrem et spiritūsanctū. Nam tres

sunt qui testimoniū dant in celo. Pater verbū et spūsscūs: et hi tres vnū sunt. j. Johan. v. Tertia lrā est e: et significat patrē: nā vt dicit Hilarius in lib. de trini. Eternitas est in patre: non ita tñ qn filius et spiritussctūs etiam sit etern⁹ cum eo: sed quia et appropriatur magis. Eternū enim importat quid sine principio. Filius aūt et spūssctūs q̄uis nō habeant principium creationis nec factiōis. habēt tamē principiū emanationis: qz emanat filius a patre: et spiritussanctus ab vtroq et sic ab eterno. Sol⁹ autē pater est sine aliquo principio: qz a nullo ipse emanat. Dixit ergo angelus Aue: quasi dicat. Tota trinitas me mittit ad te: qz et ipsa tota operabit istā incarnationē in te. Uel possumus dicere q per a. que est prima literarū quā greci vocāt alpha: et hebrei aleph significat diuinitas. Per v. aūt q̄ fm Priscianū in. j. lib. est vltima literaz alphabeti fm latinos: significatur natura humana: que est vltima inter naturas intellectuales. Per e. autē significatur beata v̄go Maria: vel qz fuit hebrea: vel quia egregia et excellentissima est inter omnes mulieres. Apparēs ergo āgel⁹ btē v̄gini dixit Aue q̄si diceret. Diuinitas hūanitatē recipiet ex te hebrea et egregia atq excellētissima v̄gine. ¶

Notādū quoq q vera est illa vulgaris sententia. Omnes dicūt e: vel a. quotquot nascūtur ab eua. s. in egressu ex vtero matris. Nascūtur enī lugēdo. Qui ploratus est fm Aug. i lib. de ciui. dei. quasi quedam pphetia nostri incolatus. significans ex hoc q in vallē lachrymarum et miseriarū intram⁹. Et masculus q̄dem in ploratu suo nascens profert A. quasi dicat. Similis su3 Ade masculus peccō et miserus ac multis calamitatibus et morti propter eum subditus. Femina vero nascens plorando profert e. quasi dicat. Femina sum et Eue similis cui⁹ miserijs et maledictis subijcior. Sed quia Adam et Eua cum filijs et filiabus suis ab eis mortificatis viuificantur per virginem matrē quod significatur per v. que est media inter a et e. Ipsa enim virgo fuit mediatrix genitrix et vita: ideo illi dixit angelus Aue. quasi dicat. Tu es illa que viuificabis Adam et Euam cū posteris suis. Sciendum etiam q litere huius dictionis Aue: contrario modo se habent literis huius nominis Eua. Et ideo dixit angel⁹ beate virgini Aue. quasi diceret. Tu in totum contraria es Eue: ideo salutando tibi dicimus Aue. Et hoc est quod canit ecclesia dicens. Sumens illud Aue gabrielis ore funda nos in pace mutans nomen Eue. Ipsa enim eua suos filios fecit inimicos dei. Beata autem virgo nos pacificauit deo. Eua superbiuit cōtra dominum volens esse similis deo. Maria se profundissime humiliauit vocans se non matrē dñi sicut erat. sed ancillaz eius. Eua corpo

ralis mater cūctoꝝ viventiū spūalis eorū iter fecerit: fuit a deo multipliciter maledicta. Maria spūalis mater olm saluandorum: ipsoꝝ vivificatrix: fuit a deo bñdictionibus repleta. De hoc autē inqt sctūs Maxim⁹ in quodā sermōe. Eua posteros ex sua carne nascentes trāsmisit ad inferos: bñdicta ꝟgo ex sua prole nascentes dirigit ad celos. Ex carne Eue nati dicunt filij hoīm ex carne marie filij renati dicuntur filij dei. Cedat ergo nūc improperium Eue. qꝛ vniuersi sumus leti per partū btē ꝟginis marie. Et vitā quam destruxerat. Eua reparat ꝟgo Maria. hec ille. Et ideo dixit ei angelus: Aue. qđ est oppositū de eua. Sciendū qꝫ ꝙ trā a. expssa voce formať ꝛ ĩ gutture cōiter hebrea locutio formať. V pnūciať ĩ labijs eā acuēdo. ꝛ latin⁹ in labijs quodāmō loqtur ĩ palato. ꝛ ĩ palato grec⁹ sua ꝟba pnūciat. Apte ergo inqt angel⁹ btē ꝟgini aue. quasi diceret. Ois lingua taꝫ hebrea ꝙ latina ꝛ greca te laudat: hoc olꝫ doctrina attestatur mysteriū. D

Sciendū etiā ꝙ hoc ꝟbo Aue ostendiť singularitas Marie. Sibi eñ ppriecōuenit hoc verbū qđ deriuatur ab a qđ est sine ꝛ ve qđ est interiectio dolentis. quasi sine ve. Ve enim importat miseriā: nulla aūt pura creatura fuit sine ve sicut btā virgo. Unde inquit Alber. super missus est. ca. lix. Concedimus ꝙ beata virgo fuit diuersimode sine diuersis ve. Fuit enim sine ve cōmuni oībus hominibus: sine ve speciali mulieribus ꝛ sine ve pprio matrib⁹. Ex parte eñ corporis oīs hōꝑ pctm incurrit triplex ve scꝫ ipsius corpis distēperationē: ꝛ naturaliū appetituum inordinationē. Itē ipsius corporis ante mortē ad alam repugnationē. ẜm ꝙ caro cōcupiscit aduersus spm. ad Gal. v. Item post mortē corporis incinerationē. de quib⁹ dr Gen. iij. Maledicta terra in ope tuo. In laborib⁹ comedes ex ea cunctis dieb⁹ vite tue spinas ꝛ tribulos germinabit tibi: ꝛ comedes herbas terre. In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec reuertaris in terram de qua sumptus es: qꝛ puluis es et in puluerem reuerteris. hec ibi. In maledictione aūt operū notať inordinatio appetituū naturaliū. In spinis ꝛ tribulis ɔcupiscentie contra spiritū. In labore ꝛ sudore corporis distēperatio. per reuersionē in puluerē incineratio. Primo igiť homini dictū fuit istud triplex ve. scilicet ve maledicta terra in opere tuo idest corpus de terra factum. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Per sudores autem significať corpus distemperatum cuius humores resoluunť in sudorem. Spinas ꝛ tribulas germinabit tibi. s. corporis punctiones ꝛ pruritus concupiscētie cōtra spiritū. donec reuertaris ĩ terrā de qua sumpt⁹ es. s. p incinerationē. Sꝫ ab isto triplici ve libera fuit btā virgo que corp⁹ habuit eucraticū: ꝛ cū spū per oīa pacificum ꝛ nūꝙ ĩ cineres resoluēdū. hic Alb. vbi. s. In ea nāꝙ nō fuit aliq̄ inordinatio passionū: nec distēperantia humoꝝ vel inordinatio operū: qꝛ ordinatissima fuit in oībus: ꝛ nullus etiā prim⁹ mot⁹ ad peccādū seu rebellandū ɔtra spm fuit in ipsa. Vñ dictū fuit de illa Gen. iij. Ipsa cōteret caput tuū. Caput eñ serpentis antiq̄ sunt primi mot⁹ pctī qb⁹ ipse insidiať aīe. Sed ꝟgo Maria illud ɔtriuit ex toto extinguēs. Itē incinerata post mortē fuit: sed glorificata in corpore regnat cū filio: vñ Aug. in quodā sermone ait. Putredo et vermis sunt opprobriū humane cōditionis: a q̄ Marie natura excipitur quā de ea Iesus assumpsisse probatur. Similiter ex parte anime triplex ve omnis hō incurrit scꝫ erroris: doloris: ꝛ pudoris. Error aūt est triplex. s. in eligendo in discernendo et in exequendo. Errare aūt est aliud p alio putare scilicet falsuꝫ pro vero. vel bonū pro malo iuxta illud Esa. liij. Oēs nos quasi oues errauim⁹ scilicet propter peccatū. ꝛ Aug. in quodā sermone inqt. Error nō est natura hominis instituti sed pena dānati a deo ppter peccatū. In eligēdo aūt errāt qui eligunt malū ad operādū sub rōne bōi. iuxta illđ Prouer. xiiij. Errāt q̄ operantur malū. Tales ei eligūt malū vt bonum. sicut luxuriosus eligit delectationē carnis pro felicitate sua. Et ɔtra tales electores dicitur Esa. v. ꝛ in. c. si quis hominē. ꝛ in. c. si q̄s dixerit. ꝛ in c. ve vobis. xj. q. iij. Ve qui dicitis maluꝫ bonū ꝛc. In discernēdo vero errāt qui ad quē finem operātur non discernūt sed p̄cipitāter agūt q̄ faciunt. contra illud Catonis documentum. Quicquid agis prudenter agas ꝛ respice finē. Omnia enim denominātur a fine. ij. de anima. ꝛ. l. si is q̄ quadraginta. §. sed si op⁹. ff. ad le. falci. ꝛ. l. stipulatio. §. op⁹. ff. de no. ope. nū. ꝛ intentio nostra operi nostro nomen imponit: vt ait Ambro. in lib. de offi. In exequendo aūt errāt q̄ nō operātur ꝛ exequunť bonū qđ inceperūt ꝛ vel tarde ex pigritia agūt qđ ratio operanduꝫ decreuit. Ut eñ ait phs in ethicis. Opꝫ ɔsiliata velociter exequi. E

Ab isto triplicato ve erroris exēpta fuit btā virgo: qꝛ primo non errauit in eligendo. Nam optimam partem elegit que non auferetur ab ea. Luc. x. Item non errauit in discernēdo: qꝛ semper operata est cōsilio manuum suarum. Prouerbio. viii. idest: in operibus suis consilium habebat discendendo debitas circunstantias et optimum fineꝫ. Non etiam errauit in exequendo quia exurgens abijt in montana cum festinatiōe ꝛc. Luce. j. Et sic in operibus suis fuit feruens et velox. Quod autem nullum ve erroris fuerit in ipsa virgine probat Alber. vbi. s. inter alia dicens: quia sine spiritussancti consilio nihil fe-

dt:ideo sine ve erroris fuit. De ve aũt doloris
habetur Eccl'e.ij. vbi dicitur Cuncti dies eius
pleni sunt laboribus ⁊ erumnis. Sed quõ dici
mus de virgine ꝙ non habuit ve doloris. cum
vt dicit Damascenus dolores partus ſfuerunt
ei reseruati in passione filij. Tunc eñ aiam ei⁹
pertrãsiuit gladius: vt p̃dixerat sanct⁹ ille Sy
meon Luc.ij. Pro isti⁹ oppositionis ꝯdecla-
ratione est sciendũ ſm Alber. vbi. ſ. ꝙ sapiẽs
nõ turbatur sicut probat Seneca ad serenum
hoc modo. Validius est qõ leditur: ⁊ fortior nõ
est nequitia ꝟtute sed infirmior. Nõ ledit̃ aũt
quis nisi a malis: ergo nõ ledit̃ sapiẽs. Itẽ ibi
dem dicit. Quicquid fit in sapientem petulan
ter. superbe ⁊ ꝓterue tentatur frustra iterum.
Diuinitati non nocetur sed ois sapiẽs partici
patiue deus est ergo sapienti non nocet̃. Item
ois iniuria est alienius rei que perdi põt. Sa-
piẽs nihil põt perdere quia cum omnia in se
reposuerit nihil credidit fortune: ſʒ omnia bo
na sua habet i solido: ⁊ sic nihil fortuna sibi eri
pere potest. Unde nulla turbatio cadit in sapiẽ
tẽ: qꝛ non turbatur vel contristatur quicq̃d ei
acciderit. Si ergo nulla turbatio cadit i sapiẽ
tem: cum omne ve doloris sit turbatio. seq̃tur
ꝙ in sapientem non cadit ve doloris. Sed cir
ca deũ beata ꝟgo fuit omni sapiente sapiẽtior
⁊ ꝑfecta: ergo in ea non fuit ve doloris: qõ intel
ligit̃ quantũ ad rõnem. qꝛ dolorẽ sue ratiõi do
minãtẽ nũq̃ꝫ habuit que in omnibus ⁊ sup om
nes potẽtias ordinatissima fuit: ⁊ in qua ratio
semꝑ sup̃ior ⁊ dominans inferiorib⁹ viribus
exstitit. vñ q̃cquid doloris sustinuit in corpore
ſm sensualitatẽ vt in passione filij: in materiã
amoris ⁊ gaudij semꝑ totũ cessit ſm rationẽ: ⁊
sic in ea dolor maximus in passione filij secun-
dũ sensitiuã: nũq̃ꝫ cõtrarius fuit gaudio ratio
nis qõ habebat ex cognitione qua nouerat ꝙ
ex passione filij sequebatur dei honor ex redẽ-
ptiõe humani generis. Sine ve ergo doloris i
rõne fuit. Quis aũt in ceteris sapientibus ⁊ ꝑ-
fectis viris hoc aliq̃ñ fuerit: vt ſcʒ ſm rationẽ
nõ habuerint turbationem vel dolorẽ i aduer
sis: nõ tñ ita vniuersaliter. quin aliq̃ñ turbat⁹
fuerit ⁊ offuscat⁹ oculus rationis etsi nõ exce-
catus: qõ non fuit in btã virgine. Licẽt etiam
in omnib⁹ hominibus veniat ve doloris mor-
tis. iuxta illud p̃s. cxiiij. Circundederunt me
dolores mortis qui sunt maximi: quia vltimũ
terribilium est mors. iij. Ethi. tñ ab hoc ve ibea-
ta virgo libera fuit que in morte a filio visita
ta: ⁊ ad feliciter de hac vita migrandũ inuita-
ta cũ indicibili iocũditate de hac vita decessit:
⁊ tunc verificatũ fuit illud Cañ. v. Anima mea
liquefacta est vt dilect⁹ locutus est. E

Tertium ve pudoris incurrit hõ per pecca
tum. Nã de primis parentibus in statu
innocẽtie dr̃ Gene. ij. ꝙ erant nudi ambo ⁊ nõ
erubescebãt. Sed post peccatum vidẽtes se nu
dos erubuerũt: vnde propter pudorẽ fecerũt
sibi perizomata ad cooperiendũ se. Istud au-
tẽ ve pudoris trãsiuit in oẽs qui faciunt cõfu-
sione digna. Iuxta illud p̃s. xliij. Tota die vere
cũdia mea ꝯtra me est: ⁊ cõfusio faciei mee coo
peruit me. Sed ab hoc ve immunis fuit beata
virgo: qꝛ nihil turpitudinis vnq̃ꝫ gessit. nec in
se habuit vel sustinuit. Sciendũ quoq̃ꝫ ꝙ ex
ꝑte cõiũcti. ſ. aïe ⁊ corporis reperit̃ in humano
genere triplex ve ſcʒ ve culpe: ignorantie ⁊ pe-
ne. Ve culpe est triplex ſcʒ originalis: actualis:
mortalis: ⁊ venialis. De primo dr̃ Hiere. xv. c.
Ve mihi mr̃ mea qꝛ genuisti me virũ rixe. Ex
conceptu eñ contrahitur pctm̃ originale cũ q̃
nascitur hõ cũ rixa carnis ⁊ spũs inuicẽ aduer
santibus. vt. dr̃ ad Gal. v. Et ab hoc ve libera
fuit beata virgo. que vt patuit in prima parte
huius operis concepta fuit sine peccato origi
nali: ⁊ ideo licet omnis puer nascẽs ploret suũ
miserabilẽ statuʒ dicens ha ha. quasi dicat. O
quante gr̃ai q̃ ex adã ⁊ eua descẽdit expectat.
Btã tamen virgo ab hac peccati miseria imu
nis de matris vtero ridẽs exijt. ac si dicere vel
let. Sola ridere possum que ab originalis pec
cati calamitate sum preseruata. Ve autem cul
pe mortalis actualis est triplex ſm Albertum
vbi. ſ. ſ. ve auaricie in opere: luxurie in corpo-
re: et superbie in corde. Et de isto triplici ve di
citur Apoca. viij. Ve ve ve habitantibus in
terra. Licet ergo vera sit illa ſnïa. j. Io. ij. Om-
ne quod est in mundo aut est cõcupiscẽtia ocu
lorum: aut superbia vite. Tamẽ in beata virgine
ista nõ fuerunt: in qua fuit summa liberalitas
ꝯtra auariciã. summa castitas ꝯtra luxuriaʒ: ⁊
summa humilitas cõtra superbiã: vt ꝓbatum
est in. j. parte huius operis. G.

Septẽ aũt sunt ve huius culpe actualis
mortalis. de quib⁹ dr̃ Esa. j. Ve gẽti pec
catrici. populo graui iniquitate semi-
ni nequã: filijs sceleratis: dereliquerunt deuʒ
blasphemauerunt sanctum israel. abalienati
sunt retrorsuʒ. In hac eñ autoritate notant̃ se-
ptẽ peccata capitalia. quib⁹ debetur ve eterne
dãnationis: a quibus omnino beata ꝟgo imu
nis fuit: ⁊ ideo bene dr̃ ei aue. i. sine aliquo isto
rũ ve. Primũ enim est vitiũ gule: ⁊ huic dedita
gens dr̃ peccatrix: qõ importat habitũ perma-
nentẽ: nullum eñ vitium est in nobis ita per-
manẽs vt gula: qõ vitium est in homine quasi
habituatum: ⁊ citius exercetur. De quo pecca
to dr̃ Esa. v. Ve qui consurgitis mane ad ebrie
tatem sectandam et ad potandum vsq̃ꝫ ad ve-
speram. Secundum ve est peccatum accidie. q̃
aggrauat animam vt nihil boni agere libeat.
vt inquit Damascenus. Et de hoc ve dicit̃ Ec-
clesi. ij. Ve dissolutis corde. idest negligentib⁹
et corde tepidis. Tertium ve est luxuria que

femē nequiter effundit. De quo vitio dr Amos vj. Ue qui opulenti estis in syon q̄ lasciuitis in stratis vestris. Quartum est auaricia. cui vitio dediti sunt filij scelerati. qr nihil scelestius aua ricia. vt dr Eccli. x. De q̄ dr Abachuc. ij. Ue qui cōgregāt auariciā malā domui sue. Quintum est superbia. quo vitio homines derelinquunt deum. Et de isto dicitur Esa. xxviij. Ue corone superbie. Sextū est ira per quā homines pessimi blasphemant deū. De quo vitio dr Eccli. ij. Ue his qui perdiderūt sustinentiā. i. patientiā victi ab ira. Septimū est inuidia. cui vitio dediti dicunt alienati retrorsum a deo. Deus em̄ bona sua cōmunicat. Cōtra quod f[illegible] inuid' q̄ dolet de bono ꝓximi. vn̄ horatius in epistolis ait. Inuidus alterius rebus marcescit opimis rc. De hoc autē vitio dr in epistola Jude. Ue his qui abierūt in viam Chayn r Chore. Hi em̄ ex inuidia moti sunt. Primus ꝯtra Abel Scds cōtra Moysen. Ab oibus aūt p̄dictis ve libera fuit totaliter beata vgo que nullū vnq̄ peccatū cōmisit dicēte Aug. in lib. de natura r gratia. Cū depeccatis agit nullam prorsus de btā vgine habere volo questionē. Scimus em̄ q̄ plus gratie ei donatum fuit ad vincendum ex omni parte pctm̄ que cōcipere r parere meruit quem cōstat nullū habuisse pctm̄. Fuit em̄ cādor lucis eterne r speculū sine macula. Sap. vij. De ve aūt pcti venialis cui debeꝰ si hic nō purgetur pena purgatorij. intelligi pōt illud Michee. ij. Ue vobis q̄ cogitatis inutile nā cogitationes inutiles cōiter sunt pctā venialia a q̄bus ēt pfecti nō abstinent. iuxta illud Prouer. xxiiij. Septies i die cadit iustus. trāssumptiue in. c. septies. de pe. di. iij. Hoc aūt ve nō fuit in ipsa virgine: que nūq̄ habuit aliqđ pctm̄ etiā veniale. vt inquit sanctus Boñ. in. iij. dist. iij. Ue ignorātie etiā est in hominibus. Nescit em̄ hō finem suū. r ignorat vtrū amore an odio dignus sit. Eccl's. ix. Ignoramus nāq̄ diē mortis nostre r q̄ pergemus. s. ad penā vel gloriā. r an simus i gratia dei. Sed btā vgo ab isto ve fuit immunis. qr certa erat nō solū q̄ gratiā dei habebat s; etiā q̄ plena erat grā angelo sibi hoc nūciante qui mētiri nō potest. Itē per diuinā reuelationē sciuit diē obitꝰ sui. r q̄ maximā gloriā cōsecutura erat. Ignorantiā etiā nullā habuit de pertinētibus ad salutē per eū em̄ plene edocta fuit cuius vnctio docet de oibus. vt ait Alber. vbi. s. H

Inuenitur etiā in hoibus ve pene. Et pōt esse triplex. s. ve pene pnie. qn̄ ꝯscia remordet de pctō. iuxta illud Aug. in. j. confessionum Iussisti domine r ita est: vt omnis animus inordinatus sit pena sibijpsi. Et phs in ethicis dicit. Omnis malus impleb[i]tur penitudine. Hoc autem non fuit in beata virgine: q̄ nunq̄ habuit remorsum conscie. vt ait sanctus Boñ. vbi. s. Scdm̄ ve pene est inclinatio ad alia ma la perpetrāda. vn̄ Greg. in moral. dicit. Pctm̄ qđ per pniā nō diluit mox suo pōdere ad aliđ trahit. Et de hoc dr Osee. vij. Ue eis qm̄ recesse runt a me dicit dns. s. peccādo. Beata aūt vgo hoc nō habuit: qr nulla fuit in ea inclinatio ad malū r semp in bono pmāsit. Tertiū ve ē pene purgatorij. de quo exponi pōt illud Hiere. xlv. Ue misero mihi. s. dicit ille qui est i purgatorio Itē ve pene gehenne. de quo exponi pōt illud Job. x. Si impius fuero ve mihi. s. qr ad infernū descendā. Ab his aūt oibus ve beata virgo libera extitit qr nullū pctm̄ purgādū. vel. ꝑpe quod infernales penas timere deberet vnq̄ habuit. J

Triplex ēt ve contingit mulieribus specialiter. Uirginibus ve sterilitatis. Cōiugatis ve subiectionis. ꝗ. his ita. xv. q. iij. r. c. addit. xxvij. q. ij. Uiduis aūt ve desolationis. Quibus vltimis duobus annexū est ve corruptionis. Ab isto autē triplici ve vt dicit Alber. vbi. s. immunis fuit beatissima dei mater que fuit virgo sine sterilitate imo cuī fertilitate ac fecunditate diuine prolis. Fuit etiā cōiugata siue corruptione: qr cuī viro suo in vginitate permāsit. vt dictū est in p̄cedēte pte huius operis. ser. vi. Fuit etiā sine seruitute: non enī in ea impletū est illud Gen. iij. Sub viri ptāte eris r ipe dnābit tui. Nā ipa nō fuit subdita ioseph. sed ipse illi: cui r dei filius subditus fuit Lu. ij. Fuit postea vidua: sed non desolata. Nā fuit filio suo diuino associata. Et post eiꝰ mortē filio adoptiuo Johi cōmēdata. Jo. xix. Ma tribus quoq; cōtingit multiplex ve. Unde saluator ait Mat. xxiiij. Ue autem pregnantibus r nutrientibus. K

Est namq̄ illis triplex ve. s. damnificētie. indigentie r afficientie. Damnū autē triplex icurrit femina cū mater efficitur. s. qr in cōceptu pdit vginitatis thesaurum ipreciabilē: post cōceptū corpis venustatē r sanitatē. Nō em̄ mulieres grauide apparēt ita pulchre sicut priꝰ. nec ita sane. qr subiiciuntur multis alterationibꝰ ꝑpter cōceptū. In partu autē pdunt hoim societatē. Nō em̄ pñt viri accedere ad eas. Sed ab his oibꝰ dānis fuit exēpta beata virgo. Nā in cōceptu nō amisit vginitatē: sed aucta fuit eiꝰ puritas. Unde canit ecclesia. Rubū quē viderat moyses incōbustū cōseruatam agnouimus tuam laudabilem virginitatem rc. Pulchritudinem etiam non minuit eius conceptio: imno ita fuit aucta eius pulchritudo: vt eam ioseph inspicere non posset si ne facie ad faciē. Et merito. qr rex eterne glorie erat i ea. r hoc dicit gl. sup illud Lu. ij. Et nō cognouit eā donec peperit filiū suū primogenitū

que ait Joseph Mariam facie ad faciem non poterat videre quam spiritussanctus a conceptione penitus repleuerat. ⁊ ideo non cognoscebat facie ad faciē quā desp̄ōsauerat donec vterus eius euacuaret̄. Item in partu non perdidit hoīm societatem: Imo tunc mediatrix dei ⁊ hoīm constituit̄ vnde ⁊ in puerpero a pastoribus ⁊ regibus visitat̄. Incurrunt etiā matres ve indigētie tripliciter. Nā ad cōcipiēdū indigēt cōpare.i. viro de quo cōcipiant: post cōceptū indigēt qete. in pariēdo obstetricatione. Hec aūt btissima ꝟgo in cōceptu nō habuit cōparē: qꝛ cōcepit sp̄ūsancto cooperāte. Qd enim in ea natū est de sp̄ūsancto, est. Mat.i. Itē post cōceptū non indiguit quiete qꝛ non debilitata fuit sed roborata. Uñ habet̄ Lu.i. Subito post conceptū exurgēs abijt in mōtana cū festinatione ad visitandū Elizabeth ⁊ seruiendum ei. Itē in pariendo nō indiguit obstetricatione. qꝛ vt inqt Hiero. Nulla ibi obstetrix fuit nulla obsequia mulierū. Et tunc verificatum fuit illud Esa.xxxv. Germinās germinabit letabunda et laudās.s. deū circūstantibꝰ angelis ⁊ canētibꝰ Gloria in excelsis deo. L

Tertio principaliter matres incurrunt ve afficiētie. Quia afficiunt̄ in cōceptu libidine ⁊ corruptiōe post cōceptū pudore. quia nulla mulier inuenit̄ q̄ naturaliter cōsummato matrimonio nō erubescat. Item afficitur mulier grauedine in portādo in ventre ⁊ in partu maximo dolore. Uñ ad ostendēdū grauitatē doloris mulierꝫ pariētis. dicit ps.xlvij. Ibi dolores vt parturientis ⁊ Gen.iij. p̄me muli︠eri dixit deus. In dolore ⁊ erūna partus tuos emittes. ẜtrāsumptiue in.c. cū enixa dist.v. vbi etiā dꝛ de muliere tali. In carnis commixtione voluptas est in prolis ꝟo partu dolor ⁊ gemitus. De ipsa etiā muliere cōiter dꝛ. Ante partū onerosa. in partu dolorosa ⁊ post partum laboriosa. Beatissima aūt virgo sine hm̄ōi ve fuit. Nā concepit sine libidine ⁊ corruptione. Unde de illa canit ecclesia. Domus pudici pectoris templū repente fit dei: intacta nesciēs virū verbo cōcepit filiū. Non etiā habuit ve pudoris que nō fuit supposita viro. Unde canit̄ ei. Gaude ꝟgo mater xp̄i: q̄ p aurē concepisti gabriele nūcio. Item sine grauamine filiū suum benedictum in vētre portauit: immo cum maxima suauitate. Habebat enim in vtero gaudia paradisi. Uñ Ber. in quodā sermone ait. Pondus amoris tollebat pondꝰ grauedinis. Esa. qꝫ. xix. dꝛ. Ecce dñs ascendet sup nubē leuem. Nubes eñ leuis fuit ꝟgo maria: que grauamen in portando dei filium in vtero non habuit. Peperit quoqꝫ sine dolore. immo cū indicibili iocunditate saluatorē mundi. Et tunc impletum fuit illud Esa.lxvi. Anteq̄ parturiret peperit masculū. Uñ canit̄ illi. Gaude qꝛ deo plena peperisti sine pena cū pudoris lilio. De his autem inquit Ber. sup missus est. Fuit maria sine corruptione secunda. sine grauamine grauida. et sine dolore puerpera. Quare autem non doluerit assignat̄ triplex rō a btō. Tho. in. iij. parte summe. q.xxxv. ar.vi. scꝫ naturalis legalis ⁊ diuinalis. Prima rō est naturalis qꝛ dolor parturientis causat̄ ꝑpter apertionē meatuū: per quos ꝓles egredit̄. Sꝫ xp̄s egressus est vtero mr̄is clauso. nullusqꝫ meatus est apertus. ⁊ per ꝯñs non debuit mater eius ipsum pariēdo dolorem sentire. Et ad p̄dicta adduci posset illud quod ait Aug. in li. de symbolo dicēs. Nascitur xp̄s ex ꝟgine sicut flos ex virga sine semine ⁊c. Secūda rō est legalis. Nā iustus ⁊ innocens nō dꝫ puniri. l. grachꝰ. C. ad. l. iul. de adul. ⁊ c. cognoscētes. de consti. Cum ergo hic dolor datus fuerit prime mulieri qꝛ peccauit: beata virgo que fuit innocētissima debuit ab hoc dolore esse immunis. Tertia rō est diuinalis. Nam vbi fuit tanta dulcedo ⁊ suauitas nō potuit eē dolor. Duo eñ cōtraria nō possunt in eodeꝫ instāti inesse eidē subiecto ꝫꝫ phꝫ in predicamēto quātitatis ⁊ in. ij. Topi. ⁊ no. in. l. si ancillam. ff. de vsuca. ꝓ suo. ⁊ in cle. gratie. de rescrip. de q̄ plene per Car. flo. in. c. i. de cōsti. Immo inclusio vnius contrarij est alterius exclusio. ij. Topi. ⁊ l. cum pretor. in princi. ff. de iudi. ⁊ l. hec ꝟba. ff. de verbo. sig. ⁊ c. cum renunciatur. xxxij. q. i. Et etiam dꝛ q̄ cōtrario vno posito tollitur reliquuꝫ. vt no. l auk. de man. ꝑin. §. neqꝫ autē. Cum igitur beatissima ꝟgo haberet in vtero sp̄ūssancti suauē inundantiam ⁊ filium dei qui est dulcedo infinita: vt ait Augu. in li. de vero cultu. ꝑfecto dolere non potuit. Nam si vt ait Aug. in quodā sermone: taꝫ ingēs ⁊ taꝫ maxia est dulcedo dei q̄ si in inferno vna gutta descēderet totam damnatorum amaritudinem dulcoraret. Quid iocūditatis sentire debebat ⁊ dulcedinis ip̄a virgo dignissima que in suo sacratissimo vtero fontem diuine dulcedinis habebat: ⁊ pariendo eum suauissime effūdebat. Ex predictis igitur patet q̄ ꝯgruenter dixerit angelus beate virgini. Aue quasi sine ve.i. sine omni ve. qꝛ indiffinita equipollet vniuersali fm iura. l. i. §. cū vrbē. ff. de offi. prefec. vr. ⁊ l. si pluribus. ff. de leg. ij. ⁊ ibi Albricus de rosate. ⁊ c. si romanoꝝ. xix. dis. ⁊ c. quia circa. de priuilegijs. ⁊ c. vl. de coniugio leprosorum. et. ff. de seruitu. vrbanorum prediorum. l. seruitus. §. i. ⁊ l. si domus. §. qui edificium. ⁊ ibi Jacobus butri. ff. eodem titul. ⁊ ff. de rebus dubijs. l. si is q̄. §. vtrum. in fi. ⁊ c. vt circa. de elec. in. vi. ⁊ ibi glo. ⁊ c. pastoralis. de dona. ⁊ l. cum aurum. ff. de auro ⁊ argento legato. ⁊ per Bar. in. l. si cū dies. §. plenum. ff. de arbit. et per Dinum. extra de regu. iur. in prohemio lib. vi. et per doctores in c. saluator. i. q. iij. et. c. q̄ si dormierit. xxx. q. i. M

Scdm signū bone ancille est qñ dñm iratū placat z recōciliat. Et talis ācilla fuit abygail q Dd iratū placauit. Uñ ipsa dixit. j. Reg. xxv. Loquat obsecro ancilla tua in aurib⁹ tuis z audi verba famule tue zc. Talis ūz ancilla z multo melior fuit btā ꝟgo maria. qz deū contra genus humanū iratū sua humilitate placauit Eua habuit duos dños. s. maritū z dei filiū. sz vnū fecit eijci de paradiso aliū fecit suspendi in ligno. Btā aūt virgo habuit duos dños scz dei filiū z genus humanū cuius ipsa fuit filia. sed vnū. s. dei filiū de celo ad terram deduxit. z nouē mēsibus in vtero suo habitare fecit Aliū s. genus humanū deo recōciliauit vñ Augu. in ser. natiuitatis eiusinqt Mater generis nostri penā intulit mūdo: genitrix dñi nostri salutem attulit mūdo zc. Tertiū signū bone ancille est qñ inimicos dñi sui nō recipit: sz ipsos cōfutat z expellit. hoc em facere tenet quilibet bonus seruus z subditus. z cōtra faciēs peccat. iuxta notata p Cynū z Bal. in. l. si qs testib⁹. C. de testi. z p Bar. in. l. si accusatio. ff. de legi. z p doct. in. l. j. §. cū patron⁹. ꝟ. certe. ff. de offi. pse. z. vbi glo. dicit q vasallus ɔhēs amicitiā cū inimico dñi sui amittit feudū. z allegat. l. liberi. C. de inoffi. test. Talis aūt bona ancilla fuit iudith qz Holofernem interfecit. z dixit: vt habetur sui li bri. c. xiij. Nō pmisit me dñs ancillā suā coinqnari: sed sine pollutione pctī reuocauit me vobis gaudentē in victoria sua. in euasione mea z liberatione vestra. Talis ūz z melior ancilla fuit btā virgo: que caput demonū. i. ipsum principem demonioꝝ ū cōtriuit. vt predixerat deus Gen. iij. Que pot estatem eius ligauit iuxta illō Job. xl. Ligabis eum ancillis tuis. Que in domo nabuchodonosor idest in tota curia infernali fecit confusionem magnā. Istā talē ancillam suam non permisit deus coinqnari qz seruauit eius virginitatem. Et ipsa fuit sine pollutione peccati. nā habuit omnis peccati im-

munitatem. Itē de inimico dei magnā fecit victoriā. Itē euasit oēm spurcitiā carnis: et opata est nostraz liberationē. Qualiter aūt potestatē demonis cōtriuit dicit Ber. q̄ ait: Multis versutijs serpēs insidiatus est calcaneo Marie sz sine causa. Qm̄ vniuersam prauitatē hereticā ipsa sola cōtriuit. Alius siquidē illam non de substa carnis sue xp̄m edidisse dogmatizabat. Alius de spūscto nō cōcepisse sibilabat. Alius post partum virginem cognitam blasphemabat. Sz cōtriti sunt insidiatores ꝯculcati supplātatores ꝯfutati derogatores. et btām eā dicunt oēs gn̄ationes. D

Quartū signū bone ancille est qn̄ fideliter seruit dn̄o suo. Nam seruus dr̄ a seruiēdo. facit. l. naturalis in pn̄. ff. de prescrip. v̄b. et. xxxiij. q. j. c. nulli. Uel dr̄ a seruādo. l. et in seruoꝝ. et. l. libertas. §. seruitus. ff. de sta. ho. et. §. serui. insti. de iure p. Appellatione aūt serui comprehendit etiā ancilla. l. seruis legatis ff. de le. iij. et. l. in testamento. §. serui ff. de v̄b. sig. Illa ergo est bona serua et ancilla dn̄o suo que ad oēm obedientiam eius est parata. iuxta illud p̄s. cxxij. Ecce sicut oculi seruoꝝ i manibus dominoꝝ suorū. Sicut oculi ancille in manibꝯ domine sue: ita oculi nostri ad dominum deuz nostrum etc. Per oculos aūt intelliguntur affectiones et intellectus. Per manū aūt dei intelligitur eius potentia. vel filius dei. Sicut em̄ hō p manū operatur. sic per verbū dei facta sunt omnia iuxta illud p̄s. xxxij. Uerbo dn̄i celi firmati sunt etc. Uel p manū dei intelligitur eius volūtas. Quia sicut hō operat manu sic et deꝯ operat sua volūtate. Unde dicit Aug. q̄ dei facere est a se fieri velle. Btā igitur virgo ancilla dei suos oculos. i. affectiones suas et intellectum semp habuit in manibus dei. i. in potentia dei cōsiderādo in se ipsa opera sue potētie. Un de ipsa dicit Lu. j. Quia fecit mihi magna q̄ potēs est. Itē ibidē Fecit potētiaz in brachio suo etc. Habuit etiam intellectū et affectuz i dei manu. i. in filio dei ipsum super oēm intellectū angelicum cognoscēdo et eū sup oīa diligendo. Habuit etiā oculos suos et totum affectum et intentionē suam in manu dei. i. in volūtate dei. Quia quicqd deꝯ voluit, ipsa semp voluit. Nā cū deus voluit vt votū virginitatis emitteret. statim emisit. Cū etiam voluit vt matrimoniū cōtraheret: statim contrahere consensit. Item cū voluit vt filium dei cōciperet statim desiderauit et ꝯsensū p̄stitit. Cū ēt voluit vt in egyptū fugeret: stati iuit. Itē cū voluit vt inde rediret stati rediit. Et sic oculi eiꝯ sp fuerunt in manu dei. Et cōsequenter merito dicere potuit. Ecce ancilla dn̄i. Ista autem ancilla figurata fuit. j. Reg. xxv. vbi dr̄. q̄ cum Dauid: idest deus misisset nunciū. s. gabrielem archangelū ad abigail di. Rex dauid. i. deus pater rex celestis misit me vt accipiat te in vxorez. Ipsa respondit. Ecce famula tua sit tua ancilla vt lauet pedes seruorum dn̄i mei. et festinauit et facta est vxor eius. In beata igit virgine est falsificata illa sn̄ia Gualterij de castilione li. viij. dicētis Ante feret stellas tellus septemq̧ triones Abluet oceanus: et siccū piscis amabit Quam serui ad dn̄m sit veri nexus amoris. Inter eos nulla est cōcordia. nā lz extra, Pax p̄tēdātur odio confligitur intus. Pacē vultus hz agitāt ꝯcordia bellum. Ipse em̄ loqt de seruis coactis: qlis nō fuit btā v̄go que deo seruiuit ex amore. Iuxta illud Ouid. in li. sine titulo. Est q̇ seruitium ferre fatetur amor. Oēs g̊ p deuotionē debemus effici filij huiꝯ ancille. vt vnusq̄sq̧ nostrū dicere possit deo cū ꝓpheta p̄s. lxxxv. Saluū fac filiū ancille tue.

Pars. ij. huius sermonis que dr̄ commendationis. E


Sicut dicit Ber. sup missus est. Salutatio angelica in secretario trinitatis dei facta est. et digito dei scripta et cum in cōsistorio sup celestis palatij annotatione diuine m*.estatis sumpsisset originē vni de fortissimis palatij. s. gabrieli data est ad deferēdū. In qua quidem salutatione datur itelligi q̄ btā virgo habuit oēs grās spirituales q̄s cetere mulieres hr̄e desiderabant tēporaliter. Desiderāt em̄ habere pulchritudinē nobilitatem. diuitiarū vbertatem spōsum pulchrū et nobilē famā celebrem. et nobilem prolē. Primo nāq̧ beata virgo habuit magnā pulchritudinē primo spūalē. quia nullā vnq̄ habuit maculam peccati vt diffuse pbaui in. j. parte p̄ncipali huius operis. Item habuit formositatē corporalē. vt pbaui in. ij. parte principali huiꝯ operis. ser. iiij. Et quoad omnes istas formositates dixit ei spōsus eius celestis Can. iiij. Tota pulchra es amica mea et macula nō est in te. Nō em̄ fuit aliqua macula in eius corpore. nō in sua mēte vel memoria vel affectu. Nō inquam macula originalis peccati. non actualis mortalis aut venialis. Et ideo ad cōmendandum eam de hoc dixit ei angelꝯ. Aue. i. sine vhe alicuiꝯ culpe vel macule. et cōsequēter tota formosa. Un̄ illi dicit Hugo de sancto victore sup Cañ. Quā pulchra es et suauis quā scrutator rerū probat quā inspector cordiū laudat: quā diligit autor pulchritudinis: cui testimonium perhibet magister veritatis. hec ille. F

Secūdo habuit magnā nobilitatem. vt pbatū est in secunda parte huius operis. sermone. j. Habuit em̄ nobilitatez originis de regali stirpe. vt ibidem patuit. Itē nobilitatem moris: quia fuit omnium bonorū

Salutare Mariam: quia multum laborauit in vobis. Laborauit quidem filium nutriendo: in Egyptum fugiendo: discipulos docendo: paupertatem sustinēdo: et pro nobis orādo. Est etiā domina nostra. cui canim⁹ in officio quotidiano. O gloriosa domina etc. Et ideo ex debito est a nobis salutanda. L

Secundo debemus eam salutare ppter exēplum. Habem⁹ enim de hoc exemplū ab angelo qui eam salutauit in thalamo. vñ dicit Lu. i. ingressus angelus ad eam dixit. Aue etc. A Joanne etiam qui eā salutauit in vtero. vñ dicitur Luce. i. Exultauit infans in vtero eius. A Christo etiam salutata est in celo: quod in figuram habetur. iij. Reg. ij. vbi dicitur. Surrexit rex in occursum matris. adorauitq eā. i. salutauit: quando. s. ipsam in celum reduxit. Debemus ergo erubescere eam non salutare post q̄ eam tales salutant. iuxta illud Eccli. xli. ca. Erubescite a salutantibus de silentio. vñ Ber. inquit. Inuitat nos ad Marie salutationē Gabrielis exemplum. Joannis tripudiū et resalutationis lucrū. Tertio debem⁹ eam salutare ppter fructum. Si enim eam salutamus cū deuotione: ipsa nos resalutat cum gratie exhibitione. Specialiter autem tres gratias eam salutantibus dat. De quib⁹ habetur Eccli. xv. vbi dicitur. Obuiabit illi quasi mater honorificata. Obuiamus illi enim nos sanctis desiderijs et laudib⁹ deuotis. Ipsa vere nobis obuiat auxilijs opportunis: et primo dat nobis panem gratie. ideo sequitur ibidem. Cibabit illum pane vite et intellect⁹. Secundo dat virtutē perseuerantie. ideo subdit. et firmabit in illo et non flectet. Tertio dat exaltationē glorie. ideo seqtur. Et exaltabit illum apud primos suos. quidam autem deuotus pdicator dicit: q̄ qñ ipsā benedictā virginē salutam⁹: imponim⁹ manus in omnia eius merita et gratias. Nam cum de excōicato dicatur in. ij. Jo. canoñ. qui dicit illi Aue. cōmunicat operib⁹ eius malignis. de quo etiā habetur in cle. si summus pontifex. de sen. excō. et ideo dicit glo. in. c. si aliquando. eo. ti. q̄ excōicatum non debemus salutare: sed dicere sibi possumus. Deus faciat te emendare. profecto si salutando malum dicimur ponere manū in operibus eius prauis. multomagis salutando beatam virginem optimam: eius cōicamus operibus bonis: quia bonū naturaliter est sui psius diffusiuū et cōmunicatiuū. vt ait Diony. iiij. de diui. nominib⁹. Et ideo omnes seruare debemus illud documētū metricum. Uirginis intacte cum veneris ante figuram. Os venerādo caue ne sileatur aue. Rome enim vnus cardinalis facit reuerentiā alteri. et illi obuiās eū salutat et ab illo resalutat. Scriptum est enim Eccli. xlij. Erubesce a salutantibus de silentio. Multo ergo magis debem⁹ virginem gloriosam salutare deuote.

¶ Pars quarta huius sermonis que dicit conditionis. M



Si queratur qualis et cuius cōditionis sit angelica salutatio? Rñdet q̄ est diabolo valde odiosa. Beatissime aūt virgini valde gratiosa: et nobis valde fructuosa. Primo dico q̄ est diabolo valde odiosa: nec mirū: quia per illam fuit territus. vñ dr Can. vi. Terribilis vt castrorū acies ordinata. Per illam etiā fuit confusus. iuxta illud Judith. xiiij. Una mulier fecit confusionē in domo Nabuchodonosor regis. Per illam quoq fuit cōtritus. vt pdictum fuerat Gen. iij. vbi deus dixit diabolo. Ipsa cōteret caput tuum. Per illam etiā fuit mortu⁹. vñ figuraliter dr iudicū. iiij. inter pedes iahel ruit: defecit et mortuus est: zizara. i. diabolus. Interptatur enim zizara exclusio gaudij. et significat diabolū qui a celesti gaudio est exclusus: et alios excludere querit. Qñ igitur diabolus salutationē angelicā audit. ita est ei sicut si audiret terribile tonitruū quo terreret. iuxta illud ps. lxxvi. Uox tonitrui tui in rota. et sicut si ebrius rotaret: et sicutsi videret baculū siue clauam qua percutiatur: iuxta illud Num. xxiiij. Consurget virga de Israel et percutiet duces Moab. i. demones. Item ita est sibi ac si videret gladium quo vulneraretur et iugularet. iuxta illud Judith. xiij. c. Amputauit iudith caput holofernis. Judith eñi interptat glorificans: et significat beatam virginē que semp deū glorificauit. Holofernes aūt interpretatur infirmitas dissensionis. et significat diabolū qui multos robustos eneruat: et multos pacificos ad dissensionē puocat. Tunc ergo Judith caput Holofernis amputauit qñ beata virgo diabolo dñium abstulit. Item ita est sibi ac si videret clauum et malleum quo excerebraret. De quo in figurā dr Judi. iiij. Sinistrā manum misit ia hel ad clauum: et dextram ad malleū tempus zizare valide perforans. Secundo dico q̄ ista salutatio est beatissime virgini valde gratiosa. Cum enim eam audit valde gratiose recipit: quia in ea recitant sex priuilegia que ipsa habuit. Primū est: quia ipsa fuit speculū toti⁹ mundi. iuxta illud Sap. vij. c. Candor est lucis eterne et speculum sine macula. et hoc no. cum ei dicit. Aue. i. sine ve alicuius culpe. vt. s. dictum est. Secundum est q̄ ipsa est lucerna ciuitatis superne. quod notat cum dr Maria: que interpretatur illuminatrix. vnde illud quod dicitur de domino nostro Jesu Christo Apocal. xxi. scz lucerna eius est agnus potest dici de ipsa beata virgine. Sicut enim in celesti palatio Christus est sicut sol. ita beata virgo est sicut luna. et ideo Ber. inquit. Marie psentia totus illuminat orbis. adeo vt et ipsa supna ciuitas clari⁹ rutilet

rutilet virginee lāpadis illustrata fulgorib⁹. Tertiū est q̄ ipsa est aqueduct⁹ celestis gratie sicut habet Eccli.xxiiij. quod notat cum dicit. gratia plena. vñ Ber. hoc affirmās ait. ꝓpterea generi humano fluēta gratie defuerūt: quia nondū intercesserat aq̄ductus. Quartū est q̄ ipsa fuit thalam⁹ regis glorie in quo nouē mē sib⁹ requieuit. ⁊ de quo ꝓcessit tāq̄ spōsus procedens de thalamo suo. ps. xviij. Et hoc notat cum ei dr. dñs tecū. Quintū est q̄ ipsa est facta rece ptaculū bñdictionis eterne. quod notat cū dr. bñdicta tu in mulierib⁹. Eua eteni incurrit maledictionē. ipsa ꝯo attulit bñdictionē. vñ Aug. inq̄t. maledictio Eue in bñdictionē mutat Marie. Sextū est q̄ est mēsa refectionis supne. q̄d notat cum dr. bñdictus fruct⁹ vētris tui. Istum enim bñdictum fructū vētris sui dat nobis ad comedēdū ⁊ bibendū. vñ ait Cant. v. comedite et bibite amici ⁊ inebriamini charissimi. Dat etiam seipsam nobis ad manducādū per deuotionē. vñ inq̄t Eccli. xxiiij. Qui me edūt adhuc esurient. ⁊ qui bibūt me adhuc sitient. ¶

Tertio dico q̄ salutatio ista est nobis valde fructuosa quia liberat a ꝯfusione eterna ⁊ ꝓseruat a culpa: ac dignos facit vita eterna. vñ ipsa virgo beatissima inq̄t Eccli. xxiiij. qui audit me non ꝯfundet. Ecce primū. ⁊ q̄ operant in me non peccabūt. Ecce secundū. ⁊ q̄ elucidāt me vitā eternā habebūt. Ecce tertiū. ista aūt regina lȝ sit tam nobilis ⁊ alta q̄ nō potest digne laudari a nobis propter suam sublimitatē: est tñ tam humilis ⁊ pia q̄ laudes nostras libēter recipit ꝓpter suam benignitatē. q̄propter eam omnes salutare ⁊ laudare debemus. ideo illud q̄d de deo dicit Eccli. xliij. possum⁹ de ipsa dña nostra dicere. s. benedicētes eā exaltate q̄ntum potestis maior enī est omī laude. Nullus eni sufficiēter laudare pōt illam quā sic humilr salutauit angelus quā sic singulariter elegit pater eternus. iuxta illud q̄d dr. Elegit eam deus ⁊ p̄eelegit eam: quam sic reuerēter honorauit filius. iuxta illud Luc. ij. Et erat subdit⁹ illis: cui sic totaliter se cōmisit spūssanctus. iuxta illud Lu. j. c. spūssanct⁹ supueniet in te. Quam sic vniuersaliter adorat ⁊ collaudat totus mūdus. Unde ipsa ait vbi. s. ecce eni ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Rogemus ergo ipsam virginē beatā, vt nobis gratiam impetrare dignetur a filio suo qua sic eã benedicam⁹ in hoc seculo: vt postmodū cum illa benedicta esse mereamur in futuro. Amen.

¶ Incipit Sexta pars

huius Sermonarij quod Mariale appellatur in qua tractatur de benedicte virginis Marie Uisitatione.

Sermo primus.



Exurgens Maria abijt in montana. Luc. j. Quibus ꝺ causis btīssima virgo p⁹ angelicā salutationē abijt i mōtana ad salutādū elizabeth. p̄io ꝓpter pietatē pietas eni ipsam ad hoc induxit. Q̄d in spiritu ꝓuidit Salomon Cant. iij. dicēs. Que est ista q̄ ascēdit ꝑ desertū sicut virgula fumi ex aromatib⁹ myrrhe ⁊ thuris: ⁊ vniuersi pulueris pigmentarij. Fuit naq̄ btīssima virgo virgula: idest flexibilis ad pietatem: quam ⁊ si habuerit ad omnes vniuersalr. particulariter tamen et p̄cipue exercuit eam circa Elizabeth. Dicitur aūt ex aromatib⁹: quia fuit plena odorib⁹ omniū gratiarum. Nec mirū quia vt ait Horati⁹ lib. j. epīarum. epīa. ij. Quo semel est imbuta recēs seruabit odorē Testa diu. Uas eni q̄d a p̄ncipio sue nature fuit repletū aliquo bono odore: seruabit diu odorē illum. Et sic virgo ab exordio sue ꝯceptionis plena deo: in quo sunt omnes virtutes remāsit semper olm aromatizātiū virtutuȝ odorib⁹, respersa. iuxta illud, puerbiū. Q̄d noua testa capit inueterata sapit. Addit aūt vniuersi pulueris pigmētarij: q̄a oēs gratias quas alij sancti habuerūt particulariter ipsa habuit vniuersalr. Scd̄o eam visitauit ꝓpter sanctitatem Maria enim venit ad Elizabeth ⁊ Christ⁹ ad Joānē vt ipsum sanctificaret: sicut etiā postea venit ad baptismū Joānis vt eū sanctificaret: vt inq̄t Amb. super Lu. vñ Petr⁹ Rauēn. in quodam sermone sic ait. Idcirco etiā Maria post cōceptū ad Elizabeth ꝓperat: quia Christ⁹ q̄ in vtero suo erat Joannē adhuc paruulū in ventre matris positum sanctificare festinat. hec ille. Tertio eam visitauit propter cōgratulationem ⁊ officiositatem: vnde Ambro. in occurrentis diei homelia inquit. Morale est omnibus vt qui fidem exigunt: fidem astruant. Et ideo

cum angelus abscondita nuntiaret vt fides a- struerertur exemplo senioris femine: sterilisq conceptum Marie virgini nuntiauit: vt possi- bile deo omne quod ei placuerit assereret. vbi autem hoc audiuit Maria: non quasi incredu- la de oraculo: nec quasi dubitans de exemplo: sed quasi leta pro voto. religiosa pro officio. fe- stina p gaudio in mōtana perrexit. Quarto visitauit eam propter impellētem charitatem siue propter spiritussancti gratiam eleuātem. vnde Ambrosius vbi supra ait. Quo enim iam deo plena nisi ad superiora virgo cum festina- tione conscenderet: nescit enim tarda molimi- na spiritussancti gratia. De hoc etiam Petrus Rauēnensis vbi supra ait. Accepto igitur con- sensu virginis vt sine virili semine conciperet dei filium: discessit angelus ab ea. visum vtiq subtrahendo non famulatum atq celestia pe- tit. Quem virgo sequitur dum in mōtana pro- greditur. Insuper plane et vltra angelos gra- tia superueniente peruenit. Est ergo nimirum et in angelis charitas que supereminuit in ma- ria. hec ille. Quinto visitauit eam propter humilitatem. Eandem enim humilitatē quam angelo Maria exhibuerat dicens. Ecce ancil- la domini: hominibus etiam exhibere curabat et ideo festinanter abijt in montana: et Zacha- rie domum intrauit vt Elizabeth visitaret: ac pregnanti vetule iuuencula ministraret. vnde Ambrosius vbi supra ait. Didicistis virgines pudorem Marie discite humilitatem. venit propinqua ad proximam: iunior ad seniorem: nec solum venit: sed etiam prior salutauit. De- cet enim vt quāto castior virgo sit tanto humi- lior. Nouerit deferre senioribus sit magistra humilitatis in qua est professio castitatis: est et causa pietatis: est etiā norma doctrine. con- tuendum est enim quia superior venit ad infe- riorem vt inferior adiuuetur. beatissima virgo Maria ad beatam Elizabeth: dominus no- ster Jesus Christus ad beatum Joannem. hec doctor excellentissimus Ambrosius. Hanc etiam causam visitandi affirmat diuus Augu- stinus in quodam sermone dicens. Denique in montana cum festinatione virgo abijt et Eliza beth salutata in eius ministerio quasi mensibus tribus humiliter stetit. Tertius hic fuit virgi- nis ascensus vt difficile rumperetur triplex fu niculus. Feruebat siquidem in querenda gra- tia charitas. splendebat in carne virginitas: in obsequio eminebat humilitas. hec ille. de qua visitatione virginali tres considerationes fa- ciemus.

Prima dicetur literalis expositionis.
Secunda moralis instructionis.
Tertia spiritualis ascensionis.

¶ Pars prima huius sermonis que di- citur Literalis expositionis. B



Narrat euāgelium hodier num Luce. j. descriptum q Maria exurgens scilz a quiete orationis et de- uotionis que erat precipua omnibus operibus suis: vt inquit Nico. de ly. su- per hoc verbo. abijt in mō tana. proprium est nomen loci sm quosdam: quia locus in quo manebat Zacharias erat al tior Galilea a qua recessit Maria distans cir- ca septuagintaquatuor miliaria a domo Za- charie que erat prope Hierusalem circa qua- tuor miliaria. Theophilus autē expositor ait. Propter hoc autem abijt in montana: quia Za charias in montanis habitabat. Cum festina- tione. quod exponit Nicolaus de lyra eam fe- cisse: vt ostenderet q virgo non debet morari in loco publico: nec ibi contrahere colloquia. Origenes autem dicit. Jesus qui in vtero illius erat: festinabat adhuc in ventre matris Joan- nem positum sanctificare: vel abijt ad visitan- dum Elizabeth cum festinatiōe: quia opus bo num quanto fit citius: tanto eterno regi est gra tius. iuxta illud Prouer. xxij. Uidisti hominem velocem in opere suo coram regibus stabit. di citur enim q qui cito dat bis dat. vt notatur in §. item si ille. institu. de fideius. et in. §. plus au- tem. institu. de actioni. Et salutauit Elizabeth quod fecit sm Nico. de lyra. tum quia erat hu- millima: tum quia erat iunior: ideo prius eam salutauit: forte dicens illi. Pax tibi. sicut dixit postea filius eius discipulis. Pax vobis. Joā. xx. et Luc. xxiiij. quia etiam ad eius obsequium venerat. ideo prior eam salutauit. Et factum est vt audiuit salutationem Marie Elizabeth etc. Quod exponens Ambrosius vbi supra ait. Ci- to autem euentus Marie et presentie domini- ce beneficia declarantur. Nam sequitur. et fa- ctum est vt audiuit salutationem Marie Eli- zabeth: exultauit infans in vtero eius. Uide di stinctionem singulorumque verborum proprieta tes: vocem prior Elizabeth audiuit: sed Joan- nes prior gratiam sensit: illa nature ordine au diuit: hic exultauit ratione mysterij: illa Ma- rie: iste domini sensit aduentum. Grecus vero ex- positor super Lucam dicit. Propheta enim pa rente acutius videt et audit: salutatque prophe- tatum: sed quoniam verbis non poterat: salrat in vtero quod maximum existit in gaudio: quis vnque nouit tripudiū natiuitate antiquius: insi nuauit gratia que nature ignota extiterāt: re- clusus ventre miles agnouit dominum ac re-

gem oriturum ventris tegmine non obstante mystice visioni: inspexit namque non palpebris sed spiritu. Origenes autem inquit. Non antea repletus fuerat spiritu donec assisteret que Christum gerebat in vtero. Tunc autem et spiritu erat plenus et resalutabat in parente. vnde sequitur. et repleta spiritusancto Elizabeth: et exclamauit voce magna dicens. Benedicta tu inter mulieres. Cuius rationem assignat Origenes dicens. Nulla enim vnquam tante fuit gratie particeps: aut esse poterit vnius enim diuini germinis parens est vnica. Beda uero dicit eadem autem voce ab Elizabeth qua a Gabriele benedicitur: quatenus et angelis et hominibus veneranda monstretur. Theophilus uero addit. quia autem alie sancte mulieres fuerunt que tamen genuerunt filios peccato inquinatos. adiungit: et benedictus fructus ventris tui. Origenes etiam inquit. Fructum autem ventris dei genitricis dominum dixit. quia nequaquam ex viro sed ex sola Maria processit. nam qui semen sumpserunt a patribus fructus eorum existunt. Seuerus uero ait. In qua parte emergit Euthicis redargutio: dum fructus ventris Christus asseritur. Omnis enim fructus est eiusdem nature cum planta. vnde et virginem relinquitur eiusdem fuisse nature cum secundo Adam qui tollit peccata mundi. Sed et qui fantasticam opinionem de carne Christi confingunt: in vtero dei genitricis partu erubescant: nam ipse fructus ex ipsa substantia procedit arboris. Ubi sunt etiam dicentes quasi per aqueductum Christum transiisse per virginem. Aduertant ex dictis Elizabeth quam repleuit spiritussanctus Christum fructum ventris. hec ille. Sequitur. vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me. Ista autem vt ait Nicola. de ly. non poterat scire Elizabeth nisi per reuelationem spiritussancti. Super quibus verbis inquit Ambro. vbi supra. Non quasi ignorans dixit. scit enim esse sanctispiritus gratiam et operationem vt mater domini matrem prophete ad profectum sui pignoris salutet: sed quasi non humani hoc meriti sed diuine gratie munus esse cognoscat. ita dicit. Origenes etiam ait. Conuenit autem hoc dicens cum filio. nam et Joannes indignum se sentiebat aduentu Christi ad ipsum. Diuina autem promissio duxerat Mariam ad Elizabeth vt Joannis testimonium ab vtero peruenirет ad dominum. Tunc enim Joannem dominus in prophetam constituit. hec ille. Qui iterum ait. venerat autem mater domini visura Elizabeth miraculosum conceptum quem retulerat angelus: vt per hoc sequatur crudelitas potioris ad virginem manaturi. et ad hanc fidem facit sermo Elizabeth dicentis. et beata que credidisti: quoniam perficientur in te ea que dicta sunt tibi a domino. vbi beatus Ambrosius inquit. Uides minime dubitasse Mariam: sed credidisse. ideo fructum fidei consecutam. Beda uero inquit. Nec mirum si dominus redempturus mundum operationem suam inchoauit a matre: vt per quam salus omnibus parabatur: eadem persona fructum salutis hauriret ex pignore. Beatus Ambrosius autem super diuum Lucam dicit. Sed et vos beati qui audistis et credidistis. Quecunque enim crediderit anima: et concipit: et generat dei verbum: et opera eius agnoscit. Uenerabilis uero Beda natione Anglicus addit. Omnis autem anima que verbum dei mente concipit: virtutum statim celsa cacumina gressu conscendit amoris: quatenus ciuitatem Juda: idest confessionis et laudis arcem penetrare. et vsque ad perfectionem fidei: spei et charitatis quasi tribus in ea mensibus valeat commorari. Beatus Gregorius autem super Ezechielem prophetam dicit. Simul et de preterito: et de presenti: et de futuro per prophetie spiritum beate Elizabeth tacta est: que et eam promissionibus angeli credidisse cognouit: et matrem nominans: quia redemptorem humani generis in vtero portaret intellexit. Et cum omnia perficienda prediceret: quid etiam de futuro sequeretur aspexit. Hec ille. Dixit autem diuus Mediolanensis archiepiscopus Ambrosius et Bernardinus super beatum Lucam quod cum in primo aduentu beatissime virginis Marie et salutatione eius tantum vtilitatis senserit beatus Joannes et mater eius: profecto constat eos multum profecisse ex diuturna eius mansione: scilicet per tres menses quibus moram traxit in domo beate Elizabeth. Quia vero dicit euangelium quod exultauit beatus Joannes in vtero matris sue Elizabeth. Et est sciendum quod est differentia inter Gaudere et Exultare. quia Gaudere est in animo letari. Exultare autem est ostendere gaudium in aliquo signo extrinseco et manifesto. Et si queratur quod fuit hoc signum? Respondetur quod vt dicunt Physici: maxime preclarissimus ille medicus Auicenna vigesimoprimo libro: tertio capitulo de generatione embrionis. Filius existens in vtero matris sue tenet terga seu spatulas versus ventrem matris: faciem vero versus terga et spatulas matris. Cum igitur beatissima virgo Maria salutaret: et dulciter amplexaretur sanctam Elizabeth diui Christi precursoris genitricem: statim beatissimus Joannes vertit faciem versus ventrem matris sue: et genibus flexis adorauit humillime dominum nostrum Jesum christum existentem in vtero beatissime et benedicte virginis Marie quasi querens amplexari

xp̄m sicut mater christi amplexata erat matrē ei⁹. Nō eīm distabat nec separabat a xp̄o nisi p̄ tenuē vētris parietem. gauisus est ergo iohēs nō solū interius in animo ex presentia saluatoris ⁊ matris eius: sed ēt tali signo mirabili voluit indicibilē exultationē suam demonstrare.

¶ Pars. ij. huius sermonis que dz moralis instructionis. C



In occurrenti euāgelio dicunt̄ octo de. b. virgine q̄ ⁊ nos eius imitatione debemus facere. Primo q̄ exurrexerit statī post cōceptionē filij dei vt nos instrueret q̄ statim qn̄ cōcepimus ꝓpositū bonū ⁊ salubre. iuxta illō Esa. xxvi. A facie tua cōcepim⁹ ⁊ q̄si parturimus sp̄m salutis. debemus exurgere a sensualitatibus ⁊ p̄ctis ⁊ a torpore accidie. iuxta cōsiliū ꝓphete Esa. lij. dicētis. Cōsurge cōsurge induere fortitudine tua syon. Et pauli Ephe. v. exhortantis ⁊ dicētis. Surge q̄ dormis ⁊ exurge a mortuis ēt illuminabit te xp̄s. Et prouer. vi. inq̄t Salomon. Usq̄quo piger dormis? quando exurges a somno. D

Scd̄o dz q̄ abijt. s. a galilea. que interp̄tatur rota vel volubilis. vt nos instrueret discedere ab amore, ⁊ affectione rerum mūdanarum volubiliū. s̄m consiliū Michee. ij. dist. Surgite ⁊ ite quia nō habetis hic requiem. vel vt instrueret nos statim cōcepto ꝓposito bono abire ad illud in opus ꝑducendum. iuxta illud Joh. v. Surge tolle grabatū tuū ⁊ ambula. E

Tertio addit̄ cū festinatione vt instrueret nos debere eē feruentes ⁊ veloces ad bn̄ operandū. ⁊ ad currendā viā diuinoꝝ p̄ceptorū. vt dicere deo valeamus cū ꝓpheta p̄s. cxviij. Viā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri cū dila. cor meū de q̄ via ēt Prouer. iiij. inq̄t deus Viā sapie monstrabo tibi. ⁊ ducā te p̄ semitas eq̄tatis q̄s cū ingressus fueris non artabuntur gressus tui ⁊ currēs nō hēbis offendiculū. Beda ꝟo dicit. Festināter ire est nō pedū gressus accelerare. sz in fide semp̄ ac ꝟtute ꝓficere. Itē hoc egit vt nos instrueret sine mora ⁊ festinanter cōuerti ad pniaz iuxta illō Eccli. v. Ne tardes cōuerti ad dn̄m ⁊ ne differas de die in diē. Sicut ḡ maria festinauit ita ⁊ nos debemus festinare ad bona opa accelerādo. ⁊ quicq̄d boni agere valem⁹. instāter opādo iuxta illō Eccl'a ix. Qd̄cūq̄ pōt facere man⁹ tua instāter opare q: nec opus: nec ratio. nec scia nec sapia erit apud inferos. quo tu ꝑperas. Ait eīm Chry. in quodā sermone. Nihil est qd̄ vitā nr̄am ita valeat euertere vt opeꝝ actionē dissimulare: sem perq̄ differre. sepe eīm illud oib⁹ nos bonis fecit excidere. Hec ille. Vn̄ dixerūt aliq̄ sapiētes q̄ bonū op⁹ nūq̄ est differēdū. ne forte aliq̄ casu sup̄ueniente impediat̄. iuxta illud Lucani i p̄io. Tolle moras: semp̄ nocuit differre paratis Et iō Cato moral'. in suis documētis ait. Rem tibi quā noscis aptā dimittere noli. Ne rursus q̄ras q̄ iā neglexeris añ. Et Horatius i eplis i quit. Tu quācūq̄ deus tibi fortunauerit horā. Grata sume manu: nec dulcia differ in horā. Et Prosper in iii lib. epigrā. canit. Quid iuuat in longū causas ꝑducere morbi? Cur dubiū expectat cras hodierna salus. Martialis vero ait. Viuendi recte fatuus ꝓcrastinat horā. Et oui. in p̄io de reme. amo. exhortat̄ di. Sed ꝓperes nec te venturas differ in horas. Qui nō ē hodie cras minus aptus erit. Et ibidē. Uidi ego qd̄ p̄mo fuerat sanabile vulnus Dilatū lente dāna tulisse more. Dicūt ēt p̄dicti sapientes q̄ malū semp̄ differri dz si forte aliq̄s casus sup̄ueniēs ipediat ei⁹ ꝑpetrationem. F

Quarto addit̄ in mōtana. vt nos instrueret ascēdere ad vite altitudinē appetēdo celestia ⁊ appropinquādo ad ea seruādo ꝯsiliū āgeli qd̄ dedit loth Geñ. xix. ca. di. Ne stes in oi loco circa regionē: sed in monte saluū te fac. vt verificet̄ de vno q̄z nostrū illud p̄s. lxxxiij. Ascēsiones in corde disposuit in valle lachrymarū in loco quē posuit. Etenī bn̄dictionē dabit legislator. ibūt de virtute in ꝟtutem. videbit̄ deus deorū i syon. Abijt q̄z in mōtana. vt ostēderet q̄ lz via virtutū sit difficilis ij. Ety. tn̄ nō dz hō rōne difficultatis desistere. sicut nec illa cessauit ab ascēsu mōtano incedēdo p̄ viā saxosaz ⁊ arduā ⁊ pedester ambulādo Ad acquirēdas eīm ꝟtutes nō sine labore puenit̄ sicut nec ad mōtana sine difficultate ascenditur. Vn̄ metrice dr̄. Absq̄ labore graui nō p̄nt magna parari. In hoc ēt labore quē sustinuit beata virgo ascendēdo p̄ hāc viā difficilē ostēdit nobis verā esse illā Senece snīam in ij. lib. de ira dicētis. Nihil est tam difficile ⁊ arduū qd̄ nō hūana mēs vincat. Et iō lz verū sit qd̄ ait iperator in C. sancimus in aut. de mona. s. q̄ nō facilis est vite mutatio: sz cū magno fit animi labore. Nos tn̄ sciētes q̄ animus oia vincit atq̄ ēt vires corpus habere facit s̄m sententiā Ouidij in. ij. de ponto. Debemus ꝓficisci p̄ viā artam q̄ ducit ad vitā Mat. vij. s. p̄ viā ꝟtutis q̄ est ardua: ⁊ nō ire p̄ viā facilē q̄ descēdit ad infernū vt inquit Virgi. vi. Eneid. in p̄sona Sibylle dicēs. Facilis descēsus auerni ⁊c. G

Quinto addit̄. in ciuitatē iuda. Judas aūt cōfitēs interpretat̄. vt nos instrueret ad cōfitenda pctā nr̄a ⁊ diuulgandas diuinas laudes marie eūdo ad ecclias ad p̄dicatiōes ⁊ missas ac alia diuina officia. Uel abijt i ciuitatē iuda. vt nos istrueret ad itrādū claustrū regularis obseruantie qd̄ est ciuitas cōfitentiū peccata ⁊ laudes deo canentiū. De

qua ciuitate exponi moraliter pōt illud Eccli. x. Labor stultorum affliget eos q̄ nesciunt i vrbem pergere. H

Sexto, additur in domū zacharie vt nos instrueret non debere sequi cogitatiões vanas sed semp memores: esse mādatorū dei ad faciendū ea. iuxta illud Nume. xv. Memores preceptorum dñi faciunt ea. Zacharias enim memor dñi interpretatur. Intrauit etiā in domū zacharie vt seruiret Elizabeth mater regis matri militis. In quo dedit nobis exēpluz humilitatis vt seruemus illud Mat. xx. c. Quicumq̄ voluerit inter vos maior fieri, erit vr̄ seruus. Quod faciebat Paulus q̄ dicebat. j. ad Cor. ix. Cum liber essem ex omnibus. omniuz me feci seruū vt plures lucrifacerē. Hoc āt psectissime adimpleuit magister humilitatis dominus noster iesus christus qui de seipso inqt Mat. xx. Non veni ministrari sed ministrare. Et Luc. xxij. dicebat apostolis. Ego aūt in medio vestrū sum tāq̄ qui ministrat. Ob quā cāz papa vocat se seruū seruoꝝ dei vt p3 i pemio decretaliū: sexti ꝛ clementinarū. Et silr̄ imperator eodē respectu appellat se seruuz. vt in. l. j. circa pn̄. C. de offi prefe. pre. afri. Itē intrauit in domū zacharie senis ꝛ muti. vt ostēderet q̄ fortiores debēt ire ad domos infirmoꝝ. ꝛ sani fratres vt infirmis ministrēt seruādo. ꝯsilium Eccli. vij. dicētis. Nō tepigeat visitare infirmū. ex hoc em̄ in dilectione firmaberis. I

Septio addit. ꝛ salutauit elizabeth. vt nos instrueret in solo deo sanctitatē nostri desiderij ꝛ spem nostrā collocare vt possim⁹ dicere cū ꝓpheta illud ps. lxxij. Deus cordis nr̄i ꝛ pars nostra deus in eternum. Elizabeth nāq̄ dei nostri sanctitas interpretatur. Itē salutauit elizabet: vt nos instrueret bonū ꝓpositū ꝛ grām pconceptā primis cōicare sicut ipsa fecit elizabeth ꝛ puero eius. Itē salutauit Elizabeth pregnantē. vt nos instrueret debere congaudere de bono ꝓposito ab altero cepto. Et scriptum est eccli. xliij. Erubesce a salutantib⁹ de silentio. Uhe ergo illis q̄ pregnātes spūalr faciūt abortiri. ꝛ prauis cōsilijs suffocāt partū in vtero Scriptum est em̄ Amos. j. Super tribus scelerib⁹ filioꝝ Amon. ꝛ sup quatuor nō conuertā eū. eo q̄ dissecuerūt pregnantes Galaad. Itē beata virgo intrauit domū ꝛ salutauit elizabeth intus in domo vt ostenderet q̄ illi qui extra vagantur indigni sunt eius salutatione Quia inquit dn̄s Mat. x. Neminez, i via salutaueritis et Amos. v. dicit. In cunctis que foris sunt dicet vhe. Ambitiosi nāq̄ amāt salutationes forenses. s. salutari in foro vt inquit dn̄s Mat. xxiij. esau aūt quia foris erat amisit benedictionē paternam primogeniture. Gene. xx. Chry. autem super Math. inquit q̄ ideo visitauit elizabeth: vt arcanū dei incarnationis mysteriū qđ ꝓpalare nolebat: ipsi elizabeth cognate sue sancte aperiret ꝛ simul cum ea de acceptis a deo beneficijs gratias illi referret Alys ꝟo non manifestauit rōnē quā Chry. vbi. s. assignat dicens. Celabat que. s. dicta sunt in se virgo nec cuiq̄ hoim pandit. Non enim credebat ab alijs posse fidē adhiberi in trādis relatibus: immo magis putabat se pati cōtumelias si diceret q̄si volēs scelus ꝓpriuz palliare. Gre cus ꝟo expositor sup Lucā ait. Ad solem autez refugit elizabeth. sic eniz consueuerat propter cognationem ꝛ propter certam huiusmodi cōiunctionem. K

Octauo additur q̄ māsit in domo zacharie quasi tribus mēsibus vt. s. nos instrueret perseuerare in bonis opibus ꝛ fugere hoim conuersationes que debent euitari maxime a ꝟginibus. ꝛ alijs iuuēculis mulierib⁹. Ait em̄ Hie. in suo trāsitu. ego puto q̄ si cū viris femine habitauerint vicariū diaboli nō deerit. Has aūt rōnes tangēs Amb. in homel. occurrentis dicit inqt. Discite ꝛ vos sctē mulieres sedulitatem quā pgnantibus debeatis exhibere cognatis. Maria que ante sola i intimis penetralib⁹ versabat nō a publico ꝟginitatis pudor. non a studio asperitas mōtiū. nō ab officio ꝓlixitas itineris retardauit. In mōtana virgo cū festinatione. virgo officij memor iniurie immemor affectu vigēte nō sexu relicta prexit domo. Discite sacre ꝟgines nō circūcursare per alienas edes. nō demorari in plateis nō aliquos in publico: miscere sermones. Maria in domo sera festinat, in publico. Mansit apud cognatam suā ꝛ tribus mensibus. Etem̄. q̄ ꝓpter officium venerat inherebat officio. Mansit aūt tribus mensibus nō q̄ domus eā eam delectaret aliena. sed quia frequentius videri in publico displicebat. Hec ille. Mystice aūt p mariā q̄ stel la maris interpretat figurat platus q̄ debet cū subditis manere tribus mēsibus. s. documētis imbuēdo. exemplis cōfortando. ꝛ tpalibus souendo. Unde petro dictū fuit a dño Io. vl. ter. Pasce oues meas. Postea ꝟo d3 reuerti in domū suā ne ꝓpter aliena negocia negligat sua. iuxta illud Gen. xxx. Iustū est vt aliquādo ꝓuideam domui mee.

¶ Pars. iij. huius sermonis que dicitur virtualis ascensionis. L



In sacra scriptura dicit qđ exurgere tripl'r. aliquando a somno culpe vt dictū est in parte precedēti. Uñ dicebat apl's ad Ro. xiij. Hora est iā nos de somno surgere. In pctis em̄ permanēs dr̄ dormire: q: sicut in sōno dormiēs nil meritoriū opis agit q: vsus liberi arbitrij ē ligatus ita pctor i tali statu l3 op⁹ agat de gñe

bonoꝝ nihil meretur quoad vitā eternā consequendam. Et sicut dormiēti in somnis videtur ubi aliqñ habere multas diuitias ꝛ delitias. ꝛ in eis gaudere sed euigilās se illis vacuum videt. ꝛ q̄si illusum vñ tristatur. ita pctōr videtur ꝙ ista bona mūdi teneat ꝛ possideat. ꝛ dum sperat se in eis ꝑmanere in morte q̄si euigilat ꝛ tūc cernit illa bona fallacia fuisse ꝛ trāsitoria ꝛ eis carere. seu illa dimittere ꝑ mortē sicq̄ affligitꝛ ꝛ multum dolet. Uñ ps. lxxv. inquit dormierūt somnū suū ꝛ nihil inuenerunt oēs viri diuitiarum in manibus suis. Aliquādo aūt dr exurge repenitēs in spe venie quādo em̄ quis de pctis suis penitentiā agit dr sedere ꝑ humiliationē sui. Nā ꝛ de more loquendi est: vt cū qs humiliatur dicat positus ad sedendū. Unde xp̄us ꝑ ps. ps. cxxxviij. humiliationē sue passionis vocat sessionē: dū patri ait. Tu cognouisti sessionem: meā idest approbasti ꝛ gratā hūisti humiliationem meā Tali igit humiliato ꝛ sedenti in penitentia dr vt exurgat. s. sperando veniā peccatoꝝ ꝛ adiutoriū gratie ad bene operandū Naꝫ vt ait Amb. de penitentia. dist. j. ca. nemo Nemo potest digne agere pniaꝫ nisi qui sperauit veniā Unde ip̄is penitētibus dicit ꝓpheta ps. cxxvi. Surgite postq̄ sederitis qui manducatis panem doloris. idest vos, qui pascimini dolore ꝛ lachrymis contritionis. postq̄ sederitis. i. humiliaueritis vos surgite ad spem venie. Aliquando vo dr quis surgere ad ꝑfectū gratie eleuādo se ad cōtemplanduꝫ celestia ꝛ ad illa festinando. Et isto mō loquit spūssanctus anime a deo dilecte. Can. ij. ca. dicens. Surge ꝓpera amica mea columba mea. formosa mea ꝛ veni. s. ad cōtemplationē super norum. ꝛ ꝑfectionē v̄tutū. Jam em̄ hyems. scilꝫ pctōrum. trāsijt imber. s. passionū. abijt ꝛ recessit. flores. s. sanctoꝝ desideriorū apparuerūt in terra nostra. i. in aīa sancta. Et isto tertio modo surrexit bñdicta v̄go cum dr. Exurgēs maria abijt in mōtana cu festinatione. Unde dicere possumus q̄ abijt pmo in mōtana diuinorū. s. sanctissime trinitatis. Nam tota trinitas in ea suas excellētissimas ꝓprietates posuit. Secundo abijt in montana angelorum. Oēs enim eoꝝ dignitates ꝛ oīa eoꝝ ministeria ipsa vna ꝛ sola in se cōprehendit. Tertio abijt in montana celoꝝ. quia recte ip̄a dr celum ꝓpter sui amplitudinē habuit em̄ ampliū affectū ad diligendum amplum vterū ad deum capiendum. amplum intellectum ad cognoscendum. ꝛ amplum sinum ad compatiendum. Quarto abijt in montana patriarcharum. Omnes namq̄ gratias ꝛ excellentias quas habuerunt patriarche q̄bus deo fuerūt accepti multo excellentius habuit beata virgo. Quinto abijt i mōtana prophetarum. Ipsi em̄ qñq̄ ꝓphetabant de p̄terito. qñq̄ de futuro. ꝛ qñq̄ de p̄nti occulto. Beata aūt virgo oībus his modis excellentissime prophetauit. Sexto abijt in mōtana seminarū. Oēs em̄ bñdictiones quas habuerūt dñe veteris testamenti sparsim ꝛ singulatim: hec vna virgo simul complexa est. Septimo abijt in montana creaturarū. s. recipiens in le oēs perfectiones earū. q̄ oīa quia patent ex dictis in aliis sermonibus: breuitatis causa ꝑtrāseo ad p̄ns. solū intendēs hic declarare quo ipsa gl'iosa v̄go ascēdit in mōtana vere humilitatis fraterne charitatis: ꝛ contēplatiue iocunditatis. Quātū ad p̄mū. s. de vera humilitate potest exponi illud Gene. xix. In monte saluuꝫ te fac. Naꝫ vt ait Gratianus in. §. taciturnitas de peni. di. j. Sine hūilitate nemini pōt eē sal'. Dicit aūt hūilitas ꝛ vallis ꝛ mōs diuersis respectibus. Nam vallis dr q̄ est in imo. Per hūilitatem aūt habet vera cognitio ꝓprie vilitatis Est em̄ humilitas vt ait Bern. v̄tus q̄ homo verissima suijpsius cognitione sibi vilescat Et s̄ꝫ hoc exponit illud ps. ciij. q̄ ait deo. Emittis fontes. s. grāꝝ. in cōuallibus. i. in mētibus humiliū. Mons vo dr humilitas inquantum ꝑ eam eleuatur mēs ad cognitionē dei ꝛ altaruꝫ virtutum. ꝛ demū exaltat in celuꝫ Quia qui se humiliat exaltabit. Mat. xiij. Et s̄ꝫ hoc Ansel. in lib. de similitudinibus assimilat eam monti ad quem ascēditur septe gradibus. Exurgens igitur maria ascendit hūc montē vere humilitatis. ꝛ visitauit Elizabeth se humiliādo ierio ri. ꝑgēa regina ad vasallā. dña ad ancillā. mr̄ dñi ad matrē serui. Qd̄ intelligēs elizabeth visitata ꝛ a spūsancto edocta. exclamauit voce magna. Qd̄ exponēs Bern. ait. Nō tā clamorosa q̄ deuota. Deuotio ei clamor ē. Nā Exo. xiiij. moyses ꝛ Dan. xiij. susāna. ꝛ. j. Reg. j. Anna sine voce clamauerūt. Unde nō clamor sed amor clamat i aure dei. Exclamauit aūt. i. ex pleno clamauit. Repleta eī spūsācto elizabeth tacere nō potuit. Nā ex abūdātia cordis os loq̄t. Mat. xij. Dixit aūt. Uñ. i. q̄ iusticia vl' q̄bus meis fctis vl' meritis accidit hoc mihi sterili seni ac maledicte vt veniat mr̄ dñi mei. v̄go secūda. iuuenis ac bñdicta ad me ꝛ non ego ad illā dominā ꝛ reginā meā. Et ita exponit btūs Amb. i q̄dā homel'. Scd̄o. btā v̄go ascēdit i mōtana fraterne charitatꝭ. Charitas em̄ dr mōs ilie de q̄ indt ꝓpheta ps. lxvij. Mōs dei mons pinguis: mōs i q̄ bñplacitū ē deo habitarē i eo. De' nāq̄ charitas ē. j. Jo. iiij. Et trāssumptiue i. c. abijt. xj. q. iij. Per istū igit mōtē ascendit btissima v̄go vt salutaret elizabeth q̄ cū ꝯsola ret. de donis a deo receptis. ꝛ illā a verecūdie pena liberaret. Ut em̄ dr Luce. j. erubescebat elizabeth se grauidā reꝑiri i senectute. et carnalib' actibus operam dedisse. ꝛ iō occultabat se Sed ꝯfortata ex verbis btē v̄ginis: que prius: verecūdabat se esse grauidā: postea in domū

gloriabatur se prophetā ꝛ plusq̄ prophetā concepisse. vt inquit Ambro. vbi. ſ. Ascendit ergo regina celi super istum mōtē charitatis vt sua sanctissima salutatione spūsancto repleri faceret beatum Joannē ꝛ matrē eius. vn̄ ꝺ in euangelio hodierno. Et factū est vt audiuit salutationē Marie Elizabeth: exultauit īfans in vtero eius: ꝛ sic spiritūsanctū recepit virtute verbi virginei: ꝛ per ipsum spiritūsanctū baptizatus est ꝛ ab originali peccato mūdatus est: vt inq̄t Petrus damian⁹ in quodā sermone. Quam repletionē spūsancti sentiēs beatus Joānes filium dei venire ad se. pre gaudio in matris vtero tripudiauit: ꝛ motu salutauit quem voce nō potuit. Exultauit enim quasi gestiēs salutare dn̄m suum ꝛ matrem eius: eisq̄ assurgere. ideo Chryso. super Lu. ait. ideo Christus fecit Mariam salutare Elizabeth: vt sermo ꝑcedens de vtero matris vbi habitabat dn̄s. ꝑ aures Elizabeth ingressus descēderet ad Joannē vt illic eum vngeret in ꝓphetā. hec ille. De repletiōe quoq̄ spūsancti ipsi⁹ Elizabeth ex virtute salutatiōis virginalis ꝺ vbi. ſ. Et repleta est spiritusancto Elizabeth: ꝛ ꝓphetauit beate virgini dicēs. Bn̄dicta tu inter mulieres. i. inter oēs mulieres bn̄dictas maiori bn̄dictiōe insignis: iuxta illud Eccli. xxiiij. In multitudine electorum habebit laudē: ꝛ inter benedictos benedicetur. Itē benedicta tu singulariter que es virgo cum fecūditate: ꝛ mater cum virginitate: et genuisti deum qui creauit te. Tria ꝺo fuerunt in beata virgine propter que singulariter fuit benedicta. Primū fuit humilitas: quia cū se vacuā ostēdit: ideo impleri meruit. vn̄ ei dixit angelus. Aue gratia plena. Secundū fuit virginitas: quam vt melius custodiret frequētias hominū fugiebat: propter quod dn̄m comitem habere meruit. Unde ei dictū est. Dn̄s tecū. Tertium fuit dei ꝛ ꝓximi charitas cui⁹ amore hominū maledicta ꝯtempsit. ꝛ ideo bn̄dicta fuit ab angelo: quia triūphantē ecclesiā reparauit. Benedicta quoq̄ fuit ab Elizabeth quia ecclesiam militantē eam quasi mortuā suscitauit. Quantū em̄ fuerit beatissima virgo repleta charitate. apparuit ex hoc q̄ ipsa postq̄ salutauit Elizabeth mā͂sit cum ea quasi tribus mensib⁹. quia enim vt habet̄ Lu. j. q̄n ipsa benedicta dei mater ꝯcepit filium suum: erat sextus mēsis ꝯceptionis beati Joannis. ideo ipsa piissima virgo voluit ibi circa tres mēses permanere vt interesset natiuitati beati Joānis: ꝛ illi charitatis obsequia impēderet. O igit̄ gloriose preco qui reginā angeloꝝ in tuo ortu tibi ministrantē ꝛ seruiantē habere meruisti. O immensa regine celi charitas: que deum in vtero suo habens: cognate sue Elizabeth: ac puero eius vt emptitia ancilla humillime ac semper deuotissime seruiebat.

Tertio ascēdit in montana cōtēplatiue iocunditatis. Cōtēplatio enim ꝺ mons iocundus. de quo inquit deus Esa. lvj. Adducā eos ad montē sanctū meum. ꝛ letificabo eos in domo orationis mee. holocausta eoꝝ placebūt mihi super altari meo: quia domus mea dom⁹ orationis vocabit̄ cūctis populis. hec ibi. Figuratur aūt mons iste per montē Thabor: ad cuius summitatē ducens Jesus petrum Jacobū et Joannē trāsfigurat⁹ est ante eos. Mat. xvij. ostēdens eis aliqualr̄ gloriam suam. Ex cuius visionis suauitate inebriatus Petrus ait. Domine bonū est nos hic esse. Ad huius ergo mōtis ascensum oportet ducere Petrū qui interp̄tatur discalciat⁹. ꝛ Jacobū qui interp̄tatur supplantans. ꝛ Joannē qui interp̄tatur in quo est gratia. i. oportet mundū cōtemnere diabolū ꝛ eius tētationes supplantare: ꝛ carnis castimoniam gratiosam habere. ꝛ per hanc contēplationem ascēdit mens humana vsq̄ ad exercitium patrie superne. de qua Esa. lj. ꝺ. Gaudiū et letitia inuenieť in ea gratiarum actio ꝛ vox laudis. Per hunc montem contēplationis trāsiuit beata virgo que mentem semper in diuinorum contēplatione eleuatā tenuit. q̄ꝺ clarissime in suo mirabili cantico mysticis sentētijs pleno ostendit. de quo in sequēti sermone dissere mus. Semper quoq̄ delectata est habitare i mōtanis: quia fundamēta eius fuerūt in montibus sanctis. vt dicitur ps̄. lxxxvj.

Debem⁹ igit̄ ꝛ nos per mōtana ista ascendere: ꝛ ibi tribus mensib⁹ morari. i. i alto contēplationis ꝑseuerare quousq̄ in nobis defecerit inordinat⁹ amor mūdi nostri ꝛ nostroꝝ. Siquidē mensis a mene ꝺ: quia est defectus. ꝛ hoc est q̄ꝺ dictū est Abraā Geñ. xij. Egredere ꝺ terra tua ꝛ de cognatione tua: ꝛ de domo patris tui: ꝛ vade in terrā quam mōstrauero tibi. Ad hoc aūt faciēdū nos hortat̄ deus dicens cuilibet nostrū illud Exo. xxiiij. accede ad me in mōte: ꝛ esto ibi. Iste nāq̄ est mons ille de quo spiritualr̄ exponi pōt illud q̄ꝺ in eodē. c. ꝺ. s. Habitauit gloria dn̄i super montē Synai. In isto monte exaudit deus oratiōes sibi factas. vn̄ dicebat ps̄. iij. exaudiuit me, de mōte sancto suo. Oportet aūt nos esse mūdos corde si cū purissima, virgine ad summitatē huius montis volumus peruenire. Dicit em̄ ꝓpheta. ps̄. xiiij. Domine quis habitabit i tabernaculo tuo: aut qs requiescet in monte sancto tuo? Et r̄ndet. Innocens manib⁹ ꝛ mūdo corde. Ideo dormiētes in peccatis ꝛ somnolēti ac pigri non possunt ascēdere montē istum. iuxta illud Exo. xix. Non poterit vulgus ascēdere in montē. In montem. s. contēplationis. de quo ps̄. lxxxiij. dicit̄. Mons Syon in quo habitasti in eo. Syon quippe interp̄tatur speculatio. quem montē deus valde diligit dicente ꝓpheta psalm̄. lxxvii. Induxit



Tesqui liberas ab ol malo. Sap. xvi. Unigenitus dei filius volēs humanū genus de manu diaboli liberare icarnatus ē ⁊ liberauit nos sicut liberauit codrus rex atheniensium ppm̄ suū. De quo narrat Aug. xviij. de ciui. dei. c. xix. q̄ cū regio sua ⁊ ciuitas ingēti bello hostiū debellaret. humani auxilij diffidentia ad oraculū apollinis cōfugit: ac sciscitatus est quō tā graue bellū dissolui posset. Respōdit aūt apollo q̄ hoc fieret si ipē hostili manu occubuisset: qd̄ cū in hostiū castris itellectū fuisset. ordinauerūt q̄ nullo mō regē atheniensium occideret. Uidens igit Codrus ciuitatem suā nullo mō pacē habere posse: nisi ipse ab hostibus interficeret. deposuit regis isignia ⁊ habitū pauperis induit. ⁊ castra hostiū est ingressus. vbi quēdā ad pugnādū puocās: interfect⁹ occubuit. sicq̄ ciuitatē suam liberauit. Simili etem̄ mō verbū dei rex ecclesie militātis vidēs humanū genus ⁊ ciuitatē hui⁹ mūdi ab infernalibus hostib⁹ obsessā ⁊ captiuatā: cognoscensq̄ eā nō posse aliter ita ꝯgrue ⁊ iuste liberari q̄ p incarnationē ⁊ mortē suā. cū in forma dei esset exinaniuit semetipsum formā serui accipiens in similitudinē hoīm factus ⁊ habitu inuentus vt hō ⁊ factus ē obediēs vsq̄ ad mortem. vt dr̄ a d Phil. ij. Et sic liberauit humanū genus. vt dī ei in verbis thematis nostri. Hoc aūt mysteriū incarnationis ⁊ passionis sue voluit hostibus nr̄is demonibus esse occultū. Qr̄ vt dicit. j. Ad Cor. ij. Si cognouissent nūq̄ dominū glorie crucifixissent vel crucifigi fecissēt. Ideo ipsi dn̄o iesu incarnato. inqt Esa. ppheta sui libri. c. xlv. Uere tu es deus abscōditus de⁹ israel saluator de cuius incarnationis annunciatione iterum quatuor considerationes faciemus.

Prima dicet appellationis. s. ipsius virginis eū concipientis.

Scd̄a ꝯmendationis. s. eiusdē ṽginis.

Tertia dictionis. s. saluatoris angelice.

Quarta vero conditionis scʒ ipsius angelice salutationis.

¶ Pars prima huius sermonis que dicitur appellationis. B



do surrexit bñdicta v̾go cum dr̃. Exurgẽs ma-
ria abijt in mõtana cũ festinatione. Unde dice
re possumus q̃ abijt p̃mo in mõtana diuinorũ
s. sanctissime trinitatis. Nam tota trinitas in
ea suas excellẽtissimas ꝓprietates posuit. Se
cundo abijt in montana angelorum. Oẽs enim
eoꝝ dignitates ⁊ oĩa eoꝝ ministeria ipsa vna
⁊ sola in se cõprehendit. Tertio abijt in monta
na celoꝝ. quia recte ip̃a dr̃ celum ꝓpter sui am
plitudinẽ habuit eñi amplũ affectũ ad diligen
dum amplum vterũ ad deum capiendum. am-
pluz intellectum ad cognoscendum. ⁊ amplum
sinum ad compatiendum. Quarto abijt
in montana patriarcharum. Omnes namq;
gratias ⁊ excellentias quas habuerunt pa-
triarche q̃bus deo fuerũt accepti multo excel-
lentius habuit beata virgo. Quinto abijt i mõ
tana prophetarum. Ipsi eñi qñq; ꝓphetabant
de p̃terito. qñq; de futuro. ⁊ qñq; de p̃nti occul-
to. Beata aũt virgo oĩbus his modis excellen-
tissime prophetauit. Sexto abijt in mõtana fe-
minarũ. Oẽs eñi bñdictiones quas habuerũt
dñe veteris testamenti sparsim ⁊ singulatim:
hec vna virgo simul complexa est. Septimo
abijt in montana creaturarũ. s. recipiens in se
oẽs perfectiones earũ. q̃ oĩa quia patent ex di
ctis in alijs sermonibus: breuitatis causa p̃trã
seo ad p̃ns. totũ intendẽs hic declarare quo ip
sa gl'iosa v̾go. ascẽdit in mõtana vere humilita
tis fraterne charitatis: ⁊ contẽplatiue iocundi
tatis. Quãtũ ad p̃mũ. s. de vera humilitate
potest exponi illud Gene. xix. In monte saluuz
te fac. Naz vt ait Gratianus in §. taciturnitas
de peni. di. j. Sine hũilitate nemini põt eẽ sal᷒.
Dicit aũt hũilitas ⁊ vallis ⁊ mõs diuersis re-
spectibus. Nam vallis dr̃ q̃ est in imo. Per hũi
litatem aũt habet vera cognitio ꝓprie vilita-
tis Est eñi humilitas vt ait Bern. v̾tus q̃ ho-
mo verissima suipsius cognitione sibi vilescit
Et s̾z hoc exponit illud ps. ciij. q̃ ait deo. Emit
tis fontes. s. grãrũ. in cõuallibus. i. in mẽtibus
humiliũ. Mons v̾o dr̃ humilitas inquantum ꝑ
eam eleuatur mẽs ad cognitionẽ dei ⁊ aliaruz
virtutum. ⁊ demũ exaltat in celuz Quia qui se
humiliat exaltabit. Mat. xiij. Et s̾z hoc Ansel.
in lib. de similitudinibus assimilat eam monti
ad quem ascẽditur septe gradibus. Exurgens
igitur maria ascendit hũc montẽ vere humili-
tatis. ⁊ visitauit Elizabeth se humiliãdo inferio
ri. ꝑgẽa regina ad vasallã. dña ad ancillã. mr̃
dñi ad matrẽ seruuli. Qd̾ intelligẽs elizabeth
visitata ⁊ a sp̃usancto edocta. exclamauit vo-
ce magna. Qd̾ exponẽs Bern. ait. Nõ tã clamo
rosa q̃ deuota. Deuotio ei clamor ẽ. Nã Exo.
xiiij. moyses. ⁊ Dañ. xiij. susãna. ⁊ j. Reg. j. An
na sine voce clamauerũt. Unde nõ clamor sed
amor clamat i aure dei. Exclamauit aũt. i. ex
pleno clamauit. Repleta eñi sp̃usãcto elizabeth
tacere nõ potuit. Nã ex abũdãtia cordis os lo
q̃t. Mat. xij. Dixit aũt. Uñ. i. q̃ iusticia vl' q̃bus
meis factis vl' meritis accidit hoc mihi sterili
seni ac maledicte vt veniat mr̃ dñi mei. v̾go fe
cũda. iuuenis ac bñdicta ad me ⁊ non ego ad
illã dominã ⁊ reginã meã. Et ita exponit btũs
Amb. i q̃dã homel'. Scd̾o. btã v̾go ascẽdit i mõ
tana fraterne charitatis. Charitas eñi dr̃ mõs
ille de q̃ inq̃t ꝓpheta ps. xlvij. Mõs dei mons
pinguis: mõs i q̃ bñplacitũ ẽ deo habitare i eo.
Deus nãq; charitas ẽ. j. Jo. iiij. Et trãssumpti-
ue i. c. abijt. xi. q. iij. Per istũ igit mõtẽ ascendit
btissima v̾go vt salutaret elizabeth q̃ eã ꝯsola
ret. de donis a deo receptis. ⁊ illã a verecũdie
pena liberaret. Ut eñi dr̃ Luce. j. erubescebat
elizabeth se grauidã reꝑiri i senectute. et carna-
lib᷒ actibus operam dedisse. ⁊ iõ occultabat se
Sed ꝯfortata ex verbis btẽ v̾ginis: que prius
verecũdabat se esse grauidã: postea in domo

gloriabatur se prophetã ꝛ pluſq̃ prophetã con
cepiſſe. vt inquit Ambro. vbi.s. Aſcendit ergo
regina celi ſuper iſtum mõtẽ charitatis vt ſua
ſanctiſſima ſalutatione ſpũſancto repleri face
ret beatum Joannẽ ꝛ matrẽ eius. vñ dr in euan
gelio hodierno. Et factũ eſt vt audiuit saluta
tionẽ Marie Elizabeth: exultauit iſans in vte-
ro eius: ꝛ ſic ſpiritũſanctũ recepit virtute verbi
virginei: ꝛ per ipſum ſpiritũſanctũ baptizatus
eſt ꝛ ab originali peccato mũdatus eſt: vt inq̃t
Petrus damian⁹ in quodã ſermone. Quam re-
pletionẽ ſpũſancti ſentiẽs beatus Joãnes fi-
lium dei venire ad ſe. pre gaudio in matris vte
ro tripudiauit: ꝛ motu ſalutauit quem voce nõ
potuit. Exultauit enim quaſi geſtiẽs ſalutare
dñm ſuum ꝛ matrem eius: eiſq; aſſurgere. ideo
Chryſo. ſuper Lu. ait. ideo Chriſtus fecit Ma
riam ſalutare Elizabeth: vt ſermo ꝓcedens de
vtero matris vbi habitabat dñs. ꝑ aures Eli-
zabeth ingreſſus deſcẽderet ad Joannẽ vt illic
eum vngeret in ꝓphetã. hec ille. De repletiõe
quoq; ſpũſancti ipſi⁹ Elizabeth ex virtute ſa-
lutatiõis virginalis dr vbi.s. Et repleta eſt ſpi
ritu ſancto Elizabeth: ꝛ ꝓphetauit beate virgi
ni dicẽs. Bñdicta tu inter mulieres. i. iter oẽs
mulieres bñdictas maiori bñdictiõe inſignis:
iuxta illud Eccli. xxiiij. In multitudine electo-
rum habebit laudẽ: ꝛ inter benedictos benedi-
cetur. Itẽ benedicta tu ſingulariter que es vir
go cum fecũditate: ꝛ mater cum virginitate: et
genuiſti deum qui creauit te. Tria ſ͡ʒo fue-
runt in beata virgine propter que ſingulariter
fuit benedicta. Primũ fuit humilitas: quia eñ
ſe vacuã oſtẽdit: ideo impleri meruit. vñ et di-
xit angelus. Aue gratia plena. Secundũ fuit
virginitas: quam vt melius cuſtodiret frequẽ-
tias hominũ fugiebat: propter quod dñm co-
mitem habere meruit. Unde et dictũ eſt. Dñs
tecũ. Tertium fuit dei ꝛ ꝓximi charitas cui⁹
amore hominũ maledicta ꝯtempſit. ꝛ ideo bñ-
dicta fuit ab angelo: quia triũphantẽ eccleſiã
reparauit. Benedicta quoq; fuit ab Elizabeth
quia eccleſiam militantẽ eam quaſi mortuã ſu
ſcitauit. Quantũ eñ fuerit beatiſſima virgo re
pleta charitate. apparuit ex hoc ꝙ ipſa poſtq̃
ſalutauit Elizabeth mãſit cum ea quaſi tribus
menſib⁹. quia enim vt habet Lu. j. qñ ipſa be-
nedicta dei mater ꝯcepit filium ſuum: erat ſex-
tus mẽſis ꝯceptionis beati Joannis. ideo ipſa
piiſſima virgo voluit ibi circa tres mẽſes per-
manere vt intereſſet natiuitati beati Joãnis: ꝛ
illi charitatis obſequia impẽderet. O igit glo-
rioſe preco qui reginã angeloꝝ in tuo ortu tibi
miniſtrantẽ ꝛ ſeruiantẽ habere meruiſti. O im
menſa regine celi charitas: que deum in vtero
ſuo habens: cognate ſue Elizabeth: ac puero
eius vt emptitia ancilla humillime ac ſemper
deuotiſſime ſeruiebat. M

Tertio aſcẽdit in montana ꝯtẽplatiue io-
cunditatis. Contẽplatio enim dr mons io
cundus. de quo inquit deus Eſa. lvj. Adducã
eos ad montẽ ſanctũ meum. ꝛ letificabo eos in
domo orationis mee. holocauſta eoꝝ placebũt
mihi ſuper altari meo: quia domus mea dom⁹
orationis vocabit cũctis populis. hec ibi. Figu
ratur aũt mons iſte per montẽ Thabor: ad cu-
ius ſummitatẽ ducens Jeſus petrum Jacobũ
et Joannẽ trãſfigurat⁹ eſt ante eos. Mat. xvij.
oſtẽdens eis aliqualr gloriam ſuam. Ex cuius
viſionis ſuauitate inebriatus Petrus ait. Do-
mine bonũ eſt nos hic eſſe. Ad huius ergo mõ-
tis aſcenſum oportet ducere Petrũ qui interp̄-
tatur diſcalciat⁹. ꝛ Jacobũ qui interp̄tatur ſup
plantans. ꝛ Joannẽ qui interp̄tatur in quo eſt
gratia. i. oportet mundũ cõtemnere diabolũ ꝛ
eius tẽtationes ſupplantare: ꝛ carnis caſtimo
niam gratioſam habere. ꝛ per hanc contẽpla-
tionem aſcẽdit mens humana vſq; ad exerci-
tium patrie ſuperne. de qua Eſa. lj. dr. Gaudiũ
et letitia inuenietur in ea gratiarum actio ꝛ vox
laudis. Per hunc montem contẽplationis trã-
ſiuit beata virgo que mentem ſemper in diui-
norum contẽplatione eleuatã tenuit. qđ clariſ-
ſime in ſuo mirabili cantico myſticis ſentẽtijs
pleno oſtendit. de quo in ſequẽti ſermone diſſe
remus. Semper quoq; delectata eſt habitare ĩ
mõtanis: quia fundamẽta eius fuerũt in mon-
tibus ſanctis. vt dicitur pſ. lxxxvj. O

Debem⁹ igit ꝛ nos per mõtana iſta aſcen
dere: ꝛ ibi tribus menſib⁹ morari. i. ĩ alto
contẽplationis pſeuerare quouſq; in nobis de
fecerit inordinat⁹ amor mũdi noſtri ꝛ noſtroꝝ.
Siquidẽ menſis a mene dr: quia eſt defectus. ꝛ
hoc eſt qđ dictũ eſt Abraã Gen. xij. Egredere de
terra tua ꝛ de cognatione tua: ꝛ de domo patris
tui: ꝛ vade in terrã quam mõſtrauero tibi. Ad
hoc aũt faciẽdũ nos hortat deus dicens cuili-
bet noſtrũ illud Exo. xxiiij. accede ad me in mõ
te: ꝛ eſto ibi. Iſte nãq; eſt mons ille de quo ſpi-
ritualr exponi põt illud qđ in eodẽ. c. dr. ſ. Ha-
bitauit gloria dñi ſuper montẽ Synai. In iſto
monte exaudit deus orationes ſibi factas. vñ di
cebat pſ. iij. exaudiuit me de mõte ſancto ſuo.
Oportet aũt nos eſſe mũdos corde ſi cũ puriſſi
ma virgine ad ſummitatẽ huius montis volu
mus peruenire. Dicit eñ ꝓpheta. pſ. xiiij. Do
mine quis habitabit ĩ tabernaculo tuo: aut q̇s
requieſcet in monte ſancto tuo? Et rñdet. Inno
cens manib⁹ ꝛ mũdo corde. Ideo dormiẽtes in
peccatis ꝛ ſomnolẽti ac pigri non poſſunt aſcẽ
dere montẽ iſtum. iuxta illud Exo. xix. Non po
terit vulgus aſcẽdere in montẽ. In montem. ſ.
contẽplationis. de quo pſ. lxxiij. dicit. Mons
Syon in quo habitaſti in eo. Syon quippe in-
terp̄tatur ſpeculatio. quem montẽ deus valde
diligit dicente ꝓpheta pſalm. lxxvij. Induxit

eos in montē sanctificationis sue:mōtē Syon quem dilexit. Qui aūt super istū montē deuote ascēderit:saluabit. Scriptū est enim Abdie vnico.c. In monte Syon erit saluatio. Non est ꝓo mirādū si beata virgo libēter mōtana ascēdit:nam ⁊ filius eius solit⁹ erat ascēdere montes causa orationis. vñ Mat.xiiij.dr. Ascendit in mōtē solus orare. ⁊ idem habet Mar.vi. iste est mons de quo Apo.xxi. inqt beat⁹ Joannes euāgelista. Sustulit me in spiritu in mōtē magnum ⁊ altū. In istis quoqꝫ mōtanis ɔtēplationis beatissima virgo ꝑbibebat aquas dulcissimas diuine ɔsolatiōis. Prophetatū em̄ fuerat Joe.iij.⁊ Amos.ix. Stillabūt mōtes dulcedinē scꝫ matri dei. De istis etiā mōtib⁹ ꝓdixerat dd ps.ciij. Rigās.s.deus:mōtes de᷑ supiorib⁹ suis super montes stabūt aque.s.diuine ɔsolatiōis. In istis quoqꝫ montib⁹ pascit fili⁹ virginis deuotos suos tanq̄ in pascuis. de quib⁹ dici pōt illud Job.xxxix. Circūspicit mōtes pascue sue. In istis montib⁹ stāti virgini bñdictꝰ veniebat eius dulcis filius ad eam recreādam. vñ ipsa inqt Cant.ij. ecce iste venit saliēs in mōtibus. Sup istos mōtes ex charitate ⁊ cōpassione deflebat ipsa virgo piissima peccata hoim. sicut ꝓphetatū fuerat Hiere.ix. vbi dr. Sup mōtes su mam fletū. vñ ⁊ nos debem⁹ in istis montibus peccata nostra deflere:vt simus de illis de quibus dr Eze.vij. erūt in mōtib⁹ sicut colūbe. columba em̄ hꝫ gemitū pro cantu. In istis autēꝫ montib⁹ pascent simul cum beata virgine aīe nostre spūalis ɔsolationis refectione. sicut ꝓdictum fuit Ezech.xxxiiij. vbi dr. In pascuis pinguib⁹ pascent super mōtes Israel. Israel enīꝫ vidēs deū vel dei visio interꝑtat. et ideo deus nos hortat ascēdere montes istos Josue.ij. dicens ad mōtana ɔscēdite. Uerificabit enim de nobis illud Judi.i. Fuit dñs cum Juda:⁊ mōtana possedit. Ad ista aūt montana non⁹ possunt peruenire cum beatissima virgine illi qui sunt implicati in terrenis cupiditatibus qui dicere possunt illud Josue.xvij. Non poterim⁹ ad mōtana ɔscēdere. Ad ipsa mōtana maxime debēt pastores ⁊ ꝑlati ɔscēdere. Scriptū est Hieremi. xxxiij. Habitaculū pastoꝝ in ciuitatib⁹ mōtuosis. In montib⁹ em̄ istis inuenient beatā virginē que visitabit eos sicut visitauit cognatā suam Elizabeth. A qua nos etiam facit visitari ipse benedictus eius filius. Amen.



¶ De eiusdē fetissime virginis visitatiōe. Sermo.ij. ꝑ

Agnificat anima mea dñꝫ. Lu.i. inqt diu⁹ Ambro. sup Lu. sicut peccatū a mulierib⁹ incepit:ita ⁊ bona a mulieribus inchoant. vnde non ociosum videtur q̄ ⁊ ante beatum Joannē Elizabeth ꝓphetizat. ⁊ Maria ante dñi generationē. Sequit aūt vt Marie quo᷑ ꝑsona melior:eo ꝓphetia sit plenior. hec ille. Beatus ꝓo Basili⁹ addit dicēs. virgo enim intentione sublimi ac speculatione ꝓfunda immēsitatem cōtemplās mysterij:quasi ꝓfundius gradiens magnificat deum dicēs. Magnificat aīa mea dñm. Hoc aūt dulcissimū cāticū tympanistria nostra decātauit in domo Elizabeth:qñ visitata ac salutata ipsa cognata sua:sentiēs humillima dei mater se beatā ꝓdicari ab Elizabeth protinus in laudes dei prorupit. verba thematis nostri decātans.q.d. ꝯm Nico. de ly. super Luc. O Elizabeth tu me magnificas. sed ego totū deo attribuēs. ipsum magnifico in hoc cāticō. de quo tres ɔsiderationes faciemus.

Prima dicetur Sublimitatis.

Secunda Modalitatis.

Tertia ꝓo appellabitur Causalitatis.

¶ Pars prima huius sermonis que dr Sublimitatis.

Ublimitas ⁊ excellētia cātici virginalis ostēdit tripliciter. Primo ratione ordinationis. nam vt dicunt doctores catholici oīa cātica veteris testamēti sunt subordinata canticis noui testamēti:maxime isti excellētissimo cātico matris dei:cui oīa illa cātica velut vmbra deseruiūt. Precessit em̄ primo cāticū Moysi Exo.xv.s. Cātemus dño ⁊c. ⁊ ꝯm spūalē sensum significat liberationē a seruitute peccatorum. Scđo canticū populi Israel.s. ascēdit puteus ⁊c. Num.xxi. ⁊ notat largitatē gratiarū ⁊ donorū. Tertio canticū Delbore.s. qui sponte obtulistis aīas vestras ⁊c. Judi.v. ⁊ isinuat obedientiā subditoꝝ. Quarto cāticū eiusdē Moysi.s. Audite celi que loquor. Deut.xxxij. ⁊ demōstrat instructionē diuinoꝝ eloquioruꝫ. Quinto canticū Anne.s. Exultauit cor meum in dño.j. Reg.ij. ⁊ signat vbertatē gratuitoꝝ. Sexto cantica diuersa Dauid in psalmis. ⁊ figurāt varietatem dulciū sonoꝝ.i. gaudioꝝ mentaliū. Septimo cātica cāticoꝝ Salomonis:⁊ significant coniūctionē amoꝝ. Hec aūt omnia cātica deseruisse cātico virginali patet. Nam ipse tympanistriā nostrā describit euangelista a vitijs denudatā:cuꝫ ei per angelū dr. Aue.i. sine vhe i. sine peccato. Itē gratijs fecūdatā cū subdit. gratia plena. ac dei solius imperio subiugata cuꝫ infert. dñs tecū. benedicta tu in mulierib⁹: quasi diceret. Mulieres cetere sub viri ꝑtāte sunt tu soli dño qui est tecū. Item insinuat eaꝫ diuinis eloquijs illustratā:qñ cogitabat qualis esset ista salutatio:ruminās scripturas ⁊ iterum querēs. Qūo fiet istud? Item tāti filij deitatis plenam quia inuēta est in vtero habēs de

spūsancto: ⁊ modulatis gaudijs predotatā: ac per amorē totaliter deo ꝯiunctā cum ad montem ꝯtēplationis ⁊ diuine laudis ascēdēs cecinit dicēs. Magnificat anima mea dñm: ⁊ exultauit spūs me⁹ in deo salutari meo. Et aduerte diligēter ꝙ quidqd in canticis canticoꝝ petitur aut factū esse describit: totū ⁊ plus hic lucide habitū insinuat. Nam ibi petit osculum cum dr. Osculet me osculo oris sui: vt habetur Cant. j. c. hic habetur ꝯiunctio. s. diuine nature cum humana. ibi: postulat tractio dū dr in eodem. c. Trahe me post te. Hic habet discursio. nam Maria pergit cum filio in vtero ad Elizabeth. ibi: querit locus pastus ⁊ accubit⁹ dum dr in eo. c. Indica mihi quem diligit anima mea: vbi pascas: vbi cubes in meridie. Hic habetur cubās in vtero virginis et pastus eius alimētis. Item videbat longe saliens in montib⁹. vt habet. ij. c. hic festinātter ducit in mōtanis. ibi: querebat in lectulo ⁊ non reperiebat. vt habet iij. c. hic clauditur in corpusculo ⁊ reperit in p̄sepio. ibi: vocat dilectus vt descēdat. vt habetur vj. c. hic humiliat vt se ostēdat. ibi: ꝯuersio eius ad humanā naturā sperat. vt habet. vij. ca. hic iam facta demōstrat. ibi: incarnādus petebat ad oscula ⁊ amplex⁹. vt habet. viij. c. hic incarnatus, alitur ⁊ datur omnib⁹ eius desiderantibus amplexus. R

SEcundo apparet huius cātici excellentia ratione cōprehēsionis. Hoc em̄ canticum cōprehendit in se canticū vite eterne siue significationē eius. de quo celesti cātico dr Apocal. xiiij. ꝙ sancti cantabāt canticū nouum ante sedem dei ⁊ agni. Sciendū ergo ꝙ prim⁹ gradus et summ⁹ beatitudinis est visio diuinitatis: in qua ꝯsistit felicitas. c. ieiuniū. de ꝯse. dis. v. ⁊ ex hoc gradu tanꝙ ex fonte omnis alius gradus beatitudinis deriuat. vt inqt beatus Tho. in iiij. dist. xlix. ⁊ omnes alij theologi ibidem. In qua visione anima eleuata mox deum magnificat: vt primus versus insinuat. Et quia tanti boni visio sine immēso gaudio esse non potest: statim exultat spūs in deo salutari suo. vt dicit secūdus versus. In hoc autē lumine ⁊ gaudio aīa seipsam cognoscit ⁊ videt se illa tāta gloria indignā ⁊ sic fatetur se humilem ancillā: vt tertius versus sonat. Hinc cōparat p̄mia ad merita ⁊ p̄miatum ad premiantē. ⁊ addit. Quia fecit mihi magna: mihi indigno magna premia tribuēdo premiās qui potēs est vt habet in q̄rto versu. Inde ꝟo ꝯcludit non ex meritis humilitatis: sꝫ ex mera misericordia omnes beatos beatitudinē cōsecutos. ⁊ dicit in quinto versu. Et misericordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies ⁊c. Postmodū de ipsa improportionata ꝓportione. s. premij ⁊ premiāte anime differēs: cum anima habeat vltra id quod de sui natura ꝯsequi potest: fatetur id euenire ex mera dei potentia dicens in sexto versu. Fecit potētiā in brachio suo. Sed ipsa potētissima manu intuet equissimam iustitiā malos merito puniētem ⁊ dicit. Dispersit superbos. mente cordis sui: et deposuit potētes de sede: in. vij. versu. Et qm̄ nō est parua portio illius summe felicitatis societas beatoꝝ repleta ad supabūdantiā: et inebriata ab vbertate domus dei ipsos intuet: et ait in versu. viij. Esuriētes impleuit bonis ⁊c. Quoniam ꝟo ista esuries non est in patria: sed fuit in via. ibi: intuet ꝓmissiones factas sub duplici testamēto testāte. ps. xlvij. sicut audi. sic vidimus ⁊c. exultatq; in tali prospectu. iuxta illud Cant. j. Exultabim⁹ ⁊ letabimur in te memores vberū tuoꝝ. i. testamētoꝝ. et sicut sunt duo testamēta: sic submittit duos versus. s. Suscepit Israel puerū suū. ⁊ sicut locut⁹ est: pro nouo testamēto. Sic igitur apparet quō istud canticum canticoꝝ. s. Magnificat. omnia cātica continet paradisi: vbi effectualiter sine cessatione cantat hoc canticū nouū magnificat. ſm illud ps. cxlix. Cātate dño canticū nouū. laus ei⁹ in ecclesia sanctoꝝ. Quod canticū dr nouū nouitate vniuersitatis: quia factū est a matre ⁊ domina vniuersoꝝ. Item nouitate potestatis: quia nunꝙ visa est tanta potestas sicut illa de qua Hiere. xxxi. Nouum faciet dñs super terrā femina circūdabit virum. Item nouitate iocūditatis. Nullū enim canticū cantatur in ecclesia tanta iocūditate sicut magnificat. hec Joānes dominici cardinalis super Magnificat. S

MAgister ꝟo Joannes Gerson cācellarius parisiēsis in suo tractatu primo sup magnificat dicit. Quid appropriati⁹: quidve diuinius poterim⁹ accipere ꝙ̄ ipsummet psalteriū Marie decachordū habens decē versus quasi totidem chordulas sonorissimas ꝯformiter ad illud vniuersale decachordū totius rationalis creature quod connectit ex. ix. ordinibus angelorum quasi. ix. fidib⁹ argutis. iuncta ex hoib⁹ decima quam in primis parentib⁹ per peccatum ruptā summus noster cytharista reparauit: vt cōcordaret psalteriū iocūdū cum cythera. Est itaq; prima huius psalterij marie chordula sonans dei magnificētiā: quia dñs est cuius eleuata est magnificētia super celos. Magnificat, inquit anima mea dñm: non dicit illū vel illū: sed simpliciter ⁊ antonomatice dominum. Secundo magnificat in salutatione: propterea vocat ipsum salutare: quia dñi est, sal⁹. Tertio magnificus est in respectione humiliū et beatificatione: quoniā excelsus dominus et humilia respicit. Quarto magnific⁹ ē i magnorum operatione ⁊ nominis sui sanctificatione. quia (inquit) fecit magna qui potens est: ⁊ sanctum nomen eius. Consonat ps. cxxxvij. Quia magnificasti super omne nomen sanctū tuum. Quinto magnificus est in misericordia ⁊ mise-

tatione timentibꝰ eum. Sexto magnificus in superboꝝ mente: cordis sui deiectione siue dispersione. Septimo magnificꝰ in humiliū exaltatione potentibus de sede depositis. Octauo magnificus in esurientiū impletione cum diuites dimisit inanes. Nono, magnificꝰ in perditorum liberatione: quia suscepit Israel puerū suum. Decimo magnificus in ꝓmissoꝝ suorū̄ cōpletiōe. Sicut locutus est ad patres nostros Abraā̄ ⁊ semini eius in secula. hec ille. Cui cū respōdisset eius discipulus sibi placere hanc expositionē. Nā ille tractatus ꝓcedit ꝑ dialogū: subiūxit ꝑdictus doctor dicens. Quid tu censeres si varios olim organoꝝ sacre scripture modulos: immo voces omnis generis musicorum ꝯcordare facceremꝰ cum hoc Marie psalterio decachordo. Et iterū dicit. Scias fili ꝙ in auribꝰ suis nostra psaltes copiosissime ⁊ districtissime faciebat resonare voces omniū musicorum dum, mentis intuitū simul cum plectro meditationis liberrimo discursu miraqꝫ celeritate diffundebat vbiqꝫ: dum quasi simul in oēs et singulos se diffundebat affectꝰ: quos solet humana mens singulatim variare canēdo. hec ille. Et ideo possumus dicere ꝙ beata virgo figuratur per Philomenā: quia sicut ista auis superat omnes alias aues in cantu: ita beata virgo oēs sanctos. Et ideo illi dicere possumus illud quod canit Ouidius in libro de philomena dicens

Dulcis amica veni noctis solatia prestans.
Inter aues etenim nulla tibi similis.
Tu Philomena potes vocum discrimina mille
Mille vales varios rite referre modos.
Nam quis alie volucres modulamina tentēt:
Nulla potest modulos equiualere tuos.
Insuper est aulum spatys garrire diurnis:
Tu cantare simul nocte dieqꝫ potes.
Sancta tū dn̄o depromis munera laudis ⁊c.

Ex quibus omnibus patet sublimitas huius cantici ratione cōprehensionis: quia in se comprehendit omnium aliorum canticorum perfectiones.

Tertia ratio ostēdens excellētiā ⁊ sublimitatē huius ꝑt ꝯcordationis. Hoc enī canticū ꝯcordat cum oratione dn̄ica quā fecit saluator noster ⁊ docuit vt habet Mat. vj. s. Pater noster ⁊c. Et hanc ꝯcordātiā declarat Joannes dn̄ici. vbi. s. cuius verba causa breuitatꝭ omitto. Post orationē ergo dn̄icā nulla est excellētior: nulla sublimior: nulla dignior: nulla vtilior ac salubrior isto bn̄dicto cātico. Et iō cuilibet deuoto inquit ꝓpheta Esa. xxiij. Bene cane: frequēta canticū. ⁊ Ezech. vij. Canite tuba. i. voce sonora. ꝑparent omnes. s. ad canēdū deuote hoc cāticū. hic enī est illud cāticū qḋ suaui sono canit Ezech. xxxiij. Hoc etiā est illud cāticū de quo ꝑdixit Dauid ps̄. xxxix. dicēs. Immisit in os meū canticū nouū: carmē deo nr̄o. vn̄ dicebat ps̄. lxviij. Laudabo nomen dei cum cantico ⁊ magnificabo eum in laude. ⁊ ps̄. xcv. omnes inuitabat ad canēdū dicēs. Cātate domino cāticū nouū: cātate domino omnis terra. et Eccli. xxxix. dicitur. Collaudate canticum ⁊ benedicite dn̄m. ⁊ Esa. xlij. cātate dn̄o canticū nouū: laus eiꝰ ab extremis terre. ⁊ Michee. ij. scriptum est. Cantabitꝛ canticū cum suauitate. Beata autem virgo dicebat cum ꝓpheta. ps̄. xij. Cantabo domino qui bona tribuit mihi: et psallā nomini dn̄i altissimi. ⁊ ps̄. lviij. vt cantē fortitudinē tuam. qḋ fecit cum dixit. Fecit potentiam in brachio suo ⁊c. Item illud Dauid in psalmo. lxxxviij. Misericordias domini in eternū cātabo: quod fecit: cum dixit. Et misericordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies ⁊c. Ipsa ergo seruauit ꝑceptū spūsancti dicentis per os Dauid ps̄. xcvij. Cātate ⁊ exultate ⁊ psallite. vn̄ ⁊ in eius ꝑsona ꝑdixerat idem propheta ps̄. lxx. Exultabūt labia mea cum cātauero tibi. Dicebat quoqꝫ ipsa bn̄dicta virgo illud ps̄. c. Misericordiam ⁊ iudiciū cantabo tibi dn̄e. Quod fecit quando cecinitꝰ dicens. Deposuit potentes de sede: ⁊ exaltauit humiles. In hoc aūt cantu suo dedit beata virgo exemplum illis qui sunt diuino cultui deputati: vt deuote cantarēt cantica diuina sm̄ ordinē ecclesiasticū. c. in die. de conse. dist. v. ⁊ cum ipsa exultauit in deo: dedit exemplum cantādi ⁊ iubilandi magis corde ꝙ̄ ore. sicut postea ordinauit ecclesia in. c. nō mediocriter. de consecratione. distinctione. v. ⁊. c. seduio. xxxviij. distinctione. et. c. cantantes. vbi glo. xcij. distin.

Pars Secunda huius sermonis que dicitur Modalitatis.

Inquit Nico. de ly. super Lucā ꝙ in cātico beate virginis primo ponitur modus cantandi. et hec est pars presens. Secundo subditur causa cantandi. ibi: quia respexit ⁊c. et hec est pars sequens. Circa primum declaratur laus virginis tanꝙ̄ magna cum dicitur. Magnificat. Secundo vt deuota. ibi: anima mea. non tm̄ labia mea. Tertio vt debita. cum dicitur. dominum. cui debetur laus ⁊ honor. Quarto vt iocunda. ibi: et exultauit spiritus meus. Quinto vt recta. ibi: in deo salutari meo. ⁊ dicit In deo: ratione creationis. salutari: ratione recreationis. meo: ratione assumpte humanitatis: quia sic fuit ipsius virginis ⁊ nō alterius. hec ille. Dicit autem. Magnificat anima mea dominum. non tamen addēdo aliquid ad eius maiestatis magnitudinem: quia immensa est: nec augeri potest nec minui. vnde Ecclesi. xviij. dicitur. Quis inuestigabit magnitudinē̄ eius? Non est minuere nec addere nec inuenire magnalia dei. Magnificauit aūt

cū eius magnificentiā oībus nunciando. sicut
faciebat Dauid dicens ps.xxxiij. Magnificate
dnm mecū. Et hanc expositionē approbat do=
minus Johannes gerson, cancelarius pari=
siensis vbi supra dicens Dominus a creatura
magnificaꝛ nō in augmentū sui in se sed qꝛ ma
gnus esse pdicaꝛ, cantꝛ ꝛ laudatur. aut certe qꝛ
magnificā facit animā cui magna facit qui po
tens est. nam quos iustificauit hos ꝛ magnifi=
cauit. Quid parū tibi vr magnificata beate
marie virginis aia. que operationi supra mo=
dum magnifice fuit ausa pbere cōsensum Fiat
inquit mihi sm verbū tuū. i. fiam mater illius
filij cuius est pater deus. Quid excelsius. quid
sublimius ꝛ magnificentius poterit cogitari?
quod ꝛ vidit cū pphetice subiunxit. Ecce enī
ex hoc beatam me dicēt oēs generatiōes. hec
ille. Item Maria magnificauit dnm humiliā=
do se. iuxta illud ps.lxiij. Accedet hō ad cor al
tum ꝛ exaltabitur deus. Magnificauit dnm: il
lum oībus preponēdo: dicens cum ppheta ps.
cxliiij. Exaltabo te deus meus rex ꝛc. Magnifi
cauit dnm eius corpus mysticū augēdo. iuxta
illud esaie. xxxiij. Magnificatus est dns. qm re
pleta ē syō iudicio ꝛ iusticia. Magnificauit do
minū ipm laudando ac dicēdo cū ppheta ps.
lxviij. Magnificabo eū in laude. Magnifica=
uit dnm ipsum benedicendo iuxta illud Eccli.
xliij. Benedicentes dnm exaltate illū quantum
potestis. quia est maior omni laude. Magnifi=
cauit dnm eius inimicos expugnādo. iuxta il=
lud Exod.xv. Cātemus domino gloriose enim
magnificatus est ꝛc. Dicebat ergo cōtinue ip=
sa btā virgo sposo suo celesti cū ps.lxx. Reple
tur os meū laude: vt cantē tota die magnitudi
nem tuā. Item dicebat cū eodem ppheta. Ma
gnificabo eū nimis in ore meo. Oēs quoqꝫ in=
uitabat ad idem faciendū dicens cum prophe
ta ps.xcvj. Oēs gētes magnificate eū. Dicebat
autem deo illud exod.xv. Quis similis tui ma
gnificus in sctitate? Et illud ps.viij. Eleuata
est magnificētia tua sup celos. Ex hoc aūt can
tico apparet excellētia ꝛ altitudo atqꝫ audacia
istius dignissime vginis que illum magnifica
re attentauit. de quo dr Eccli.xliij. Quis ma=
gnificabit eum sicuti est quasi dicat nullus. Ip
se nāqꝫ est ille de quo.b.Job.xxiij. sui lib.c.di=
cebat. Nolo multa fortitudine cōtendat mecū
neqꝫ magnitudinis sue mole me premat. et ra=
tionem assignabat. xxxix.c.di. Est enī magnus
fortitudine ꝛ iudicio ꝛ iusticia. ꝛ enarrari non
potest. Uera est enī pphete sula dicentis psal.
xlviij. Magnus dns ꝛ laudabilis nimis: ꝛ ma=
gnitudinis eius nō est finis. et tamen ista no=
bilissima puella eum magnificauit idest ma=
gnum fecit. Qꝛ enī deus magnus in eius vtero
paruulus factus est. ꝛ in visceribus eius cre=
uit. et lacte eius nutritus magnus factus est.
Ideo merito inquit eius mater se illū magnifi
care. i. maiorē facere. Scdm aūt Ber. inqt. Nō
laudaꝛ hic magnus dns ꝛ laudabilis nimis. sꝫ
paruus dns, ꝛ amabilis nimis. Dicit vo beata
vgo. Magnificat aīa mea. quia lingua nō suffi
cit. Unde glo. inquit. Qꝛ tanto munere domin9
me sublimauit vt nullo lingue officio explica=
re possim ideo tm animi interioris affectum in
agendis gratiarū laudibus offero. Uel dicit.
Aia mea. q.d. nō solū corpus ꝛ lingua: sed prin
cipaliter aia mea magnificauit dominū. Deus
enī vt.s.dixim9 magnificādus est et laudādus
magis mēte ꝙ voce. iuxta illud apli ephe.iiij.
Cātantes in cordibus vestris deo vnde dice=
bat. Psallā spū psallā ꝛ mente ex quibus patet
suauitas cātici huius vginalis Licet enī dica
tur Eccli xl. Tybia ꝛ psalterium dulcē faciūt
melodiā ꝛ sup vtrūqꝫ lingua suauis. tamē dul=
cior est cātus spūalis scꝫ iubilus cordis ꝛ men
talis melodia. Eccli.xxx. Non est oblectatio
supra cordis gaudiū. Quis ḡ erit tāte sufficien
tie, vt valeat explicare vel percipere quā te me
lodie est cāticū qd instrumentaliter virginis
sctē aia cātat. Cōsidera si vales qlis sit cytha
reda. qualis cythara qualis ꝛ cantici materia.
Nā etiā bonus cātor si voce rauca vtaꝛ: male
cātat. ꝛ bonus cythareda fracto instrumento
male cytharizat. Nec etiā sufficit vox pulchra
ꝛ instrumentum nobile si autor artis sit impe=
ritus. iuxta illud Ouid. in .iij. lib. de ponto. c.x.
Non bene cātātes labor est audire puellas.
Item data peritia artis ꝛ instrumētorꝫ compo
sitione perfecta, si materia sit displicibis de
suauitate cytharizātiū ꝛ canentiū aliqd subtra
hit. Ad faciedā ergo pfectā ꝛ delectabilē melo
diā, requiriꝛ bonus magister bonū instrumen=
tum ꝛ materia suauis et delectabilis ꝙ omnia
erāt in eo: de quo inquit Uirgil. in.j. eneidos.
Cythara crinitus Jopas personat aurata do
cuit que maximus athlas. In isto autem cāti=
co cythareda est spiritussanctus qui etiam in
omni instrumento inepto ꝛ vili suauiter sonat.
Ut enim inquit Gre. in sermone apostolorum.
Tetigit puerum cytharedā Dauid ꝛ psalmistā
fecit Tetigit etiā puerum iuniorem Danielē
ꝛ iudicem senū fecit. Pastorem armentarium
Amos: ꝛ prophetā constituit. Piscatorem Pe=
trum: ꝛ principem aplorum ordinauit. Theolo
narium ꝛ publicanum Mattheū ꝛ apostolū ac
euangelistā creauit. Persecutorē fideliū Pau
lum. ꝛ predicatorem gentiuꝫ fecit. Qualiter er
go cantabit ꝛ armonizabit spiritussanctus vbi
instrumentum est anima virginis sanctissime?
Sed adde nobilissimo cytharede et suauissi=
mo ac optimo instrumento preciosam ac de=
lectabilem materiam. Quia in hoc dignissi=
mo cantu cantātur magnalia diuine laudis
Unde bene cecinit virgo gloriosa dicens Ma=

gnificat anima mea dominū. q̄si diceret cum pp̄ha. Cōfitebor dn̄o nimis i ore meo. τ in medio multoꝝ laudabo eū ps. cviij. Nimis idē respe ctu magnī sꝫ respectu audientiū q̄ taꝫ magna capere nequeūt. Uel melius exponēdo. Cōfite bor domino nimis in ore meo. i. si voluero ma gnificare deum in ore meo: nimis esset τ nimis prolixum. immo impossibile. vnde τ paulus q̄ in paradiso vidit loq nō potuit. ij. ad Coꝛ. xij. Magnificat ḡ aīa mea dn̄ꝫ. q̄ rapta ē ad vidēdū ei⁹ ei⁹ magnificētiā. q: ꝺbꝫ hoc dn̄ fieri n̄ possēt. E

ET bene notādū est ꝙ dicit anima mea Nullus eñ pp̄le dicere pōt aīa mea nisi q̄ totaliter hꝫ aiam liberā ab oi ser uitute. vt inq̄t Archiep̄s florētinus in. iiij. par te summe. ti. xv. c. xxviij. §. ij. vbi etiā dicit ꝙ tri plex est seruitus a qua opꝫ esse liberā τ immu nem vt sit anima sua. Prima est seruitus crimi nis siue vitioꝝ de qua dr̄ Jo. viij. Qui facit pec catum seruus est pcti. Sed peccatum sicut est triplex ita τ eius seruitus est triplex: est enim triplex pctm̄. s. moꝛtale. qd̄ pfecte facit hoiem seruū pcti τ diaboli. iuxta illud. ij. Pe. ij A quo qs superatus est eius τ seruus ē. et vt dicit Au. Quis est seru⁹ tot dn̄oꝝ quot vitioꝝ. τ hoc ma xime impedit alam ne possit deo vacare. Per originale aūt pctm̄ sensus hois τ cuncta cogi tatio ei⁹ prona est ad malū ab adolescētia sua vt dr̄ Gen. viij. τ c. omnis etas. xij. q. j. Nec libe ratur anima ab impedimento talis seruitutis pugne carnis contra spiritum. vñ nō pōt ita li bere volare ad deum per cōtemplationē τ va care diuinis. Nec aliquo sacramēto circūcisio nis vel baptismatis vel alterius liberat a ta li seruitute lꝫ subleueē plus τ minus. sed semp remanet pugna carnis que alam captiuā du cit sub lege peccati fm̄ inclinationē. etsi nō do minetur omnino. Ueniale aūt tepefacit aiam τ pigrioꝛem reddit ad ascendendū in deuꝫ fer uoꝛem tollens spiritus. Scd̄a seruitus est san guinis siue propinquoꝝ. que etiam alam aliq̄ liter tenet captiuam ne in deum totaliter va dat Sicut patet de illo qui xp̄m sequi cupie bat sed tñ retinebat ne eum⁹ seq̄retur dicens. Permitte me prius sepelire patrem meum. Math. viij. Contra quem defectū. s. nimie affe ctionis ad parentes venit domin⁹ mittere gla dium separationis dicens. Ueni separare fi lium aduersus patrem. τ filiam aduersus ma trem suam ꝛc. vt hr̄ Math. x. τ Luc. xij. et hoc ideo quia caro τ sanguis: regnum dei non pos sidebunt. vt ait apostolus. j. ad Coꝛin. xv. Unde τ Ambro. inquit in ca. cui poꝛtio. xij. qō. j. Hec est vera sacerdotis fuga. abdicatio domestico rum. τ quedam alienatio chariſſimoꝛuꝫ vt suis se abneget qui deo seruire gliscit. hec ille. Ter tia seruitus est mundialium τ terrenarum re rum spinis suis sollicitudinum animam liga tam tenentiū: ne libere deo seruire valeat: vt patet de illo qui domino seruire cupiebat p fecte. Cui interrogāti dominū de via pfectio nis cū ipe dn̄s respōdiſſet. Si vis pfect⁹ eē: va de τ vēde omnia que habes τ da paupibus τ seq̄re me tristis retroceſſit discedēs ab eo q: ha bebat multas possessiones. vt dr̄ Mat. xix. Ne cesse est ergo vt aia q̄ vult intelligere magna lia dei. τ in cōspectu eius solius semp medita ri. a iugo cuiuslibet harum seruitutū sit libera τ immunis In cuius figuram dixit dn̄s abrae Genes. xij. Egredere de terra tua. i. de munda nis cupiditatib⁹ τ de cognatiōe tua. i. de ami cis τ attinentibus. τ de domo patris tui. i. de vi tijs τ criminibus per que quis efficit filius dia boli: τ de domo ac familia eius. iuxta illud Jo. viij. Uos ex patre diabolo estis τ desideria pa tris vestri: idest diaboli facere vultis. Sequit in dicto. c. Genes. τ veni in terrā quā mōstraue ro tibi. scꝫ contēplationis τ suauis perfectiōis Talis aūt potest dici. filius dei renatus nō ex sanguinibus iniquitatuꝫ neqꝫ ex voluntate car nis necessitatum amicoꝛū neqꝫ ex volūtate vi ri. s. mundi vanitatum. et consequenter potest dicere aia mea. Cuꝫ autē nullius creature pu re anima. fit que non fuerit subiecta peccato. Quia si dixerimus quia peccatum nō habem⁹ ipsi nos seducimus. τ veritas in nobis non est. vt dicit Johānes in canonica sua. excepta san cta virgine. vt dicit Augu. Que etiam parētū amoꝛem oblita est segregata ab eis in sua in fantia τ deo totaliter mancipata. vt historia natiuitatis eius edocet. et ab omni terrena cu piditate elongata. Restat vt talis virgo ab om ni iugo seruitutis excussa totam animam suaꝫ possideret τ dicere sola potuerit. Magnificat anima mea dominum. et ita cecinerit vsqꝫ in fi nem. Poterat enim dicere cū ps. xviij. Medita tio coꝛdis mei in conspectu tuo semper. hec Archiepiscopus floꝛentinus. Cuius verba aut non concludunt intentum. aut necessario est dicendum. ꝙ beata virgo fuit totaliter libe ra et immunis a peccato originali. aliter non semper potuiſſet dicere anima mea. vt ipse p supponit. Nam pro illo tunc vel instanti quo fuiſſet in peccato originali: non fuiſſet libera eius anima. sed serua diaboli τ peccati. vt dif fuse probauimus in parte. prima huius ope ris. Sola ergo beata virgo inter puras huma nas creaturas potuit dicere illō Eze. iiij. Ani ma mea non est polluta ab infantia mea vsqꝫ nunc. et illud ps. xxj. Anima mea illi viuet sci licet semper et nunq̄ diabolo seruiet. Et con sequenter semper magnificabit dominum. ¶

IN quibus verbis apparet virtus et san ctitas virginis. que non egit sicut multi qui carmina vel alia opera ediderunt alij in quibus descripserunt facta egregia

magnorum virorum ut ab eis vel vel ab eorum posteris divitias vel honorem consequerent. Alii vero laborauerunt tractare materias delectabiles et obscenas ut poete. alii subtilia ut phi. alii lucratiua ut iuriste. alii temporum successus ut historiographi. Et sic ut conuertet ad capessendam vel tpalem comoditatem. vel gratiam et famam: ut in perpetuum duraret eorum memoria. Sicut Ouid. quod inquit i vi. metamor. Iamque opus exegi quod nec Iouis ira nec ignes. Nec poterit ferrum nec edax abolere vetustas. Unde de talibus verificat illud Eccia vi.s. faciendi plures libros nullus est finis. Btã autem virgo hoc canticum edidit precise ad decantandas dei laudes. et hic est eius oris finis et intentio. Et ideo dicit. Magnificat aia mea dnm. Et nota quod non dicit deum non sponsum non filium non patrem quia quodlibet horum dicere potuerit vere. Sed tamen dicit dnm. ut ol via pprias laudes fugeret et diuinis tamen intenderet. Si enim dixisset deum suam humilitatem tacuisset. quod fieri non poterat cum ea usque ad redundantiam plena esset. et omni verbo tactu gestuque se humilem et vilem predicaret pro posse. Qui enim dicit deum sui dicentis nullam conditionem exprimit. cum deus non dicatur re. atiue. Si aut dixisset sponsum. patrem vel filium: multum se laudasset. Et ideo dicit dnm. quod nomen est relatiuum ad seruum et ancillam. quia hoc nomen seruus et ancilla est nomen vilitatis Et sic sicut respondit angelo. Ecce ancilla dni. ita nunc cecinit. Magnificat aia mea dnm. Quia ergo btã virgo non quesiuit famam vel gloriam suam. sed semper diuinam ideo deus reddidit eam gloriosam et famosam. Ipse enim inquit i. Reg. ii. Qui me glorificauerit glorificabo eum. Et non solum ipsa est famosa sed et hoc eius canticum est famosius omnibus aliis canticis. unde omni die cantatur. et hora multum apta. s. in vesperis et modo multum grato et solemni magisque ola alia ecclesie cantica. Alia quoque rone dixit bndicta virgo dnm. ut. s. hoc suum canticum diuine laudis redderet magnificum. Nam ad magnam laudem quatuor requiruntur. s. ut fit a magno laudante. a magno modo. de magnis factis. et de magnis psonis. Ex quibus omnibus hoc canticum redditur magnificum. Nam laudans est magna. s. aia virginis talis et tanta. Modus est nobilissimus. quia exultauit spiritus eius rc. Item de magnis factis que in ipso cantico narrant. Restabat ergo ut a quarto magno laus deceretur ut esset tota magna. Et hoc fit cum ait dnm. Et prudenter dixit absolute dominum. non illum vel illum quia non loquitur de aliquo domino alicuius portionis mundi. ut fecerunt tragici. comici et historiographi. sed de dno vniuersali. Cui dicitur Hester xiii. Dominus vniuersorum tu es. et in ditione tua cuncta sunt posita. De illo loquitur. cui soli dicitur illud Exod. xv. Dns bonus innocẽs. Qui est deus deorum et dns dominantium. Deutero. x. Et cui dr Iudith. ix. Dns nomẽ est tibi soli. qui solus est dns fortis et potens. dns potens in prelio. ps. xxiii. Qui solus est dns virtutum. ps. xlvi. Qui est dns excelsus terribilis sup oẽm terram. ibidẽ. Cui inquit idẽ propheta. ps. lxxxii. Nomẽ tibi dns. tu solus altissimus sup oẽm terram. Cui etiã dicit Eccli. xliii. Terribilis dns et magnus vehementer. r. ii. Mach. xiv. Tu domine vniuersorum qui nullius indiges. Est ergo hoc canticum valde magnificum. quia de tanto dno loquitur. Et ideo est excellentius omnibus scripturis mundialibus. Quo vero ad diuinas scripturas est sciendum fm quosdam catholicos doctores quod tria sunt que pferunt scripta scriptis. s. tempus in quo adinuenta sunt. forma tradendi. et dignitas persone tradentis. Respectu primi istud canticum preponitur omnibus scripturis veteris testamenti. Respectu secundi preponitur omnibus epistolis. actibus et pphetiis noui testamenti. Respectu tertii preponitur omnibus scriptis in euangeliis exceptis his que de ore xpi emanauerũt. quia nulla persona post xpm dignior reperitur. Et ideo hoc canticum est frequentandum secundum predictos doctores. qui etiã dicunt quod alia quoque ratione dixit beata virgo dnm ut scilicet mentem ad timorem et reuerentiam dei excitaret. Quia initium sapientie est timor domini Eccli. i. Iste enim terminus dominus includit timorem filialem qui est amoris. iuxta illud Malach. i. Si ego dominus: vbi est amor meus. Item dixit dominum. ut pprietates dei explicaret quod non est dns sicut tyrannus temporalis qui a depredatione subditorum dicitur dominus: quasi dominus. immo nihil. sed multum et cuncta surripio. Sed a largitione beneficiorum dicitur dominus quasi do munus. Et hoc insinuauit. cum eius beneficia commemorauit. Primo data sibi in particulari dicẽs. Fecit mihi magna qui potens est: et postmodũ beneficia data oibus dicens. et mia eius rc. Scdo a liberatione oppressorum dicitur dominus. quasi do manus. i. adiutorium. Et hoc insinuauit eum salutarem appellauit idest salutem dantẽ. Itẽ cum dixit. Deposuit potentes de sede. s. opprimẽtes alios. et exaltauit humiles. s. a potentibus depressos. Tertio a debellatione inimicorum dr dominus: quasi dominas hostibus. Et hoc insinuauit cum dixit. Fecit potentiam in brachio suo dispersit superbos mente cordis sui. ¶

Grecus autem expositor super Luc. exponit hec verba virginis. Magnificat anima mea dominum dicẽs. quod hoc inquit beata virgo. quasi diceret. Mirabilia que deus prenunciauit. in meo corpore exercebit. Sed anima mea infructuosa apud deum

nō erit. Conuenit autem mihi et volūtatis fru ctum afferre. Nam quanto amplo doceor miraculo:tāto teneor glorificare in me mirabilia operantē. Orige aūt sup hoc passu inqt. Si aūt dñs nec augmentū nec detrimentū recipere pt qd est q maria loquit. Magnificat aīa mea dominū. Sz si ꝯsiderē dñm saluatorē imaginē eē inuisibilis dei. ⁊ aīam factā ad eius imaginem vt sit imago imaginis tūc videbo qm in exemplo eoꝝ q solēt imagines pingere qn magnificauero aīam meā ope. cogitatione ⁊ sermone tūc imago dei grādis efficit vt ipse dñs cuius imago est in aīa mea magnificetur. hec ille Et idē dicit diuus Ambro. sup Lu. q ait. Magnificatur dñs nō q humana vox ei aliqd adiūgat sed qꝛ magnificatur i nobis dñ aīa nostra que ad imaginē dei est creata. p iusticiā se xp̄o cōformat q est imago p̄ris. Et sic dū ip̄m xp̄z imitando magnificat. qdā pticipatione magnitudinis eius sublimior fit vt illaz imaginē splendido bonoꝝ colore factoꝝ ⁊ quadā emulatione ꝟtutis in se videat exprimere. Magnificat ergo dñs nō in se s in nobis. sicut ēt dr scīficari. Unde ei dicim⁹. Scīficet nomen tuū. Hanc aūt magnificationē diuinā fiendā ab aīa btē ꝟginis ꝓdixerat ꝓpha dauid q in eiusdē ꝑsona inqt ps. ciij. Benedic aīa mea dño ⁊c. B

Sequit aūt btā ꝟgo in cātico suo dicens. Et exultauit spūs meus in deo salutari meo. Qd exponēs Hugo cardinalis dicit q aīa ⁊ spūs idem sunt s aīa dr inquantū aiat ⁊ viuificat corpus vnde hic bene viuendo magnificat deū q fecit eā. Spūs aūt dr inquantuz supcelestia cōtemplat. cuius ꝓprie est exultare in deo. Et hec exultatio multū displicet diabolo. vnde. i. Reg. iiij. Philistiim ingemuerunt dicentes. Uhe nobis. Non em̄ fuit tanta exultatio heri ⁊ nudiustertius. Uhe nobis. Quis nos seruabit de manibus sublimiū deoꝝ istorum Ui aūt dr. Uhe nobis. qꝛ duplex est exultatio q displicet eis. Una cōtra tristiciā seculi. De q dr. ij. ad Corin. vij. Tristicia seculi mortem operatur. Alia cōtra tristiciā carnis q spm deijcit. de q Prouer. xviij. scriptū ē z In merore aīmi. i. aīe deijciet spūs Et ꝓpter hoc dr ad Phil. iiij. Gaudete in dño semꝑ iterū dico gaudete. Hec exultatio siue hoc gaudiū qd est in deo,. est contra gaudiū diaboli: cōtra mundi: ⁊ cōtra gaudium carnis Gaudiū vero diaboli ē impietas contra deum. Prouer. ij. Letant cum male fecerint. ⁊ exultant in rebus pessimis. Gaudiū mundi est vanitas contra proximum. Job. xxi. Gaudent ad sonitum organi. ducunt in bonis dies suos. ⁊ in puncto ad inferna descendunt. Gaudium carnis est voluptas contra seipsam De quo Prouer. xiiij. dr. Extrema gaudij luct⁹ occupat. In his autē nō gaudebat beata ꝟgo

sed in deo. Et iō inquit. Exultabit spiritus me⁹. in quo nulla est simulatio. In deo salutari meo. i. in filio saluatore. nō in mūdi honore. nō in carnis voluptate. nō in generis nobilitate. nō in corporis pulchritudine. nō in mūdi ꝓsperitate. sed in deo salutari meo. iuxta illud ps. lxxxiij. Cor meum ⁊ caro mea exultauerunt in deū viuū. ⁊. i. Reg. ij. Exultauit cor meū in dño ⁊ exaltatū ē cornu meū in deo meo. Au. Exultat i dño q terrena o curat. quē ꝓsperitas emollit quē aduersitas tēporalis non frangit quē sola dei memoria delectat. iuxta illd Thre. iij. Memoria memor ero et tabescet i me aīa mea. C

Potest ēt sic exponi. Exultauit spūs meus in deo salutari meo. i. a me sm carnē cōcepto. Unde ipsa sola ⁊ specialiter pōt dicere eū suuz. Hec Hugo ꝑdictus. Sed lz hec expositio sit bona: tamen rectius ⁊ melius dixisset exponendo in terminis in quibus loquit beata ꝟgo eū appellās salutare suū q sic fuit suū salutare vt nūq eo mō fuerit alterius qꝛ nullū salua uit redimendo a pctō originali p gratiam preseruationis. nisi ipsam quā dignissimo modo redemit. Sicut canit ecclesia i officio cō ceptionis dicēs. Nullū redemit filius ex omni gēte dignius. qui te seruauit proul de mūdam paterno scelere. Et ideo xp̄s dr salutare beatissime ꝟginis particularis singulari modo. ⁊ ita p antonomasiam appellat ⁊ nullus alius pōt sic eum nūcupare. Uera est em̄ illa sniā quaz ego metrice scripsi dicēs beate ꝟgini. Te crimine solā immunē natus cōtulit esse tuus. Non potuisset aūt bndicta ꝟgo dicere deū saluatorem suū spālem nisi ab originalis peccati casu ⁊ dāmnatione ꝓseruasset ⁊ saluasset. Hāc ꝟo particularem ac dignissimā saluationem ꝓuidens in spū Abac. dicit in. c. vlt. Ego aūt in dño gaudebo. ⁊ exultabo in deo iesu meo. Jesus em̄ idē. est qd saluator. Dauid qꝫ ps. lxij. ait in ꝑsona eiusdem. In velamento alaꝝ tuaꝝ exultabo. Deus em̄ alis benignitatis ⁊ mie sue velauit alaꝫ virginis. ne infici posset immundicia pctī originalis. De qua velatione ipsa tunc. ⁊ etiaz in hoc cantico exultauit: ⁊ nō solum ipsa; ꝓpter hoc exultauit sed etiam tota ciuitas celestis. ita vt posset dici illd Hester. viij. Exultauit tota ciuitas. ⁊ de oibus sanctis angelis de saluatione ⁊ ꝓseruatione dñe sue gratulantibus dici posset illud. ij. Esdre. iiij. Exultauerunt cum musicis ⁊ leticia dei. De ista quoqꝫ exultatione virginis propter ꝓseruationez a casu originalis peccati predixit Dauid ps. xv. in persona eius dicens. Prouidebam dñm in cōspectu meo semper: qm a dextris est mihi ne commouear. Propter hoc letatum est cor meū ⁊ exultauit lingua mea ⁊c. Exultare autem debuit maria ad gratiarum actionem deo reddendam:

q: ipse deus exultauit in vtero eius vt gygas ad currēdā viā.s.sue salutis & totius mūdi.ps. xviij.Vñ dicebat illud ps.lxv.exultauit sub lingua mea. In psona h3 eius dicebat Dauid ps.lxx.Exultabunt labia mea cum cantauero tibi:& aia mea quam redemisti.s.ab originali pctō pseruando.Inuitabat et alios ad exultandū illud ps.lxxx.Exultate deo adiutori nostro. Et ps.xciiij.dicebat Uenite exultemus dño.iubilemus deo salutari nostro. D

Ad hāc et exultationē exhortabat beatā virginē Johel ppha.ij.c.sui libri.dicēs. Exulta & letare terra.Per terrā em vt supe declarauimus intelligit spūalr virgo bene dicta. Nec mirum si ipsa exultauit Nam de alijs sanctis scriptum est ps.lxxxiij.Exultauerunt in deum viuum.Et ps. lxxxix.in persona eoꝝ dr.Exultauimus & delectati sumus.Et ps. xxxi.etiam canit Dauid dño di.sancti tui exultent.Et ps.cliiij.& iusti tui exultabunt ps.quoq3 xlvj.dicit electis iubilate deo in voce exultationis.& ps.cvj.iteꝝ de ipsis ait annūcient opera eius in exultatione.Et ps.cxvj. scriptū ē. Uox exultationis in tabernaculis iustoꝝ.Et psal. cxxv.in exultatione metent.Et iterū. Uenient cum exultatione portātes manipulos suos.et ps.cxxxj.Sctī eius exultatiōe exultabūt.Quid ergo credendum est fecisse istā sanctissimā & super oēs a deo electā virginē:pfecto credendū est q semper exultabat in dño sicut de ea supra dictū fuerat Esa.xlj.vbi dr.Exultabis in dño & i sancto israel letaberis.Vñ ipsa dicebat illō Esa.lx.Exultabit aia mea in deo meo.Ipsa ergo faciebat in terris quod sancti faciunt in celis.De qbus dr ps.penul.Exultabunt sancti in glia . et iterū , exultatiōes dei in gutture eoꝝ. & esa . lxv.illis inqt deus. Gaudebitis & exultabitis vsq3 in sempiternū.Basilius ho exponēs predicta verba cātici hui⁹.s.exultauit &c.ait.E

Primus fructus spūs est pax & gaudiu3 Quia ego virgo sancta totam sibi hauserat spūs gratiam merito subiungit. et exultauit spūs meus in deo salutari meo. et idē aiam dicit & spm:. Consueta aūt in scripturis exultationis platio: insinuat alacrem quēdam & iocosum habitum aie in his q digni sunt.proinde ho exultat in dño ineffabili cordis tripudio & resultatione in strepitu honesti effectus Beda aūt exponens illud.In deo salutari meo.& assignās causa3 huius exultationis inqt.Quod eiusde3 iesu.i.saluatoris spūs virginis eterna diuinitate letatur:cuius caro tpali cōceptione feratur.Ambro.ho dicit. Magnificat ergo anima marie dominū.& exultat spiritus eius in deo,: eo q aia & spū pri filioq3 devota vnum deū p quē oia pio veneratur affectu.Sit aūt in singulis marie aia vt magnificet dominum.Sit in singulis Marie spūs vt exultet in dño.Theophilus aūt inqt.Ille deū magnificat qui digne sequit xpm.& dum xpianus vocat christi nō minuit dignitatē magna & celestia operando.et tunc spūs eius.i.spūale chrisma exultabit.i.perficiet et non mortificabitur.Origen.vero ait.Prius autē aia magnificat dñm.vt postea exultet in deo. nisi eni3 ante crediderimus exultare non possumus.Hec ille.Exultare aūt sm papiā. huguitionem et Catholicon . est valde vel extra salutare:,et est gaudiū qđ nō solū verbis exprimit.s3 etia3 gestu corpis pre nimia leticia ostendit.& talis fuit exultatio btissime virginis que exultauit. i.extra totius humane nature facultatem saltauit & exiliuit.ac tota in eterne maiestatis cōtēplationē absorpta:gaudio ac leticia inexplicabili in aia & in corpore repleta fuit. Quia vero dicit exultasse spm suū est notādū q spiritus multipliciter accipit.s3 quātū ad pñs spectat dico q,accipit pro pro flatu holo.Iuxta illud Gen.ij.Inspirauit in faciē ei⁹.s.Ade.spiraculū vite.i.spm siue flatū.Pro aere etiam quo respiram⁹ sumitur spūs.Iuxta illud ps.cxviij. Os meū aperui & atraxi spm.Iste ergo spirit⁹ marie sc3 flatus.exultauit i deo q totus ad glo riā dei diffusus pandit magnalia sua.Spirit⁹ etiā inquātum aer dr suus dici potest inquantū nō solū aer.sed etiā totus mundus fact⁹ est suus cū dei sit.& per consequēs dña oium. Aer ergo.iste ingrediens per os virginis ad suum creatorem qui eius latebat in vētre: modo suo exultabat.qz magis purificatus.atq3 radijs diuinitatis impletus dulcissime resonabat. F

Secūdus spūs dicitur angelus. Iuxta illō ps.ciij.di.deo. Qui facis angelos tuos spiritus.Quelibet autem anima a principio creationis sue h3 angelum ad sui custodiā deputatu3.vt ait hieronymus super Matthe.& ponit magister sententiarum in.ij. distin.xj.Beata igitur virgo habuit inter alios vnum spiritum supremum.qui fortassis nec ante nec postea datus est alicui ad custodiā.s3 soli virgini huic ab initio reseruatus. Sicut em sola fuit mater vnigeniti filij dei.& in gratuitis vniuersis mirabiliter singularis.sic etiam sane dici potest custostiam sibi singularem datā fuisse.Si enim habuit singularissimum spōsu3 ad seruitium & electissimum apostolum ad obsequium quare nō credatur habuisse nobilissimum spm ad auxilium.Hic igitur spiritus angelicus datus sibi ad custodiā.prius exultauerat de obedientia humilitate & alijs virtutibus ipsius virginis alme.At vbi verbum dei eius est carne vestium exultauit in deo salutari.i.iesu marie filio:quia deputabatur ad custodia3 siue potius ad obsequium domini dei sui.: Si tenere quis velit q angelus matris sit etiam angelus prolis donec nascat.sm quosdā dicē-

tes q quando filius nascitur: accipit angelum proprium: quia tunc est sicut fructus ab arbore matre precisus: sed donec est in ventre matris est sub custodia angeli materni tanq aliq pars matris. Fructus em pendens e pars fundi. l. fructus. la. ij. ff. de rei ven. et hec opi. fuit beati Tho. in. j. parte sum. q. cxiij. arti. v. vel vt aliq allegat in. cxiij. q. v. Quis ergo explicare poterit quanto gaudio exultabat sps ille qui primo vidit deum incarnatu? Qui fuit prim spiritussancti minister ad illud ineffabile op. Qui primus corpusculu illud aut formauit aut formanti assistit. Qui prim inuisibiles cunas deo parauit. qui prim cibu de matre in os diuinu expssit. Qui sicut assistit visione in celo coram patre. sic assistebat in terris filio icarnato. qui primus illud vidit desideratu cōmertiu. Angelus quoq Gabriel accepto virginis respōso et verbo dei incarnato. primus ad celu tot iocūdus ac exultās celestē curiam letificatur ascēdit. Iste aūt Marie sps certus de psenti. pro tota hierarchia, celica exultabat. Exultabat nāq hic optim Marie sps qn videbat ipaz dei matrē effectā: et tāto filio dignam. G

TErtio dr sps anima. iuxta illō Eccl's. iij. quis scit si sps filioz Adam ascēdat sursum? Et vltimo eiusdē lib. c. xij. Reuertat puluis. i. corpus in terrā suam. et sps. i. anima: ad deum qui dedit illum. Et iste sps Marie exultauit. Et est sensus q sps. i. anima: q magnificauit deum quo ad alios etiaz exultat quo ad seipsam: ita q sicut dilatat deus. i. magn ostēditur per os virginis in corda audiētiū ei magnificationē: sic etiam crescit in ipso spiritu vl anima sua per maiorē inherētiā: capacitatē et dilectionē eius. Uel est dicendū deq mēte! quorundā doctoz q aīa Marie piūcta corpori magnificauit dnm. sps vo raptus a cōiunctione corporis qntum ad sensum actualis isormationis exultauit in dno. vn magister Joānes gerson in trac. secūdo super Magnificat. dicit. beata virgo fuit in excessu sps vel in extasi mētis respectu illoz quoz non poterāt ex sua virtute vel intelligētia ppriaz cognitionē accipere: vt quid esset deus in se et in sua magnificentia. qd angeli per omnia. Quid felicitas quā nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascendit. hec ille. Ex qua visione supnaturali exultauit in dno sps eius. O igitur beata beatorum virgo pijssima. per istā ineffabilē exultationē tuam impetra et mihi a dno quē tātopere magnificasti: vt et ego illum digne merear magnificare: et sps meus exultare possit in deo salutari tuo et meo. O beatissime sps virginis gloriose: qui semper in deo exultauit: nec mirū quia in se deum habuit qui habitat in humili spiritu. Esa. lvij. Ipsa enim seruauit illud Eccli. vij. humilia valde spm tuum. Et ideo deus semper habuit curā de spiritu ipsius virginis vn dicere poterat deo illud Iob. x. visitatio tua custodiuit spiritū meum. O bndicte sps Marie de qua dici potest illud ps. xxxj. Nec est in spiritu eius dolus. Et ideo cōfidenter dixit in morte illud ps. xxx. In manus tuas dne cōmendo spiritū meum. H

QUarto accipit spirit pro feruore mentis. iuxta illud ad Roma. xij. spiritu seruētes dno seruiētes. et. j. ad Timo. v. spiritu. i. feruorē nolite extinguere. Et iste feruor deuotionis virginis gloriose exultauit in dno. i. ipsam exultare fecit. Quinto accipit sps pro deo: quia sps est deus. Jo. iiij. vel particulariter accipit pro persona spussancti. Istum aūt spiritū suū dicit beata virgo exultasse in deo: quia ipsam exultantē fecit in se deo salutari suo. sicut etiaz dicitur ad Roma. viij. Ipse sps postulat pro nobis gemitib inenarrabilib: quia nos postulantes facit et gementes. Exultauit ergo btē virginis sps afflatus rore spussancti. sicut et dicitur de Christo Lu. x. In illa hora exultauit Jesus in spusancto. De hac afflatione, spussancti in ipsam dei matrē pdixerat Dauid dicens deo patri. ps. cxlvij. Flabit sps eius, et fluent aque. s. diuinaꝝ laudum ab ore virginis, per hoc mirabile canticū. O Maria quis erat ille sps qui tm exultare faciebat spiritum tuum? Profecto erat ille de quo dr Sap. xij. O q̄ bon et suauis est dne sps tuus. et Eccli. xxiiij. inqt ipse deus. Sps meus sup mel dulcis. O beatissima virgo tu semper habuisti istū spm paraclytū. i. psolatorē qui te semp in omnib tuis sanctis operib direxit. vn dicere poteras deo illud ps. cxlij. Sps tuus bonus deducet me i terrā rectā. De te quoq dici poterat illud Esa. lxiij. Sps dni ductor eius fuit. et ideo eam mirabiliter exultare fecit. Tu etiam dicere poteras illud Ezech. iij. Eleuauit me spiritus inter celum et terrā. et illud Apoca. xxj. Sustulit me in spiritu. Adeo em eleuabat mentē tuā spussanctus: vt de spiritu tuo dici posset illud. j. ad Corinth. ij. Spirit omnia scrutat, etiam pfunda dei. Et ideo ptinue exultabas tu in deo salutari tuo. Sed dic mihi obsecro o genitrix dei sanctissima. Quis est iste deus in quo exultabas? Certe rndēri potest. Iste est ille qui inqt Gen. xvij. Ego sum de omnipotēs. et ideo fecit mihi magna qui potēs est. Ipse est ille cui dr Num. xvi. Fortissime deus spirituū. et ideo exultauit in eo sps meus. Iste est ille de quo dr Deute. iiij. et ad Heb. xij. deus noster ignis consumens est. Et ideo igne sui amoris accēdit spm meū: ac eum exultare fecit. Ipse enim est deus cordis mei: et pars mea deus in eternum. ps. lxxij. Ipse est deus saluator meus. Esai. xij. Ipse est deus abscōditus. s. in vētre meo. Esa. xlv. Ipse est deus dns fortitudo mea. Abachuc. iij. Ipse est deus

est deus totius consolationis.ij.ad Corinth.i. Iste est ille deus qui locutus est in sancto suo. ps.cvij.i.In corde meo.ꝛ fecit me exultantē canere laudes in cātico isto.qđ vult ab omnibus frequentari:ac dici cum iubilo.Unde dixit᷒ mihi Esa.lix.Spiritus meus qui est in te:ꝛ verba mea que posui in ore tuo non recedēt de ore tuo:ꝛ de ore seminis tui amodo vsq; in sempiternuȝ.Sicut ergo ego exultaui in domino:ita et semen meum seruiet ipsi.ps.xij.scilicet hoc canticum deuote decantādo.ꝛ tunc de semine deuotorū meorum verificabit illud ps.xxxvi.ꝛ semen illius in benedictione erit.Quilibet ergo deuotus meus debet magnificare mecū in hoc cantico filium meum:ꝛ exultare ei ac dicere cum ꝓpheta ps.xlj.Tu es salutare vultus mei ꝛ deus meus.Exultēt ergo omnes gentes: quia gentibus missum est hoc salutare.Actuū xxviij.Ipse est enim ille de quo dicebat Iacob deo Gen.xlix. Salutare tuum expectabo dñe. et erit expectatio gentium.Ipse est ille de᷒ quo Dauid rogabat deum ps.l.di.Redde mihi letitiam salutaris tui.ꝛ ps.lxxxiiij.Ostēde nobis domine misericordiā tuam:ꝛ salutare tuum da nobis.Ipse est ille cuius incarnationē vidētes prophete in spiritu exultabāt.vnde Esa.lij.sui lib.c.dicebat.Uidebūt omnes fines terre salutare dei nostri.Si ergo sancti patriarche ꝛ prophete tm̄ exultauerūt propter huius salutaris expectationē:quare exultare non debet spirit᷒ meus in deo salutari meo quem incarnatū habeo in vtero meo.

¶ Pars secunda huius sermonis que dicitur Causalitatis. 3

CAusa huius cantici virginalis vt inquit Nico.de ly.super Lu.fuit vt dei bñficia connumeraret ꝛ ei gratias referret.Uñ primo cōnumerat bñficia sibi collata singulariter.ibi:quia respexit humilitatem ancille ine ꝛc. Secundo bñficia collata populo Iudeoꝝ specialr̃.ibi:suscepit Isrl̃ puerum suum.Circa primū dicit.quia respexit humilitatē ancille sue.q.d.ſm Nico.de ly.vbi.s. Bene debeo magnificare ꝛ laudare dominuȝ. quia respexit humilitatē ancille sue.Naȝ lȝ ex omnib᷒ virtutib᷒ fuerim disposita ad ꝯceptionem filij dei specialr̃:tamen hoc fuit ex humilitate.Unde diuus Hiero.in suo transitu inquit. Maluit deus de beata Maria incarnari ꝓpter humilitatē ꝙ̄ propter aliam quātācunq; virtutē.Hugo aūt cardinalis exponit hec verba.Respexit humilitatē ancille sue.i.me humilem ancillā.Placuit enim ei humilitas ancille:cui displicebat supbia Eue vt sicut per supbiam Eue mors intrauit in mundū.sic per humilitatem ancille vite pandatur introitus.vñ in figuram dixit Lya Gen.xxix.Uidit dñs humilitatē meam:nunc amabit me vir meus.Habuit autem humilitatē beata virgo a patre suo Dauid.qui dixit.ij.Reg.vi.Ludā ꝛ vilior fiam plus ꝙ̄ fact᷒ sum:ꝛ ero humilis in oculis meis et cum ancillis:de quibus locuta es gloriosior apparebo.Item a filio qui dixit Mat.xi.c. Discite a me quia mitis suȝ ꝛ humilis corde.Sed hic est notādū ꝙ multipliciter respicit de᷒ hominem.Primo peccata dimittēdo:sicut respexit Petrū.Lu.xxij.Secūdo respicit penā infligendo.vñ Exo.xiiij.dr̃.Respiciēs dñs super castra Egyptioꝝ interfecit exercitū eoꝝ.ꝛ Abac. i.inquit deo ꝓpheta.Quare nō respicis iniqua agentes.Tertio respicit occulta cordiū ꝯsiderando.iuxta illud Cant.ij.En ipse stat post parietem nostrū:respiciēs per fenestras:prospiciens per cancellos.Et hoc modo respexit de᷒ virginem benedictā.cuius occulta cordis semper tēdebāt in deum.Quarto respicit aliquem eius opera acceptādo.Gen.iiij.Respexit deus ad Abel ꝛ ad munera eius ꝛc. trāssumptiue in c.scriptum.xliij.q.v.ꝛ de peni.dist.i.c.nunqd.ꝛ dist.v.c.cōsideret.ꝛ.iij.q.vij.c.in grauibus.Et hoc modo respexit deus opera virginis gloriose que illi erāt gratissima.Quinto respicit gratiam inspirando.vnde orat ps.dicēs.Respice in me ꝛ miserere mei.Et hoc etiam mō semper respexit eam cui plenitudinē suarum gratiarū infudit.Sexto respicit approbādo.iuxta illud Abac.i.vbi dicit ei propheta.Oculi tui mundi sunt.ꝛ non poteris respicere ad iniquitatē.i.eā approbare.aliter non esset summe bonus . Et isto quoq; modo respexit matrem suam:cuius oīa opera approbauit.Septimo respicit remunerādo.iuxta illud Gen.xxxi.Laboreȝ manuū mearum respexit deus.Et hoc etiaȝ modo respexit beatissimā virginem.cuius operatiōes magnifice remunerantur. Octauo respexit ab inimicis defendēdo:ꝛ ab omni malo liberādo. iuxta illud Exo.ij.Respexit deus filios Israel et liberauit eos.Hoc quoq; modo singulariter respexit deus virginem benedictam quam ab omnib᷒ hostib᷒ ꝛ malis liberauit ꝛ ꝑseruauit. Et ideo ipsa sola semper deum magnificauit: et exultauit in deo salutari suo.Ipsam namq; solam saluauit ꝑseruando ab originali peccato.ꝛ ideo deus ita fuit hoc modo salutaris su᷒: ꝙ nunq̄ fuit nec erit alteri.Rationem aūt huius magnificationis ꝛ exultatiōis assignat dicens.Quia respexit.i. semper oculo amoris et grē aspexit.humilitatē ancille sue.i.me q̄ semp fui humilis ancilla eius.Non enī vnq̄ seruiui diabolo per peccatū originale.sed semp fui ei᷒ seruitiis mācipata ꝛ dedicata.In his ergo verbis beata virgo ostēdit se sine originali peccato fuisse conceptā.ꝛ de hac ꝑseruatiōe gratias agit deo salutari suo.Unde notādū est:ꝙ sicut

beata virgo si cõcepta esset in peccato origina
li nõ semper magnificasset dñm nec exultasset
in deo salutari suo.quia in illo instãti quo fuis
set in peccato magnificasset diabolũ:ꝛ exultas
set in eo:sicut peccatores dicunt exultare in re-
bus pessimis. Prouer.ij.Ita etiam non semper
fuisset respecta a deo:quia in illo instanti fuis-
set ab ipso deo reprobata ꝛ despecta:nec in il-
lo instãti potuisset se appellare ancillã dei:q̃a
fuisset ancilla ac serua diaboli. K

O Igitur gloriosa virgo semper a deo respe
cta.roga eum qui dixit Leui.xxvi.Respi-
ciam vos ꝛ crescere vos faciã:vt nos respiciẽ-
do per gratiã faciat in bonis operib⁹.ꝛ virtuti
bus ꝓficere.Tu quoq o benedicte deus sicut
respexisti humilitatẽ ancille tue ꝛ dñe.mecita
nunc respice de sanctuario tuo Deut.xxvi.ꝛ re-
spice ad orationẽ serui tui.ij.Reg.viij.Respice
et exaudi me dñe.ps.xij.Tu qui respexisti hu-
milem ancillã tuam virginẽ Mariam:respice
ad humilitatẽ nostrã. Judith.vi.Respice dñe
in seruos tuos.ps.lxxxix.Non est aũt mirandũ
si deus respexit virginẽ Mariam paupercula.
nam oculi eius in pauperẽ respiciunt.ps.x.Et
quid mirũ si humilitatez respexit ancille sue q̃
humilia semp respicit.ps.cxij.ꝛ.cxxxvij.Ille er
go cui humiliũ ꝛ mansuetoꝝ semp. placuit de-
precatio.Judith.ix.ꝛ qui semp respexit in ora-
tionẽ humiliũ.ps.ci.semper exaudiuit ꝛ gratã
habuit orationẽ huius humilis ancille sue.vñ
ipsa merito dicere potest deo illud ps.xxx.Re-
spexisti humilitatẽ meaz.Ipse eñ inquit Esa.
lvi.ad quẽ respicit nisi ad humilẽ ꝛc.quia etiã
hec humilis ãcilla dei fuit in fide stabilissima.
ideo eaz respexit deus.cui dr Hiere.v.domine
oculi tui respiciũt fidẽ.O igit ancilla dei.tu es
illa q̃ dicere potes illud Hester.xiiij.vbi Hester
regina in figurã tui dixit deo.Tu scis ꝙ nunq̃
letata sit ancilla tua nisi in te dñe deus.In tui
quoq figurã dixit Abygail.i.Reg.xxv.famula
tua sit in ancillã.O ancilla dignissima q̃ ꝓpter
humilitatẽ tuam facta es angeloꝝ regina.Tu
bene sciebas vt ait Ambr.ꝙ nulla maior est di
gnitas q̃ deo; seruire:cui seruire regnare est.
Fac ergo;ꝛ nos seruos tuos:et ex benignitate
tua filios tuos:vt vnusquisq nostrũ possit dice
re deo illud Sap.ix.Ego suz filius ancille tue.
O humillima dei ancilla:nunc sup oẽs angelo
rum choros exaltata.ꝑfecto adimpleta est pro
phetia tua in qua ꝓnũciasti dicẽs.ecce eñ ex
hoc beatã me dicẽt omnes generationes.quia
enim deus ab humilibus honorat:vt dr Eccli.
iij.ideo te omniũ humillimã voluit ab omnib⁹
merito honorari ꝛ beatificari.Item quia vt in-
quit filius tuus.Lu.xviij.Omnis qui se humi-
liat exaltabit.ꝛ deus ponit in sublime.Job.v.ꝛ
qui humiliat⁹ fuerit erit in gloria.Job.xxij.nõ
immerito fecit te in celesti curia super omniuz

sanctoruz gloriam exaltari:que humilitate tua
omnes superasti:ꝛ cũctos ad salutem ꝑduxisti.
vñ exclamat Augu.in sermone de assumptione
dicẽs.O vera humilitas que deum hominib⁹
peperit:vitã mortalib⁹ edidit:celos inouauit:
mũdũ purificauit:paradisum aperuit:ꝛ homi-
nuz alas liberauit.Facta est marie humilitas
scala celestis:per quã deus descẽdit ad terras.
Quid eñ est dicere:Respexit humilitatẽ ancil
le sue:nisi approbauit.Multi eñ vident in con
spectu hominũ humiles esse:sed eorum humi-
litas a deo non respicit.Si enim veraciter hu
miles essent:ab hominib⁹ non se laudari vel-
lent:ꝛ non in mũdo:sed in deo spũs eorũ exul-
taret.hec ille.Beda ꝟo super Lucã de benedi-
cta virgine loquẽs ait.Cuius humilitas a deo
respicit:recte beata ab oibus collaudat.Atha
nasius aũt dicit.Si enim ꝫ prophetam beati
sunt qui habẽt semen in Syon ꝛ ꝓximos in hie
rusalẽ:q̃tum debet esse preconiũ diuine ac sa-
crosancte virginis Marie que sm carnẽ verbi
genitrix est effecta.Grecus ꝟo ait.nõ aũt se bea
tam appellat inani vexata gloria.vñ eñ locus
in ipsa supbie que se ancillam dñi nũcupauit.
Sed sacro tacta spiritu que futura sunt presci-
uit.Hugo aũt cardinalis exponẽs illa verba.
Ecce enim ex hoc beatã me dicẽt omnes gene-
rationes.inquit.i.oẽs gẽtes.s.Judeoꝝ ꝛ Gen-
tilium:viroꝝ ꝛ mulierũ:diuitum ꝛ pauperum:
angeloꝝ ꝛ hominũ:quia omnes per ipsam sa-
lutare beneficiũ acceperũt:homines recõcilia-
tionem:angeli reparationẽ.Christus enim dei
filius operatus est salutem in medio terre.i.in
vtero Marie que quadam mirabili proprieta
te terre medium appellat.Ad illam enim re-
spiciunt.vt Ber.inquit ꝛ qui habitant in celo:
et qui habitãt in inferno.i.in purgatorio:ꝛ qui
habitant in mundo.Primi vt resarciant.Secũ
di vt eripiantur.Tertij vt reconcilient.Ex hoc
ergo beatam te dicent omnes generationes o
beata virgo:quia omnibus generationib⁹ vi-
tam:gratiam ꝛ gloriam genuisti mortuis vitã:
peccatoribus gratiam:miseris gloriam.Ideo
dicitur Judith.xv.Tu gloria Hierusalẽ:tu leti
tia Israel:tu honorificẽtia populi nostri:q̃ feci
sti viriliter.Primum est vox angeloꝝ quorum
ruina per ipsam reparata est.Secundũ est vox
hominum:quorum tristitia per eam letificata
est.Tertium est vox mulierũ:quarum infamia
per ipsam delata est.Quartum est vox mortuo
rum quorum captiuitas per eam reducta est.
hec ille. L

Q Ui etiam vbi.s.declarat qũo oẽs genera
tiones beatificãt gloriosam virginẽ.s.in-
cipiẽtiũ:ꝓficientiũ:ꝑfectoꝝ ꝛ beatoꝝ.Et iterũ
indt ꝙ mũdus illos dicit esse beatos qui diui-
tes sunt.iuxta illud ps.cxliij.Beatum dixerũt
populũ cui hec sunt.Sed ꝓpheta inquit.Bea-

tas pp̄ls cuius dñs deus ei⁹. Et talis fuit beata virgo. Item ait q̄ omnes dicunt beatum illum a quo beneficia receperunt. Et ideo nos omnes debemus dicere betã virginẽ Mariam q: ab ea multa recepimus beneficia maxime quatuor scz Preciũ nostre redemptionis. j. ad Cor. v. Medicamentum nostre egritudinis. eccli. xxviij. Viaticum nostre peregrinationis. Jo. vj. ⁊ premiũ nostre retributionis. Gen. xv. ⁊ Esa. lxj. M

B Eatissima igitur virgo ab omnibus oibus gñerationibus btificat. et p̄mo a gñeratione diuina de qua inquit pater filio. vt habetur ps. cix. Ante luciferũ genui te. De qua etiam. Esa. liij. dr. Generationẽ ei⁹ q̄s enarrabit: scz eternã. q. d. null⁹. Ipse igitur deus pater postq̄ cũcta creauit p verbum suũ cum spũsancto. bñdixit btẽ virgini in figurã. et btãm eam dixit qñ bñdixit diei septime in qua requieuit ab omni opere qd̄ patrarat. Gene. ij. Est aũt ista bñdictio operũ cõsummatio. a peccatis vacatio. ⁊ eterne requiei p̄figuratio q̄ omnia perfecte reperiunt in beatissima virgine. Fuit eñ in ea p̄fecta operũ consummatio: quã do oia creata in vno hoie vniunt cũ creatore. ⁊ primũ fit vltimũ ⁊ vltimũ p̄mũ. nõ eñ est perfectio motus vel op̄is nisi in circulo. Fuit secundo in virgine sancta a p̄ctis vacatio. in q̄ nullum vnq̄ fuit pct̄m originale vel actuale. mortale aut veniale. Tertio hec requies non tantũ fuit future requiei signũ sed ẽt cã Si ergo septima dies est benedicta p̄pter sabbatũ dei. i. cessationẽ ab operib⁹. ⁊ tñ excellentior est sabbatismus recreationis. qua scz requiescens in virgine mundũ recreauit sabbato recreatiõis ergo ⁊ bñdictio maior. In oibus eñ requiem q̄siuit. ⁊ ita ipsa sola inuenit in qua inuenit oia q̄ eciq̄ q̄siuit vñ in tabernaculo eius requieuit. Eccli. xxiiij. Postq̄ vero ipse dei filius de v̄gine natus cõuersatus est in mũdo. semel predicans mulieri exclamãti ⁊ dicenti. Beatus vẽter qui te portauit ⁊c. R̄ndit. Quinimmo beati qui audiunt verbũ dei. ⁊ custodiunt illud. q. d. Non solũ illa que me portauit btã est. sed etiã oẽs qui audiunt verbum dei ⁊ obseruãt. ⁊ complent illud ope beati sunt. Et q: ipa v̄go p̄secti⁹ audiuit ⁊ obseruauit oia mãdata dñi ⁊ cõsilia. ideo btissima ⁊ benedicta est sup oẽs. et sic p₃ quõ diuina generatio beatam dicit virginem gloriosam. N

S Cd̄o eã dicit btãm generatio angelica de qua põt exponi illud Gen. ij. Iste sũt gñationes celi ⁊ terre. dr ibi gñatio creatio a deo. ⁊ generatio celi est creatio angelorũ. sicut Aug. super Gene. ad lr̃a₃ exponit illud. In principio creauit deus celum ⁊ terrã. i. angelicã naturã. Hec aũt gñatio celi. i. angelorum btificat laudat ⁊ bñdicit multipliciter v̄ginem gloriosa₃. Vñ gabriel p oib⁹ dixit illi. Aue g̃ra plena cũ sibi nunciauit ɔceptũ filij dei. Ad partum v̄o eius postq̄ angelus cũ magna luce apparẽs nũciauit pastorib⁹ cũ magna iocũditate natiuitatẽ filij v̄gis. facta est cũ ipso multitudo militie celestis. i. angelorum canentiũ. Glia i altissimis deo ⁊ in terra pax hoibus bone volũtatis Luce. ij. q̄si diceret. Glia parat in celis p̄pter deũ natũ ex v̄gine maria. Et pax reconciliationis cũ eo hoibus habẽtibus bonã volũtatem. In assumptiõe v̄o ei⁹ cũ ascẽdit in celu₃ vt canit ecclesia. gaudẽt angeli ⁊ laudãtes bñdicũt dñm. ac admirãtes de tã excellenti glia dicunt. Que est ista q̄ p̄gredit quasi aurora cõsurgẽs ⁊c. Cañ. vj. Tẽpore q₃ magni Gregorij cũ ipse Gregorius in p̄cessione p̄grediẽs p vrbem Romã cũ omni clero ⁊ populo ad rogãdũ deũ pro cessatione seuissime pestis que Romanam vrbem inuaserat deferri faceret quanda₃ tabulam vbi depicta erat imago btẽ virginis marie p vexillo ante p̄cessionẽ visi sunt angeli circa figurã beate virginis canẽtes in laudẽ eius. Regina celi letare alleluya. Quia quem meruisti portare al'. Resurrexit sicut dixit alleluya. Cui addit gregorius. Ora pro nobis deũ all'. De hac aũt beatificatione angelica habet Cañ. vj. vbi dr. Surrexerũt filie syon ⁊ btissimã p̄dicauerũt eã. Filie eñ syõ dicũt angeli nõ p̄pter sexũ sed p̄pt intelligẽtiã ⁊ clarã atq̄ cõtinuã speculationẽ diuinorum. Syõ nãq̄ interpretatur speculatio. et ad hoc creati sunt angeli. Qui omnes surrexerunt ad laudandã ⁊ beatificãdã reginã suã virginẽ benedictam. O

T Ertio. beatã dixit eã ⁊ dicit generatio humana. de q̄ dr eccl's. j. Gñatio p̄terit scz p mortẽ. ⁊ gñatio aduenit scz p natiuitatẽ aliorum hominũ. est aũt triplex hominu₃ gñatio scz reproborum electorum. et doctorum. Et he oẽs gñatiões beatã dicũt eã ⁊ laudãt. De gñatione praua reproborũ dicit. Deutero. xxxij. Generatio p̄uersa ẽ ⁊ infideles filij. et Matthei. xv. inq̄t saluator. Gñatio praua ⁊ adultera signu₃ querit ⁊c. Ista aũt gñatio praua ac infidelis et adultera. est gentiliũ iudeorum saracenoru₃ turcorum. armenianorum iudianorum. georgianorum nestorianorum. et omnium scismaticorum ac hereticorum. grecorum et latinorum malorumq̄ christianorum. qui tamen omnes modo suo bñdicũt beatã virginẽ. Saraceni eñ ⁊ turci bñdicũt eã venerãtes in tẽplis suis. ⁊ ei thurificantes. ⁊ nomen eius in tali reuerentia habentes. q̄ blasphemantes illã graui pena mulctant. vt p₃ in alchorano machometi lege eorum. In quo libro dicitur sic de ipsa virgine. Dixerunt angeli. O maria deus annunciat tibi verbum ex ipso ⁊ erit nomen eius Jesus filius marie. Et iterum ibidem dicitur. Dixerunt an-

geli. O maria: de⁹ vti[que] elegit te clarã sup mu
lieres seculoꝝ. Et multa alia ibi dicunt ad lau
dem virginis gloriose. De paganis vo ⁊ genti
libus latinis pꝫ in Ouidio q̃ in lib. de vetula
multa p̄dixit de virgine b̄ndicta ad eius com
mendationē. Item de Uirgilio. q̃ lib. buccoli.
ait. Jam redit ⁊ virgo redeunt saturnia regna.
Jam noua ꝓgenies celo demittit alto ⁊c. Naꝫ
q̄uis Hiero. dicat Uirgilium non hec intendis
se dicere de xp̄o vel matre eius tamē possibile
est etiam ꝙ sicut Cayphas ꝓphetauit de salu
te mūdi per mortē vnius. scꝫ xp̄i. nō hoc inten=
dens nec intelligēs. ita ⁊ Uirgili⁹ de xp̄o ⁊ ma
tre ei⁹ bene dixerit vt sentit Aug. ⁊ simil'r dici
potest de Ouidio ⁊ alijs paganis. Ex grecis
vo. fuerunt multe Sibylle. q̃ multa ad cōmēda
tionē xp̄i ⁊ m̄ris eius dixerūt. de quib⁹ infra di
cam in parte sequēti huius operis sermone. j.
Scismatici quoq[ue] ⁊ heretici etsi in multis errēt
vel q[uia] diuisi sunt ab vnitate fidei. vel q[uia] male
sentiunt de aliquib⁹ articulis fidei venerātur
tñ beatā virginē exceptis illis q̃ asserunt ip̄am
habuisse alios filios ex Joseph. qđ blasphemū
est ⁊ iniquum dicere de matre dei. Sed ⁊ mali
xp̄iani modo suo b̄ndicūt virginē gloiosaꝫ. Nā
⁊ homicide adulteri incestuosi blasphemi. ꝓdi
tores ⁊ omniū vitioꝝ spurcitia infecti aliquan
do venerantur ip̄am ieiunantes in honorē ei⁹
diē sabbati vel diē occurrentē annunciationis
sue p totū annū semel in hebdomada. ⁊ ieiunā
tes eius vigilias in pane ⁊ aqua. ⁊ faciētes ele
mosynas amore ei⁹ immo ēt multe meretrices
i die sabbati nō peccarēt ꝓpter reuerentiā vir
ginis. ⁊ multi vident beatā virginē in maiori
veneratiōe habere. q̃ xp̄m filiū eius magis ex
simplicitate moti q̃ scientia. Sed quia honor
matris redundat in filiū. Prouer. xvij. Patien=
tiaꝫ hꝫ filius dei de hac quorūdā virorū ⁊ mu=
lierū simplicitate. Eccl'ie q̃ꝫ plurime p vniuer
sum orbē cōstructe ⁊ dedicate ad honorē ip̄ius
vginis plene imaginibus eius ostendūt deuo
tionē eximiā etiā armigerorū ⁊ aliorū munda
nis deditoꝝ. q̃ ad ip̄aꝫ pijssimā vginē se com=
mendantes cū votis gr̄as ab ea innumeras re
ceperunt. ⁊ euasiones ex periculis maximis. Ge
neratio ergo etiā reproborū benedicit ⁊ beati=
ficat m̄rēm dei.

P

Generatio quoq[ue] rectoꝝ ⁊ electoꝝ. de qua
ps. cxi. inq̄t. Generatio rectoꝝ benedice
tur. Et iterū. Hec est generatio queren=
tium dñm. Et Sap. iiij. dr O q̃ pulchra ē casta
generatio cū claritate. Que generatio cōpre=
hendit cōgregationē oim bonorū fideliū. simi
liter quātū potest beatificat virginē benedictā
⁊ si nō tantū quantū meretur. Unde statuit ec=
clesia officium pticulare qđ dr singulis diebus
ad honorē ipsi⁹ vginis sicut aliđ officiū ad ho.

norem dei. ⁊ ꝙ singulis diebus ter pulsent cā
pane ad honorē eiusdē b̄ndicte matris dei ma
xime de mane ⁊ de sero vt oēs ip̄am immacula
tam virginē genibus flexis adorātes veneren
tur ac beatificēt. ⁊ ei se recōmendent. ⁊ de per=
ceptis ab ea bn̄ficijs gratias agant. Generatio
ergo electoꝝ ⁊ oim fideliū beatam dicit dñam
nostrā. quod patet ex multitudine ecclesiarum
sub eius titulo edificatarū. Non est ei ciuitas
vel castrū seu villa que nō habeat ecclesiā vel
saltem capellā aliquam ad honorem virginis
marie. immo plures repreiūtur ecclesie ei inti
tulate q̃ in honorem saluatoris ⁊ alioꝝ sctōꝝ
oim. Et in ipsis ecclesijs ⁊ domibus p̄uatis vbi
q[ue] depingit eius imago. q̃ oēs attrahit ⁊ accen
dit ad eius amorem ⁊ deuotionē. Tales nā[que]
picture sunt libri ignorantiū litteras. in quib⁹
legere possunt ⁊ incitātur ad deuotionem ca.
ꝑlatum de conse. dist. iij. Et vbi in ecclesijs in
pte iferiori earū quasi in sctā ponit imago cru
cifixi tan[quam] candelabrū ad illuminandum ⁊ in
citādum ad sui imitationem. in parte superio
ri suo sacrario quasi in sctā sctōꝝ ⁊ in loco pro
piciatorij. s. tabule altaris: ponitur cōiter figu=
ra beatissime virginis cū filio in vlnis. vt me=
diante ipsa speremus propiciationem a pctis
nostris apud filiū suū. hoc autē salubriter insti
tutum est. vt dū sacerdos diuina sacramēta p=
tractat mariam intuēs: cogitet qualis fuit cui
creditum est solo verbo verbum carnem effice
cere ⁊ qualis debet eē sacerdos qui verbo suo
vel potius xp̄i a se ꝓlato vult corpus xp̄i ⁊ san
guinē efficere ex substā ia panis ⁊ vini. ⁊ exem
plo sue humilitatis ⁊ puritatis discat humileꝫ
⁊ purā gerere mentē. ac mediatricem ponat ip
sam vginē pijssimā ad p se interpellendū. ad
digne ⁊ fideliter ministrādū tantū sacramentū.
Fiunt in ecclesijs ꝓcessiones annuatim ad ho=
norem saluatoris in die Palmarū ⁊ sil'r ad ho.
norem matris sue in die purificationis ad cor=
respondentiam ad ipsum diem Palmarū. Naꝫ
sicut tūc portant rami oliue cū palmis insignū
victorie xp̄i de morte p resurrectionē futuram
⁊ ad significāduꝫ etiā nos habētes victoriā de
vitijs per pn̄iaꝫ ad vitā gratie resurrecturos.
ita in die purificationis cādelas accensas ge=
stamus in manibus lumen ardētissime chari=
tatis ipsius vginis designātes. ⁊ eā viuā. i. pro
pitiā in nostris operib⁹ ⁊ necessitatibus habe
re. ⁊ semp habituros protestātes. Ipsam quoq[ue]
beatā predicāt ⁊ beatificāt omnes sermocinā=
tes ⁊ predicātes xp̄icole: exordiū pro gr̄a im=
petrāda a salutatione angelica facientes. Pre
terea cum octo sint solemnitates particulari=
ter deo consecrate. vt natiuitas domini. Circū
cisionis Ephyphanie. Resurrectionis. Ascen=
sionis Trinitatis. pentechostes ⁊ corporis xp̄i
Ita octo sunt celebritates ad honorem vginis.

benedicte.s.eius immaculate atqꝫ sacratissime
conceptionis. Natiuitatis. Presentationis ei⁹
in templo. Annunciationis. Uisitationis Puri
ficationis. Assumptionis ⁊ festum niuis. Q

TErtia hominū generatio est sctōꝝ do
ctorum. de qua apl'ꝰ.ij.ad Coꝛ.iiij.in=
quit. In xp̄o iesu p euangeliū ipse vos
genui Generare ergo dicuntur doctores ⁊ pre=
dicatores ⁊ eccl'ie prelati eos quos sua doctri=
na,trahūt ad bene operandū. Beata aūt v̄go
a generatione oim sanctoꝝ doctoꝝ tam noui
q̄ꝫ veteris testamenti est beatificata. Nā oēs
sacre scripture testamenti veteris.⁊ oēs auto=
res qui eas ediderunt.ipsam virginem in figu
ram beatā dicunt. Unde Ruth.iij.dr. Ruth ex q̄
nata est beata v̄go. Bn̄dicta tu filia a dn̄o.⁊ Ju
dith que caput amputauit Holofernis.⁊ figu=
rat ipsam virginē gl'iosam. similiter ab Ozia
principe populi Israel multipliciter benedicit
Unde ei dixit vt habetur Judith.xiij.c. Benedi
cta es tu filia a dn̄o deo excelso pre omnibus
mulieribus sup terrā.⁊ bn̄dictus dn̄s qui te di
rexit in abscissione capitis principis inimicoꝝ
nr̄oꝝ.qꝛ nomē tuū ita magnificatū ē:vt nō rece
dat laus tua de ore hoim q̄ memores fuerint v̄
tutis tue. Et iteꝝ ibidē dr q̄ vniuersi filij Isrl'
adorauerūt dn̄m dicētes ad eā. Bn̄dixit te de⁹
in virtute tua.qꝛ p te ad nihilū redegit inimi=
cos nostros. Achior q̄ꝫ ex gentili factus iude⁹
ad eā dixit. Bn̄dicta tu a deo tuo qm̄ i omni gē
te que audierit nomē tuum magnificabit deus
Israel super te. Et.xv.eiusdem lib.c.dr q̄ Joa=
chim pontifex summus de Hierusalē venit Be
thuliam ad videndū eā cū p̄sbyteris suis vni
uersis.⁊ bn̄dixerūt eā oēs vna voce dicentes.
Quia fecisti viriliter ⁊ confortatum est coꝛ tuū
ideo eris benedicta in eternū. Que omnia fuis
se incomparabiliter pfectius in inclyta mūdi
regina per istas duas mulieres figurata aper
tissime patet. R

OMnes,etiā noui testamenti doctores stu=
pentes bn̄dictiones gl'iose v̄ginis ⁊ eius
excellentiā nō cessant appellare btām atqꝫ col
laudare bn̄dicere ⁊ p̄dicare hāc virginē glorio
sissimam q̄ virginitatis gl'ia permanente huic
mūdo lumen eternuꝫ effudit Jesum xp̄m dn̄m
nostrum. Unde canit ecclesia.⁊ fuit dictum bea
ti Gregorij dicentis. Beata es Maria que do=
minum portasti creatorem mundi genuisti qui
te fecit ⁊ in eternum permanes virgo. Et iterū
Benedicta ⁊ venerabilis es virgo Maria que
sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris
⁊c. Omnes etiam alij sancti immensis eam ex=
tollunt preconijs. Et sic patet quomodo ipsam
beatam dicunt omnes generationes. Et si di=
catur q̄ aliqui inueniuntur ita scelerati quod
eam nunq̄ꝫ benedicūt sed maledicunt. Item
aliqui sunt non solum infideles:sed etiaꝫ de ba
ptizatis qui de illa no ticiam nō habēt. vt sunt
paruuli.⁊ ideo eā actualiter nō benedicūt. Di
co q̄ pōt exponi:oēs gn̄ationes.i.aliqui de oi=
bus generationibus qꝛ qꝛ de oibus generatio=
nibus aliqui sunt cōuersi ad fidem qui laudāt
beatissimā virginē ⁊ eā beatificant.⁊ ita expo=
nit Nico.de lyra.⁊ est distributio p generibus
singuloꝝ.sicut sepe distribuit terminus vniuer
salis in sacra scriptura.⁊ etiā in iure canonico
vt in.c.nam concupiscētia.de cōstitu.⁊ in.c.cū
humilitatis.xxij.q.ij.⁊ in.c.si quis omnem.i.q.
vij.⁊ in.c.mulier.xv.q.i. De qua distributione
habet per theologos.in.iiij.distin.xlvi. Dicere
tamen possum⁹ q̄ vt.s.est declaratum. q̄ quasi
oēs de singulis generationibus beatificāt mo
do suo v̄ginem bn̄dictam.⁊ ideo eā semper de
bemus bn̄dicere.qꝛ verificabit de ea illō Nu=
meri.xxiiij. Qui bn̄dixerit tibi ipse erit bn̄dict⁹
Maxime aūt eā collaudare ⁊ btificare debem⁹
de hoc stupēdo ac valde mirabili cātico ab ip
sa edito.⁊ dicere ei illud.i.Regū.xxv. Benedi=
ctū eloquiū tuū. Et illud qd̄ ait magister Jo
hannes gerson in.iiij.tractatu super Magnifi
cat dicēs. Dignare nos laudare te virgo sctā.
o ter quaterqꝫ beata. Beata primo que credidi
sti clamat Elizabeth. Beata secundo quia grā
plena sm̄ Gabrielis salutationeꝫ. Beata tertio
et bn̄dicta.qꝛ bn̄dictus fructus vētris tui. Bea
ta quarto.quia fecit tibi magna qui potens est
Beata q̄nto.qꝛ mater dn̄i. Beata sexto.qꝛ fecū
data v̄ginitatis honore. Beata septimo.qꝛ nec
primā similē visa es nec habere sequētē.hec il
le. Merito ergo dixit dn̄a nostra. Beatā me di
cent ⁊c. In ei⁹ enim figurā p̄dixerat Lia Gen̄.
hoc p beatitudine mea beatā me quippe dicēt
oēs mulieres. Magister aūt Johānes gerson
in.v.tractatu suo super Magnificat. assignat
rationem quare ipsa gloriosa virgo beatificet
ab omnibus generationibus.dicens q̄ hoc nō
est.qꝛ ipsa mater est illius qui fecit omnes gn̄a
tiones celi et terre.⁊ oim que in eis sunt. Item
qꝛ ab initio ⁊ ante scl'a ipsa fuit predestinata vt
affinis esset oim gn̄ationū in oi genere affini=
tatis.ideo eā bn̄dicunt ⁊ laudant omnes gn̄a=
tiones. Est eñ nostra soroꝛ ab hūana specie.⁊ē
mater ex nostra post filiū regeneratiōeq̄.est co=
gnata angelis ⁊ nobis ex similitudine intelle=
ctualis nature. est vnum coꝛ nobiscuꝫ et vnus
spūs,ex dilectionis obligatiōe. Maxime autē
eam beatificant oēs generationes. qꝛ cogno=
scunt beneficioꝝ largitiones ex ea procedere.
Ideo ipsa dicit Eccli.xxiiij. Memoria mea in
gn̄atione seculoꝝ. S

SEquit aūt virgo benedicta in suo cantico
exponēs quare ab omnibus sit beatifican
da ⁊ dicit. Quia fecit mihi magna qui potens
est. Quod exponens Theophilus ait. Ostēdit
virgo non per suam virtutem se beatam pre=

dicādā.sed cām assignat dicēs.Quod fecit mi hi magna qui potens est.Que tibi facit magna? credo vt creatura ederes creatorē. famula do minum generares: vt per te mundū de⁹ redimeret.p te illuminaret.p te advitā reuocaret. Dicit autē de⁹ potēs essentialiter.qui a per se ꝛ ex se oīa potest.Uñ ad Roma.xi.ẽt ex quo oīa per quē oīa ꝛ in quo oīa. Ipse enim est de potens.qui de paruis ꝛ infim, facit magnos ꝛ fortes pauperē em facit ꝛ ditat humiliat ꝛ subleuat.i. gum.ij.Beda vero dicit.Respicit autem hoc ad initiū carminis vbi dictū est. Magnificat anima mea dominū.Sola em anima illa cui dominus magna facere dignat dign̄ eū pconijs magnificare pōt. Si quis vero q̄rat q̄ fuerint ista magna q̄ deus oīpotēs fecit beate virgini Respondet hugo cardinalis φ inter alia possunt.xij.assignari.Primū fuit in vtero matris sanctificatio.ꝛ nos addere debemus.ꝛ ab originali peccato preseruatio.Secundum angeli salutatio.Tertiū gratie plenitudo.Quartum fi lij cōceptio.Quintum fecūda ꝟginitas Sextū virginalis fecūditas.Septimum honorata humilitas.Octauū obedientie prōtitudo. Nonū fidei deuotio.Decimum est prudens verecundia.Undecimum verecunda prudentia. Duodecim dominium celi.hec ille.Nos autem dicere possumus.φ deus nunq̄ fecit nec faciet aliqua tam magna ꝛ excellentia in aliqua pura creatura sicut fecit in virgine gloriosa. Licet em magnum fuerit creare de nihilo celū ꝛ terram ꝛ omnem ornatum eorum tamen hec q̄uis sint ampla:nō sunt adeo magna vt sint diuine maiestatis capacia.Corpus vero virginis minimum formauit:in quo essentialiter totus est deus contentus:dicente apostolo de christo ad Col.ij.in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis.Et ppter hoc canit ecclesia.Sācta ꝛ immaculata ꝟginitas:q̄bus te laudibus efferam nescio.Quia quē celi capere nō poterāt tuo gremio cōtulisti.Magnū preterea fuit q̄n de⁹ populū Israel de manu Pharaonis regis ꝛ egipti signis magnis ꝛ pdigijs liberauit:ipo Pharaone cū suis in mari submerso.vt habet Exo. xiiij.Sed maius fuit in ꝟgine.qz nō vnū populum tm̄ sed genus hūanū saluauit diabolo infernali deuicto p eius filiū.q̄ dixit Jo.xij. Nūc princeps huius mūdi eijcietur foras.Magnum fuit q̄n māna de celo descendit Numeri.xi.sed maius est φ deus in ꝟginis vterum descēdit. Magnum preterea fuit φ deus pauit populum Israel in deserto quadraginta ānis māna de celo.Item φ de quinq̄ panibus xp̄s magnam hominū multitudinē satiauit.Mat.xiiij. Sed maius fuit φ in ꝟgine panē angelorū scʒ xp̄m formauit.qui totum humanum genus sui corporis sacramento pascere ꝛ satiare venit. vñ ipse inquit Joh.vj.Ego sum panis viuus:qui de celo descēdi.Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternū.Magnū fecit de⁹ quādo eduxit mel de petra oleūq̄ de saxo durissimo. vt habetur Deutero.xxxij.Sed maius fecit in virgine.de qua oriri fecit petrā a qua fluxerūt aque gratiarum ꝛ oleum pietatis ꝛ misericordie. iuxta.illud.i.ad Corinth.x.Bibebāt aūt de spirituali cōsequēte eos petra.petra aūt erat xp̄s. Magnū fecit de⁹ q̄n iordanis cōuersus est in suū fontē.vt habetur Josue.iij.ꝛ etiam ps.cxiij Sed maius fecit in ꝟgine:qꝛ antiquus dierum ꝛ canus eternitate vidit ꝟginem.ꝛ retrocessit ad infantiā diei vnius.sicut pdixit Daniel propheta.vij.sui li.c.dicens.Antiquus dierum sedit ꝛc.Et vt breuibus oīa magna in creaturis facta comprehendā.nihil in eis tam magnificū est quin vno solo actu ꝟgo gliosa oēs exuperet.Magnificū em oium q̄ vnq̄ facta sunt aut fient:factū est in ꝟgine q̄n deus q̄ fecit oīa.ꝛ a nullo ē fact⁹ nec creatus fact⁹ ē filius virgis.ꝛ exinaniuit semetipm formā serui accipiens ad Phil.ij.O mirabilissima ꝛ stupēdissima dignatio diuina φ in virgīe creator fact⁹ sit creatura deus hō ꝛ homo deus.infinitus factus sit finitus.eternus tēporalis.imortalis ꝛ impassibilis passibilis ꝛ morti subiectus.ditissimus paup ꝛ egenus.immēsus paruulus ꝛ abiect⁹. Quis vnq̄ audiuit talia:natura nō capit vsus nescit.rō humana nō cōprehēdit.caligant oculi. stupescunt aures.turbant oēs sensus.ecce φ mūdus pugillo cōtinetur.sphera cētro clauditur in cētro iacet circulus.de vase pdit figulus fontem excedit riuulus.pars excedit totum.lux monstratur per ignotū.stella gignit solē ꝛ vna puella regit deum. T

Dicit ergo btā virgo .Ille q̄ facit magna ꝛ inscrutabilia ꝛ mirabilia quorum nō ē numerus vt ẽt Job.ix.cui inde ppheta psalmo lxxv.Tu es deus q̄ facis mirabilia.Et de quo etiam dicit ps.cxxxv.Qui facit mirabilia magna.fecit mihi mirabilissima ꝛ inestimabilia. Unde dicere pōt deo ipsa virgo bñdicta illud psalmo.lxxxix. Misericordia tua magna est super me. U

Sed o virgo gratissima nunq̄d tu aliquid fecisti deo.Nūq̄d vicē ei reddidisti.Profecto si fas est dicere.tu 9m quid maiora fecisti deo q̄ ipse deus tibi ꝛ vniuerso generi hūano volo ergo ego dicere φ tu ex humilitate reticuisti.Tu em solum cecinisti. Quis fecit mihi magna q̄ potēs est.ego vero cano ꝛ dico. Quia tu fecisti maiora ei qui potens est.Deus nam φ hominem de limo terre formauit . Tu vero beatissima virgo deū de tuis purissimis sanguinibus generasti . ꝛ illum purissima carne tua cooperuisti ꝛ velasti.Uñ dicer potes illud

Eccli.xxiiii.ego feci in celis vt oriret lumē in-
deficiēs.ꝛ sicut nebula tegit omnē carnē.Puris
sima aūt caro tua ꝑualet omnib⁹ rebus mūdi.
Item deus hominē de fructib⁹ paradisi educa
uit:ꝛ tu ip̄m deum pauisti vbere de celo pleno:
cuius lactis vna gutta ꝑualet omnibus lignis
paradisi:fructibusq̧ omnib⁹ totius mūdi.De⁹
quoq̧ hominē pellicea induit veste:ꝛ tu virgo
gloriosa dei filium tuis pānicullis inuoluisti:ꝛ
postea tunica incōsutili induisti que p̄reualet
omnib⁹ tunicis mūdi.Et sic discurrēdo ꝓbare
possum:ꝙ tu virgo dignissima ſm quid multo
ampliora bñficia ꝯtulisti Christo ꝙ̄ deus ho-
mini in sue creationis p̄mo dio.Sicut eñ quā
to ꝑsona cui damnū ꝛ iniuria infert: est maio-
ris dignitatis:tanto maius censet damnū ma
iorq̧ iniuria.§.atrox.institu.de iniu.ꝛ.l.ꝑtor.§.
atrocē.ff.eo.tit.ita bñficia alicui collata tanto
reputari debent excellētiora quāto excellētior
est persona cui cōferunt.ꝛ ideo tua erga dei fi-
lium obsequia ꝛ illa que ei bñficia cōtulisti di-
gnissima:excellētissima:atq̧ quodāmodo incō
parabilia fuerūt.hoc tñ vt tam magna facere
posses deo.fuit vnū de illis magnis que fecit
tibi ipse qui potēs est ꝛ sanctū nomen eius.O
igitur beata per omnes generationes Hebreo
rum:Grecoꝝ:Latinoꝝ:ꝛ omniū generalr na-
tionū ꝛ linguarū.O sancta sanctarū.o pulcher
rima ꝛ prudētissima feminarū.Quid mirum si
per nomē sanctū suum fecit tibi tam magna tā
stupenda tamq̧ admirāda qui potēs est.nōne
ipse est qui dixit Gen̄.xxxii.quid queris nomen
meum qđ est admirabile? Nonne ipse est q̄ ait
Exo.iii.ego sum q̄ sum hoc nomen mihi in eter
num.Nōne ipse qui dixit Exo.vi.nomē meum
adonay nō indicaui eis.Quia ergo hoc nomē
mellifluū indicauit tibi.fac vt etiā nobis eius
virtutē ostēdere digneꝛ.Fac vt eius nomē bñ-
dictū deuote frequētetur a nobis:vt dicat ipse
filius tuus de nobis illud .ii.Paralip̄.vi.elegi
Hierl'm vt sit nomē meum in ea.O gloriosum
nomē de quo ꝓpheta inquit ps̄.cx.Sanctū et
terribile nomē eius.Profecto nullus vnq̄ hoc
bñdictū nomē tanta deuotione venerat⁹ est si-
cut hec sapientissima tympanistria nostra.que
illud Eccli.li.dicebat deo.Laudabo nomē tuū
assidue:ꝛ collaudabo illud in ꝯfessione.vñ per
virtutē ipsius diuini nois se ad tantā altitudi
nem ꝑuenisse ꝓfiteꝛ dicēs.Fecit mihi magna
qui potēs est:ꝛ sanctū nomen eius.Super qui
bus verbis dicit Nico.de ly.quidq̄d sanctita-
tis potest cogitari totum eminentius est in eo.
Hugo aūt cardi.exponit dicens.Sanctū đꝛ ab
effectu:quia participes sui facit sanctos.i.fir-
mos ꝛ mundos:ac finaliter beatos.iuxta illud
Joelis.ii.Omnis qui inuocauerit nomen do-
mini saluus erit. x

SEquiꝛ aūt beata virgo i cātico suo dicēs.
et misericordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies timē
tibus eū.In quib⁹ verbis ꝯnumerat beneficia
cōiter toti humano generi collata.Dicit ergo.
et misericordia eius.s.in me inchoata:dilataꝛ:
continuaꝛ ꝛ multiplicaꝛ.a progenie.s.Judeoꝝ
in ꝓgenies gētium.i.in omnes ꝓgenies mūdi
quas credituras ꝑuidit.ꝛ hoc est.qđ subdit ti-
mentib⁹ eum.Non mundū.non diabolum ſm
qđ exhortaꝛ dñs Mat.x.dicens.Nolite timere
eos qui occidūt corpus ꝛc.ꝛ ita exponit Hugo
cardinalis suꝑ Lucā.vbi etiā dicit:ꝙ talibus
timentib⁹ deum fit misericordia ab ipso.iuxta
illud Malach.vlti.Vobis timētib⁹ nomē meū
orietur sol iustitie:ꝛ sanitas in pennis eius.vñ
Act.x.inquit beatus Petrus.In veritate cōpe
ri quia non est acceptator ꝑsonarum deus:sed
in omni gente qui timet deum accept⁹ est illi.
Nicolaus ꝟo de lyra exponit.Et misericordia
eius.i.beneficiū incarnationis qđ ex misericor
dia dei factū est.vñ petebat Dauid dicēs.ostē
de nobis dñe misericordiā tuaꝫ.quasi diceret.
ostēdisti potētiam in creatione mūdi de nihilo
et sapientiā tuam in mūdi gubernatione sic or
dinata ꝛ iustitiā tuam in peccatoꝝ punitione:
sicut in diluuio ꝛ submersione Sodome ꝛ Go-
morre.Et ideo ostēde nobis dñe misericordiā
tuam in filii tui incarnatione a ꝓgenie.s.iudai
ca.quia sicut đꝛ Jo.iiii.Salus ex Judeis est.qꝛ
incarnatio dei facta est in virgine Judea natio
ne.Sed quia beneficiū incarnatiōis ad totum
mundū diffundiꝛ.ideo subdiꝛ.In progenies.s.
olm nationū.verūtamē quia lꝫ hoc bñficiū in-
carnationis se extēdat ad omnes q̄tū ad suffi-
cientiā:non tñ q̄tum ad efficaciā:sed tñ ad iu
stos.ideo subdiꝛ.timentib⁹ eum.s.timore filia-
li ꝛ casto.hec ille.Beda ꝟo inquit.A specialib⁹
se donis ad generalia dei iudicia conuertens.
totius humani generis statū describit subdēs.
Et misericordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies ti-
mentibus eum.quasi diceret.Non solum mihi
fecit magna qui potēs est:sed ꝛ in omni genere
qui timet deum acceptus est illi.Orige. aūt et
Aug.inquit.Misericordia dei non in vna gene
ratione:sed in sempiternū extēdiꝛ a generatio
ne in generationē.Ipse etenim deus inq̄t Deu
tero.v.ego sum dñs faciens misericordiam in
multa milia diligentibus me ꝛ custodiētibus
precepta mea.Et idem habetur Exo.xx.capi.ꝛ
ps̄.cxvi.đꝛ.Misericordia domini manet in eter
num.Grecus ꝟo expositor ait.Et misericordia
eius.s.quam habet in generatione generatio-
num nostram tractans salutem solius intuitu
pietatis.Miseretur autem non quibuscūq̧:sed
his quos timor eius compescuit in qualibet ra
tione vnde dicitur timentibus eum qui scilicet
ad fidem ꝛ penitentiam conuertūtur.nam qui
obstinati sunt incredulitatis vitio clauserunt
sibi ianuaꝫ pietatis.Dñs Theophilus autem

dicit. Uel per hoc innuit ꝙ timentes deum misericordiã consequent̃ in generatione ista.i.in presenti seculo:⁊ in futura. i.in seculo futuro. In hoc seculo cẽtuplũ accipiẽtes:⁊ in alio multo maiora.s.vitam eternã. Illis aũt qui non timent deum nec penitẽtiam agunt de peccatis suis:sed assidue peccãt nõ miseret̃ deus.c.diaconi.xciij. dist.quia facere misericordiã malis non est aliud ꝙ̃ ipsis fauere.xxiij.q.vj.c.si res aliena. y

PRogeditur aũt virgo benedicta in cãtico suo dicẽs. Fecit potentiã in brachio suo ⁊c.vbi ait Hugo cardi.ꝙ q: vt inquit ps.xxiiij. vniuerse vie dñi misericordia ⁊ veritas. Ideo cõmẽdata misericordia dei in timẽtib⁹ eum cõmendat virgo prudẽs iustitiã in ꝯtemptorib⁹. ostendens quid mereant̃:⁊ quid fecit illis dicens. Fecit potentiã in brachio suo.i.potenter per filium operatus est per quem omnia creauit:⁊ recreauit ⁊ glificauit:⁊ potestates aereas debellauit. Dicitur aũt filius brachiũ patris. quia sicut a corpore exit brachium: ⁊ ab eodem et a brachio manus.ita a patre filius: ⁊ ab eodez patre ⁊ filio spũssanctus. vñ Eccli.xxxvj.dr Glorifica manũ ⁊ brachium dextrũ. Item quia per ipsuz operat̃ pater:est aũt filius vt brachiũ figuli qui vasa gloriosa de luto fecit.iuxta illḋ Eccli.xxxviij.figulus sedens ad opus suum in brachio suo formabit lutũ.⁊ añ pedes suos curuabit virtutẽ suam. Itẽ est vꝫ brachiũ pugilis qui pugnãdo brachiũ regis Egypti.i.diaboli cõfregit. vñ dr Ezechie.xxx.fili hois brachium Pharaonis regis Egypti ꝯfregi ⁊c. Item est vt brachiũ nutricis ad portãdũ paruulos. Esa.xl. In brachio suo ꝯgregabit agnos.⁊ Osee.xj.dixit deus. Ego quasi nutritius Effraim in brachijs portabam eos ⁊ nescierũt ꝙ curarez eos. ideo dr Esa.xxxiij.esto brachium eorum in mane ⁊c. Item fecit ipse filius dei potẽtiã in brachio suo in cruce extenso:quia diabolũ superauit:⁊ captiuos de inferno liberauit:ac electos omnes ad supna leuauit. de primo aũt ⁊ secundo dicit ps.cxxxv. qui pcussit egyptum cum primogenitis eorum:⁊ eduxit Israel de medio eorum in manu potẽti ⁊ brachio excelso. De tertio aũt p̃dixit ipse dñs Joã.xij. Cum exaltatus fuero a terra omnia trahã ad meipsum. de hoc etiã brachio solũ electis salutifere reuelãdo dr Esa.liij.⁊ brachiũ dñi cui reuelatũ est? Hoc est illud brachiũ quo territi demones amittũt vires suas. iuxta illud Exo.xv. irruat super eos formido ⁊ pauor in magnitudine brachij tui. Fiant immobiles quasi lapis ⁊c. De ipso etiaz brachio fit mentio Job.xl.ca.vbi dr. Si habes brachium sicut deus. de hoc etiam brachio inquit pphetа deo patri ps.lxxvj. Redemisti in brachio tuo populũ tuum.⁊ ps.lxxxviij. In brachio virtutꝭ tue dispersisti inimicos meos. ipse vero deus in eodem ps.dicit de electo suo. Brachium meum ꝯfortabit eum. Salomon quoqꝫ Sap.v.de deo.inq̃t. Brachio sancto suo defendet illum. Et.xvj.eiusdem lib.c.loquẽs deo de malis.ait.per fortitudinẽ brachij tui flagellati sunt ⁊c. In isto igitur brachio dei debẽt oĩs potentiã ⁊ fortitudinẽ atqꝫ spem suã ponere.et non facere sicut quidã qui ponũt spem suaz in hominib⁹ vel reb⁹ mũdanis. Contra qḋ scelus inq̃t Hiere. pphеta.xvij.sui lib.c.maledict⁹ homo qui ꝯfidit in hoie:⁊ ponit carnẽ brachium suum:⁊ a dño recedit cor eius. de tali etiã dr.ij. Paral.xxxij. Cum eo est brachiũ carneũ.⁊ Eze. xxx.ait dñs. Comminuã brachiũ ei⁹ forte.i.qḋ ipse reputat esse validũ. vñ ⁊ Hieroñ.xlviij.de tali ꝯfidẽte in humano auxilio fragili dr.⁊ brachium eius contritũ est. Econtra vero est de cõfidente in brachio diuino. vñ inquit Orige. Timentib⁹ aũt se fecit potentiã in brachio suo:qz licz infirm⁹ ad deum accesseris:si timueris eum pmissam virtutẽ conseq̃ris. venerabilis autez Beda exponẽs p̃dicta verba cãtici virginalis ait. humani generis statũ describẽs. quid supbi ⁊ quid humiles mereant̃ ostẽdit dicẽs. Fecit potentiã in brachio suo.i.in ipso dei filio. sicut enim tuũ brachiũ est quo operaris:sic brachiũ dei dictum est eius verbũ per qḋ operat⁹ est mũdum. Theophil⁹ vero dicit. In brachio suo.s.ei⁹ filio incarnato potẽtiã fecit. quia natura deuicta est virgine pariẽte ⁊ deo humanato. Z

GRecus aũt inquit vl̃ dicit. Fecit pro faciet potẽtiã:non vt dudũ per Moysen ꝯ̃ Egyptios:nec per angelũ:vt qñ multa milia rebellium pstrauit Assyriorũ nec quoqꝫ alio mediãte:sed in pprio brachio triumphũ docuit intelligibiles hostes superãdo. vñ sequit̃. Dispersit superbos mẽte cordis sui.s.quãlibet mentẽ elatam non parẽtẽ eius aduẽtui:qui etiã aperuit et vitiosas ostẽdit supbas eorum cogitatiões. Cyrillus vero ait. magis pprie demonũ hostilis caterua intelligẽda est hic. hos eñ seuiẽtes in terra dissipauit aduenieẽs dñs.⁊ cõpeditos ab eis obediẽtie sue restituit. Theophilus aũt dicit. Potest etiã hoc de Judeis intelligi quos in omnẽ dispersit regionẽ sicut nũc dispersi sunt. hec ille. vnde Nico.de ly.exponit. Dispsit supbos.i.legisperitos ⁊ Phariseos qui fuerũt supbi mente cordis sui spernẽtes ꝯsilium dei.vt dr Lu.vij.c. Et ideo ipsi cum ceteris Judeis.xlij. anno a passione Christi fuerũt capti ⁊ captiuati per Titũ ⁊ Uespasianũ ⁊ per orbẽ dispersi. et loquit̃ hic virgo de futuro per modũ p̃teriti pter certitudinẽ euẽtus sue pphеtie. Hugo vero cardi.exponit. dispersit supbos.i.dispergi permisit.mẽte cordis sui.i.voluntatũ ac sensuũ diuersitate. Sicut eñ multitudinis credentiũ est cor vnum ⁊ anima vna. Act.iiij. Sic supborum cõtrarie sunt opiniones ⁊ volũtates ac sensus

V Ice. ij. dr̄. Factū est aūt cū essēt ibi
scꝫ apud bethleē ipleti sunt dies vt
pareret. ⁊ peperit filiū suū p̄moge
nitū. hic aūt nō accipiť p̄mogenit⁹
respectu scd̄i. sicut i. l. q̄ duos. ȷ. r̄n=
so. ff. de reb⁹ dubijs. sed dr̄ p̄mogenit⁹: qꝛ eum
nemo antecedit. sicut l. l. primi⁹. ff. de ꝟ. sig. ⁊ ēt
habeť in. d. l. q̄ duos. sequiť in euāgelio. ⁊ pā=
nis eū inuoluit ⁊ reclinauit in p̄sepio: qꝛ non
erat ei locus in diuersorio. ⁊ tūc verificatū est
illud. Lu. ix. Uulpes foueas hn̄t. ⁊ volucres ce
li nidos fili⁹ aūt hoīs nō hꝫ vbi caput suū re=
clinet. Diuersoriū ꝟo q̄d sit tractāt legiste i. l.
si horreū. q̄ est lex tertia. ff. in q̄b⁹ cau. pignus
vel hypo. ꝟ. ⁊ canoniste in. c. qm̄. xix. q. iij. Sed
ɓm magr̄ꝫ in scholastica historia dr̄ opimētū
qd̄ est inter duas domos sub quo eūtes ad col
loquēdū vel ꝓpter aeris intēperiē diuertebāt
Jn hoc Ꝺ diuersorio ɓꝫ quosdā ioseph q̄ faber
erat parauit presepe boui ⁊ asino. vel ɓꝫ alios
ibi erat presepe p multa tp̄a factū ad seruitiū
transeuntium. Dicunt aūt quidā deuoti doc.
ꝙ cū Joseph cū beata ꝟgine venisset ad ciui=
tatem bethleē. tum qꝛ pauperes erāt. tū quia
tarde venerāt. plane eñ perrexerāt: qꝛ beatis=
sima ꝟgo erat vicina partui vñ fuerāt de vlti
mis. Jtē qꝛ ex ipsa ciuitate multi reges ⁊ potē
tes persone originē traxerāt. tā multe gentes
aduenerant ꝙ oēs habitationes erant occu=
pate. cū hospitijs. vnde non potuerunt hospi=
tium inuenire ⁊ necesse: habuerunt ad diuer=
sorium se reducere. Nos ꝟo dicere possum⁹ ꝙ
hoc diuina volūtate factū ē. vt nobis pareture

eᵒ ēpiū hūilitatis ꝛ paupertatis amplectēde.
Iᵗē vt verificaretur ꝓpheria Esa.i. Cognouit
bos possessorē suū ꝛ asinᵒ ꝑsepe dñi sui ꝛc. ꝛ Ba
ruch.iij.c. vbi dr̄ filio dei. In medio duoꝝ aia-
liū cognosceris fm vnā trāslationē. Uoluit au
tē dñs poni in medio istoꝝ duoꝝ aialiū: vt oñ
deret ꝙ populū iudaicū ꝛ gentilē coniungere
debebat ad suū seruitiū. Nā tūc arat in boue ꝛ
asino qñ diuerse ꝓfessionis hoies simul ꝯiun-
gunt in vno officio.c. in nona.xvj.q.vij. Mira
re queso aia deuota ꝙ̄ extrema fuerit pauper
tas regis celoꝝ ꝛ oim creaturaꝝ pro te nascen
tis Audi Hiero. ad marcellaꝫ dicentem. X

Quo sermone qua voce speluncam tibi
saluatoris exponam. et illud presepe
in quo infantulus vagijt. silentio ma-
gis ꝙ̄ sermone honorandum est. vbi sunt la-
te porticus. vbi aurata laquearia. vbi do-
mus damnatorum penis laboreqꝫ vestite. vbi
instar palatij opibus extructe basilice. vt vilie
corpusculum hominis preciosius ambulet: et
quasi mundo quicqꝫ non possit esse ornatiᵒ te-
cta sua magis velit aspicere ꝙ̄ celū? Ecce i hoc
paruo terre foramine celorum conditor natus
est: hic inuolutus pānis: hic visus a pastoribᵒ
hic demonstratus a stella. hic adoratus a ma-
gis. Et idē ad eustochiū inqt. Ille cuius pugil
lo mūdus ꝯcludit: ꝑsepis cōtinetur angustiis.
Quid erat videre filiū dei inuolutū pānis. va-
gientē lachrymantē ꝛ pre frigore tabescentēꝫ.
Eamᵒ omnes ꝗ̄so cū pastoribus ꝛ dicamᵒ sibi.
O angeloꝝ rex dignissime qui pro nobis ad
hanc necessitatē venisti ꝛ ex paupercula matre
natᵒ in tugurio vilissimo non habes vbi caput
reclines. Quid vis a nobis? quid tibi gratum
ꝑsoluere possumus? vis aurū vel argentū. pla
cent tibi gēme vel iocalia vel ꝑciosa queqꝫ de-
lectabilia. ꝛ si forte ista spreueris que faciunt
tantum ad ornatū non pro tua necessitate. do-
mū acciperes ad habitādū ligna ꝛ pannos ad
calefaciendū. ꝛ mox infantulus iste clamabit.
O rationales creature: nolo mundi diuitias
nolo delitias nolo magnificentias. ecce carnē
assumpsi vt pro vobis triginta ꝛ tribus annis
laborans affligar indesinenter. in fame ꝛ in si-
ti. in vigilijs: in peregrinationibus: in angu-
stijs. in persecutionibus in plagis. in verberi-
bus. ꝛ in sanguinis effusione vsqꝫ ad morteꝫ si
mihi placere cupitis qui vos ita diligo pecca
ta vestra mihi donate: illa super hūeros meos
ponite dolētes in corde vestro de oibus com-
missis vestris et ego pro vobis omnibᵒ satis-
factā. ego oim penitentiā portabo. O humani
cordis durities cur non mollitis. cur nō flecte
ris. cur nō moueris ad vocē saluatoris: sed tu
qd faciebas o virgo pꝛ̄issima: qñ factorē oim
videbas in assumpta carne tam infimo in loco
natum? credo ꝙ lachrymas continere non po-
terant oculi tui que tanto magis compatieba
ris quāto eras certior de altitudine sacramen
ti. Nempe animus humanus excogitare non
sufficit qualiter tu virgo benignissima dile-
cti filij tui artissimam paupertatem defleui-
sti. Sed o benedicta virgo aliquātulum conso
lare: cōsiderans ꝙ filius tuᵒ fecit more bonoꝝ
ꝛ excellentiū imperatoꝝ qui ante se deferri fa
ciunt vexilla sua q̄ ad pugnam ꝯtra hostes de-
ferre intendūt. Filiᵒ em̄ tuᵒ in hūc mundū ve-
niens signū ꝛ vexillūꝫ ante se portauit in quo
picta est hūilitas pauꝑtas ꝛ austeritas: quibᵒ
malignum hostem diabolū debellabit.

¶ Pars quarta huius sermonis que dicit cau
salitatis. Y



Ro expeditiōe huius partis q̄rit
qua de causa i nocte natiuitatis
dñi missa celebrent cū i alijs festi-
uitatibus tm̄ in die celebrare li-
ceat. Ad qđ rñdet Telesphorus a
petro papa.iij. vt habet de conse.
dist.i.c. nocte sctā. ꝙ nocte sctā natiuitatis dñi
saluatoris missas celebrāt presbyteri ꝛ hymnū
angelicū.s. Gloria in excelsis. in eis solenniter
decantāt. qm̄ ꝛ eadē nocte ab angelo pastori-
bus est nunciatus. ꝛ subito facta est cū angelo
multitudo militie celestis laudantiū ꝛ dicētiū.
Gloria in excelsis deo. sup quo dicit glo. ꝙ hec
verba tm̄ dicta sunt ab angelo. sed alia. s. et in
terra pax hominibᵒ bone voluntatis addidit
Hylarius. Z

Queritur scđo quare tres misse celebrā-
tur. Respōdet Bern. in glo. extra de cele.
missa.c. consuluisti. ꝙ celebrātur ꝓpter
mysteriū. qm̄ per illas tres missas repñ̄tant
tres status.s. statū añ legē sub lege. ꝛ statᵒ gra
tie. Nā illa que cantatur in nocte repñ̄tat sta
tū illoꝝ qui fuerunt ante legē. qm̄ oēs erāt in
tenebris. Et ideo in aliquibus ecclesijs dicitur
in prima missa. Pplo qui ambulabat in tene-
bris. Scđa missa dicitur in aurora ꝛ significat
tēpus sub lege in quo iam incipiebāt ex parte
scire xp̄ꝫ ꝓpter dicta legis ꝛ ꝓphārū sed nō ple
ne. ꝛ lo cārat iter diē ꝛ noctē. Et introitus dr̄ lux
fulgebit. Tertia dr̄ i die ꝑ quā designatᵒ tēpus
grē.s., ꝑñs in q̄ orta est lux xp̄s dñs nr̄. ꝛ ideo i
offō misse dr̄. Puer natᵒ ē nobis. Alij aūt dicūt
ꝙ qꝛ in xp̄o sunt tres subē.s. diuinitas aia ꝛ cor
pus. Iđ i eiᵒ natiuitate tres cātant misse. vna
i nocte ꝓfūda ad significādā diuinitatē q̄ oino
nobis est occulta. Alia i aurora ad denotandā
eiᵒ aiam que nobis parti fuit occulta ꝛ ꝑti ma-
nifesta. Tertia cantat luce clara ad significan
dā eius carnē q̄ nobis fuit manifesta. A

Tertio q̄rit q̄re xp̄s nasci voluit tpe pacis?
Rñdet vltra rōnes.s. allegatas. ꝙ hoc fe
cit vt ipleret ꝓphia Esa.ij. Cōflabūt gladios i
vomeres: ꝛ lāceas suas i falces. nō leuabit gēs

contra gētem gladiū nec exercebunt vltra ad p̄eliā. Itē vt ait Hugo cardinalis super Luc. ij. Hoc egit vt ostēderet q̄ ipse reformaturus erat pacē inter deū ꝛ homines. inter iudeum ꝛ gentilē inter hōiem ꝛ angelū fecerat siquidem pacē in celo. ꝛ venit facere pacē in terra. Unde Iob. xxv. dicit. Qui facit cōcordiā in sublimib⁹ eius. Itē ad demonstrandū q̄ ipse est rex pacificus. vt canit eccl'ia in solēnitate occurrēti: ꝛ sic appellat eum Grego. in prologo decretalium. Quia ergo autor pacis non bene colitur nisi tempore pacis. clemen. ij. §. sciemus. de sepul. et. c. decet. de imu. eccle. lib. vj. Ideo voluit vt tpe natiuitatis verificaretur illō Esa. xxxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. in req̄e opulētat in tabernaculis fiducie. transumptiue. in. c. fundamēta §. pinde offici. de elec. lib. vj. q. d. nascendo. Pacis lenitas sopiat qō belli calamitas introduxit. l. j. in p̄in. C. de cadu. tol. Instātū nāq̄ est amator pacis q̄ eam vsq̄ ad sanguinis effusionē quesiuit. Unde vt ait psal. ps. lxxv. Fact⁹ est in pace locus eius. In hoc etiā ostēdit q̄ desiderabat in nobis esse pacē. iuxta illud ps lxxxiiij. Audiā qd loquatur in me dn̄s de⁹ qm̄ loquet̄ pacem in plebez suam. Seruem⁹ ergo ꝛ pacē ꝛ cōcordiā si volumus paruulū virginis filiū libenter conuersari nobiscū. Unde ap'ls. ij. ad Corin. xiij. inquit. Pacem habete ꝛ de⁹ pacis erit vobiscū. scilicet hic per gratiam et in alia vita per gloriam. Amen.

¶ De eadem beatissime virginis parturitione. Sermo. iij. B



Peperit filiū suū primogenitū. Lu. ij. Decet regiā maiestatem aliq̄n visitare gētē suā ꝛ pmittere se videri a seruis suis. ꝛ cū illis iterdū loqui. eisq̄ gr̄as clargiri. preci pue qn̄ raro ab eis visus est. Cōsueuit aūt rex ista faciēs parari facere soliū. vel thronū eius decori regio ꝯgruentē. q̄ q̄dē thron⁹ multiplici sit ornat⁹ apparatu. Sp̄ualiter rex etern⁹ deus remotus steti a suo pp'lo idignat⁹ ꝓpter culpā hūani generis illis primis parentib⁹ transfusam. Sed tpe plenitudinis aduenīēte: quia voluit rex noster se pp'lo suo manifestare: ꝛ ipsuz ꝑsonaliter visitare: fecit sibi thronum pulcherrimū. s. virginē gl'iosam p quā visus ē cū hoībus ꝯuersari. ꝛ puelle brachijs baiulari. De quo throno inq̄t ꝓpheta. ps. lxxxviij. Thron⁹ eius sicut dies celi. De hui⁹ quoq̄ throni innocentia habet̄. iij. Reg. xiij. vbi dr̄. Rex et thron⁹ eius sit innocens. Nā nō solū xp̄s sed etiā btā virgo ab ol pctō imunis fuit. Hui⁹ aūt throni admirabilis figura habet̄. iij. Regū. x. vbi legitur salomonē fecisse in domo libani thronū de ebore grandē quē vestiuit auro mundissimo. ꝛ habebat sex grad⁹. Interioritas aūt ꝛ summitas eius rotūda erat. ꝛ in parte posteriori erāt due manus tenentes sedile hincinde. ꝛ duo leones stabāt iuxta man⁹: ꝛ duodecim leūculi stabāt sup grad⁹. ꝛ i illo solio sedēs rex salomō cōferebat gr̄as. Sp̄ualr nāq̄ p hūc thronū intelligit virgo gl'iosa q̄ fuit de ebore p v'ginitatē ꝛ deaurata p ꝑfectā charitatē. sex grad⁹ iferiores sunt sex genera sanctoꝝ sup quos sublimata sedet vltra choros angelorum. s. patriarcharū ꝓphetarū. apostoloꝝ. martyrū. ꝯfessorum. ꝛ virginū. Sūmitas vo hui⁹ throni p tanto dicitur rotūda. q: rotūditas in figura perfectionem significat eo q̄ sit capacior oibus figuris nā sublimitas gloriose virginis genitricis dei oibus est latior ꝛ perfectior. Ipsa eñi cū cherubin est sapiētissima cū seraphin est ardentissima oēsq̄ alias hz ꝑfectiōes angeloꝝ ꝛ sanctorū ipsis oib⁹ excellenti⁹. Uñ Paulin⁹ dyacon⁹ i sermone v'ginis ait. Nec mirū fratres charissimi si hec admirabilis virgo sanctoꝝ celsitudinē transcendit mortaliū cū in hac parte etiā excellat beatoꝝ agmina āgeloꝝ. hec ille. Due aūt man⁹ tenēt ipsam. s. due nature xp̄i humanitas ꝛ diuinitas. duo q̄z leones iuxta ipām q̄ si ad custodiā ei' sites. ꝛ ab heresib⁹ custodiētes sunt duo testamēta. Duodeci vo leūculi sūt. xij. articuli fidei q̄s habuit ꝛ sp tenuit. In hoc ergo throno sedēs xp̄s rex pacific⁹ prebet se pp'lo clementē ac benignū. ac p̄sto oib⁹ ad hūc thronū accedētib⁹ dona elargit̄. vñ Ansel. in meditationibus btē virginis dicit ipsi m̄ri dei. Tu dn̄a porta vite. ianua salutis. adit⁹ reparationis aula vl'e pietatis: ac gn̄alis recōciliatiōis vas ꝛ tēplū ꝛ salus vniuersoꝝ: tu ondisti mundo dn̄m. ꝛ deū suū quē nesciebat. Tu visibilez exhibuisti mūdo creatorē suū quē prius nō videbat. Tu genuisti mūdo restauratorē quo ꝑditus indigebat. Tu peperisti mūdo recōciliatorē quē reus nō habebat p fecūditatē tuaz peccator immund⁹ est iustificat⁹. exul reduct⁹. celum. sydera. terra. flumina. dies nox. et queq̄ potestati humane vel vtilitati sunt obnoxia i amissis. de q̄bus valde gratulant̄ sunt p te quodāmō resuscitata quadā ieffabili gr̄a donata. hec Ansel. De cui⁹ imaculate virginis parturitione tres consideratiōes faciemus.

Prima dicetur exultationis.

Secunda certificationis.

Tertia vo fructificationis.

¶ Pars prima huius sermonis que dicit̄ exultationis. C



Uantū gaudere ꝛ exultare i hac celeberrima festiuitate debeam⁹ vltra dicta i ser. j. hui⁹ p̄tis p̄te vl. ondit̄ ex hoc q̄ gaudiū hui⁹ sacratissime natiuitatis dn̄i nostri. a stella

magis in oriēte:ꝛ a sibylla octouiano in occidē
te.ꝛ ab angelo pastorib⁹ in iudea.q̄ ē i medio
mūdi cū maxima leticia ē āñūciatum.Si ergo
tm̄ exultat sublimitas āgeloꝝ multo magꝭ io
cundari ꝛ gaudere dꝫ hūilitas hoim ita ꝑ hoc
sublimata:qꝛ nat⁹ est ꝑncipaliter nobis.Non
em̄ vt ait aplꝯ ad Heb.j.āgelos sꝫ semē abrae
apprehēdit de virgine nat⁹.Fili⁹ etem̄ dei vt
holem liberaret ab eterna morte fact⁹ ē hō.vt
ait Leo papa i ser.natiuitatis.ꝛ hoc de cā ma
xime dꝫ letari humanū gen⁹.nā si i aliq̄ ciui=
tate obsessa a pessimis inimicis hoies illius
ciuitatis fame siti deficiētes oēs in ꝑiculo es
sent vt traderent in ore gladij ad morte.qdāq3
adueniens eos liberaret.qs' ibi eēt q̄ nō sūme
gauderꝫ ꝛ solēnia ageret. Cū igit ciuitas hui⁹
mūdi obsessa esset ꝛ possessa a diabolo ꝛ ange
lis ei⁹ adeo q̄ deficiebāt homines fame vita
lis ꝛ siti bonitatis.vñ hinc migrātes ad mor=
tem eternā descēdebāt.venit de celo veri vgi
nalis rex magn⁹ fact⁹ pu⁹ dñs fortis ꝛ potēs.
dñs potēs i ꝑlio ꝫ āntiquū hostē ꝛ nos de manu
ei⁹ eripuit ꝛ liberauit.ꝛ iō summope nos opꝫ
gratulari.Figura aūt hui⁹ hr̄.iiij.Re.xix.vbi
dr q̄ tēpe Ezechie regis iude obsessa fuit ciui
tas regalis Hierl̄m ab immensa multitudine
exercit⁹ Sēnacherib regis assyrioꝝ.ꝛ ita coar
tata q̄ hoies ei⁹ timebant capi atq3 in multa
amaritudine anxietateq3: lachrymātes reside
bāt.sꝫ media nocte angel⁹ dei descēdēs de ce=
lo liberauit eā occisis.clxxxv.milib⁹ viroꝝ de
exercitu Sēnacherib.ꝑpter qđ deuict⁹ ꝛ cōfu
sus reuersus est i terrā suā.ppl's aūt liberat⁹
multis dieb⁹ festinauit grās agēs deo reple=
tus m̄ltis diuitijs de spolijs inimicoꝝ. Quan
to ergo magis exultare debet gen⁹ hūanū de
aduētu regis angeloꝝ:q̄ in carne apparens ꝓ
stratis hostib⁹ eius de ipsoꝝ supnis cubilib⁹
gl'iosisq3 sedibus.atq3 celestib⁹ opib⁹ i lāꝫ co=
piose ditauit.Super oēs autē homines gau
dere debuit ipsa que illum pepit virgo bene=
dicta.Sed forte quis dicet.vñ gaudiū habere
potuit de partu isto cum sola esset cum vetulo
Joseph sponso suo.non in domo a frigore et
ventis protecta:sed in pandochio vndiq3 te=
nebroso:ꝛ magis aialibus q̄ hoibus apto nō
confortata a societate mulierum eam visitan
tium:sed ab omnibus feminis segregata.non
in lecto quiescens:sed in terra vel lapide du=
ro.vbi non erat ignis deseruiens sed frigus
intensum medie noctis.vbi etiam non erant
cibi delicati quibus indigent mulieres in par
tu.non confectiones.nō vina preciosa:sed au
steritas et paupertas immensa. Que ergo il=
li fuit causa gaudendi . Ad hec responderet
beata virgo si presens adesset.Gaudium ex=
perta sum ꝛ delectationem q̄ declarari nō pōt
Illud enim vt ait deuotus meus Bern.super
Ecclesiasticū.solum est verum ꝛ plenū gaudiū
quod non de creatura sed de creatore concipi
tur.cui comparata ois aliunde iocūditas me
ror est.omnis suauitas dolor est omne dulce
amarum est.omne postremo quod delectare
pōt molestū est.Si em̄ propheta gaudebat in
dño ꝛ exultabat i deo iesu suo. Abachuc.iij.q̄=
re ego gaudere ꝛ exultare in eo non debui ex
vtero meo nato.Si abrahā a longe ꝓuidēs fi=
lij mei natiuitatem exultauit.vt hr̄ Joh.viij.
quō ego sine ingēti gaudio ꝛ exultatione esse
potui.cū ip̄in messiam ex me genitū vidi certe
cor meū ꝛ caro mea exultauerunt in deū viuū
qui sit fons et origo omnis bonitatis. omnis
dulcedinis et suauitatis .cuius odore reuiui=
scūt mortui cuius aspectu letificantur angeli
cui⁹ iussu mouētur celi supabūdabāt gaudio
ip̄m ex meis visceribus generatū aspiciendo
nec egebā ꝯsolatione humana cū abūdarē di=
uina.nec societate mulierum cuꝫ adesset exer=
citus angeloꝝ canētiū.nec terrenū cibū affe=
ctabā:qꝛ panē viuū de celo missum oēm sapo=
rē ꝛ oē delectamētum in se ꝯtinentē ꝛ omnē ap
petitū satiantē habebā. Mirabili igit modo
gauisa ē btīssima virgo:cū vidit eternā felici=
tatē ex se ꝓgenitā.nā gaudiū orit ex bono ade
pto.Vñ Job.iij.dr quasi effodientes thesaurū
gaudētq3 vehementer cum inuenerint sepul=
chrum.ꝛ hoc qꝛ sperant ibi inuenire thesauꝝ
quē cupiūt.Antiqui em̄ in sepulcris dñoꝝ cū3
eis ponebant thesauros.cū ergo quāto mai⁹
est bonū tāto maius gaudiū sequat cū hr̄ ꝑfe
cto ex summo ꝛ vl'i bono habito a benedicta
virgine ex parturitione sui filij ineffabilis et
cōsolatio causata est. Maxime ꝟo gaudebat.
qꝛ lꝫ alie m̄res nō possint i veritate dicere fi=
liū ex toto eē suū cū ex pte sit viri ip̄a tñ sola
peperit filiū ex toto suum. D

POssumus autē deuote meditari circa ꝑ
turitionem beate virginis.q̄ lꝫ ipsa bñ
dicta virgo non esset obligata edicto Augusti
cesaris de descriptione facienda.qꝛ erat mat
regis oīꝫ per cōceptionē ei⁹ effecta.tñ.ad ostē
dendum exemplū obediētie ꝛ reuerētie maio=
ribus ꝛ ꝑsidentib⁹. etiam secularib⁹ ꝛ discho=
lis impēdēde voluit obedire Octouiano iñde
li iux illud.j.Pe.ij.Subditi estote dñis vestris
non tm̄ bonis ꝛ molestis.sꝫ etiam discholis et
malis ꝛ propter eandem causaꝫ voluit.etiam
fili⁹ ei⁹ obedire ꝓceptis principum secularīū
vt patet in solutione census Matt.xvij.Unde
inquit Greg.in.c.qd.ergo.xj.q.iij.Quid ergo
mirum si petōr homo obedientie in p̄ntis vite
breuitate se subijcit quādo hāc mediator dei
ꝛ hoim tenuit.Beata igit ꝟgo vt dictam obe
dientiam adimpleret decessit a ciuitate sua
nazareth q̄ erat in prouincia galilee.ꝛ perre=
xit in bethleē q̄ erat in prouincia iudee cuius

discessio fuit valde molesta illis bonis mulierib⁹ q̄ erāt vicine habitationi v̄ginis i nazareth. vt cōtēplat̄ dn̄s Joh̄s dn̄ici in q̄dā ser. Nā videntes beatā virginez grauidā iz crederēt,eā ex ioseph cōcepisse.expectabāt cū magno desiderio p̄ntes esse in partu eius. Erat em̄ tāta pulchritudo ⁊ honestas ⁊ sanctitas ⁊ affabilitasq̄ ⁊ sapientia eius q̄ videbat̄ q̄ſi vna fruitio cōuersari cū ea ⁊ loqui secuz ,pp̄ter q̄d vicine eius affectabant esse cū ea. Sed ip̄a se totā deo reseruans amabat solitudinē.ac rarissime ad ostiū dom⁹ se reperiebat min⁹ad fenestras aspiciebat sed in tēplo ⁊ in domo orationi vacabat hoiz cōuersationē fugiēs vt cū deo ⁊ angelis familiarib⁹ cōfabularet̄ ⁊ lege dn̄i meditaret̄ die ac nocte. Uerā em̄ sciebat esse Prosperi sniam in lib. epigrā. dicentē. Seruari legē possunt vt cūcq̄ sereni. Si mēdi a strepitu libera corda vacēt. Poterāt ergo ille vicine dicere inter se veniet p̄ certo dies ptus ei⁹ ⁊ tūc indigebit nr̄o adiutorio ac vocare nos faciet ad adiuuāduz .intrabimusq̄ domū eius ⁊ habebimus copiā cōuersandi cū ea. O q̄ erit gratiosus fruct⁹,tā scrē tamq̄ honeste ac pulchre iuuēcule.ita q̄uillis est ⁊ amorosa q̄ dare alij nollet ad tactandū filiū suū sed ip̄m suis vberib⁹ lactabit.ſz cū tenebit illū in gremio vel brachijs suis nos aliquādo reuerent̄ auferem⁹ illū de manib⁹ suis.⁊ducem⁹ in domos nostras.⁊ cōsolationē habebim⁹ de filio suo ⁊ ita ip̄a necesse habebit q̄nq̄ ɔuersari nobiscū ſz diuia dispositione p̄dicte mulieres frauda te sunt a suo desiderio. Nā ip̄a pijssima virgo cū sponso suo ioseph ad bethelē mirīcā vrbē ,p̄fecta ē. vbi vt cōtēplat̄.ſ.Uincen. in quodam ser. cum ad q̄dā hospitiū diuertisset: hospes cernens ioseph vilib⁹ vestibus indutū ⁊ pauperem arbitratus dixit ei. Non possum bone senex vos hospitari.q̄z plures nobiles expecto isto sero.⁊ tūc.ſ.ioseph cognouit verū esse illam Ouidij sniam in.ij. de arte amā. Ip̄e licet ventas musis comitatus homere.Si nihil attuleris ibis homere foras. Et in.j.de fastis pauper vbiq̄ iacet. Perrexit ergo ad aliuz hospitem qui interrogauit euz di. Domine,quot equitaturas ⁊ famulos habetis qui respondit nullas sed asellum ⁊ bouem ⁊ vxorem meam tantum. At ille inquit. Istud hospitium nō est p̄ vobis.sed p̄ habentibus multā pecuniam ad expendendum.ite⁊ ad hospitale pauperū Juit igitur ad aliū hospitē qui dixit illi. O senex miser: quō non erubuisti ducere in vxorem tā delicataz iuuenculā vade ad aliud hospitium:quia hic non poteris manere.et sic pauperculus Joseph nesciebat quo iret.⁊ p̄cipue dolebat de beata virgine quam sciebat matrem domini ab omnibus hominibus venerandam.⁊ nouerat teneram esse virginis verecundiam.vnde valde dolebat de derisionib⁹ que eis fiebant ,pp̄ter paupatatem iuxta illiō Juuenalis.lib.j. Nil habet infelix paupertas durius in se.q̄ q̄ ridiculos hoies facit. Sed cōsolabat eum.b. v̄go di.illud Sene.ad Lucilium. Placeat nobis q̄cquid deo placet ob hoc ip̄m q̄d sibi placet.⁊ etiā forte cōsolando eū q̄ hec tristicia .verteretur in gaudiū dicebat illiō Ouidij.in libro de ponto. Sepe creat molles aspera spina rosas. Nō ergo diffidamus de diuina bonitate:sed firmiter supernū expectem⁹ adiutoriū. Nam nō est abbreuiata manus dn̄i.eamus igit̄ ad aliquem locuz remotum a tumultu hoim. vt possimus quieti⁹ deo vacare.⁊ ip̄e cui est cura de oibus puidebit nobis. Querētes ergo inuenerūt diuersoriū siue crotā atq̄ tuguriuz in quo intrantes peperit ibi v̄go gl'iosa suū benedictum filium gaudiū matris habens cū virginitatis honore. Ut ei inquit Origen. sup̄ Lucā. Sicut Abachuc intrauit ad Danielem in lacu leonuz deferens ei prandium bonū et exiuit non apertis ostijs sed clausis. sic beata Maria saluis claustris pudoris p̄cepit ⁊ peperit filiū suū p̄mogenitum.cui ptin⁹ genuflectēs ⁊ eū adorās dixit. Salue mi dilecte fili.adoro te deū meum q̄ dignar⁹ es p̄ salute mea ⁊ olm hoim hāc vallem lachrimarū intrare.postmodū v̄o deosculare est faciē gratiosā filij sui di. O facies plena solum gratiarum in quā desiderāt angeli p̄spicere. Deinde deosculās man⁹ dicebat. O man⁹ britissime quos infirmos estis sanature. q̄t miracula opature:osculabat̄ etiā pedes di. o sctissimi pedes quātū discurretis per varias ciuitates ⁊ castra ad docendū ⁊ laborandū p̄ ɔuersiōe peccatoꝝ: ⁊ in talib⁹ suauissimis eis quāis dulciter amplexabat̄ suū charissimū vnigenitū tota repleta dulcedine ab eo sit suauissime amplexata ita vt dicere posset illō. Cañ. ij. Leua eius sub capite meo:⁊ dextera eius amplexabitur me.⁊ ipse paruulus Jesus vbera matris lambens ⁊ osculans dicere poterat illud Cañ. iiij. Quam pulchre sunt mame tue soror mea.sponsa mea pulchriora sunt vbera tua vino.et odor vnguētorum tuorum super oia aromata.fauus distillans labia tua sponsa mea ⁊ lac sub lingua tua.et odor vestimentorum tuoruz sic odor thuris gaudebat ergo beatissima virgo ⁊ simul valde obstupebat de admirabili natiuitate filij sui.qui nat⁹ erat de ip̄sa m̄re sine p̄re. mirabat̄ q̄ eternitas facta sit noua immēsitas parua.pulchritudo deformis.maiestas abiecta.sapia muta.fortitudo īfirma.iusticia vt rea.⁊ opulētia fctā sit egena.

¶ Pars secunda huius sermonis que dicitur certificationis. B

Nulla mulier de suo partu vnq̄ fuit certior btā virgine.vt patet.xij. discurrenu

do. Primo eni fuit certificata de materna habilitatiõe.i.q̄ erat electa a deo vt esset mat̃ filij dei. vñ illi inq̃t angelus Luce.i. Inuenisti eni grãm apud deũ ecce ɔcipies in vtero ⁊ pies filiũ.⁊ sic fuit certificata q̄ erat idonea mr̃ filij dei. Scdo certificata fuit de future natiuitat̃ vaticinatiõe. Et eni al'ij pphete pphetantes fuerũt certificati a deo intrinsecus de veritate quã p̃dicebãt q̄ sic erat verũ sicut ipsi spũ pphetico videbãt ⁊ annũciabãt sic ipa sir̃r cognouit certissime facta reuelatiõe angelica spũ pphetico q̄ erat illa vera futura mater filij dei quã prophete p̃dixerant. Tertio fuit certificata de materni amoris duratione. Multe nãq̃ sunt mr̃es q̃ pariũt filios que tñ in pcessu tpis pdũt grãm viroꝝ ⁊ filioꝝ. Maria aũt nõ solũ in suo cõceptu certificata fuit q̄ i suo vtero fieret idiuisibilis vnio diuinitatis ⁊ hũanitatis in vna psona: sꝫ etiã fuit i grã ɔfirmata sꝫ oẽs theol:in.iij.sen.distĩ.iij. Quarto certificata fuit de nois filij diuulgatiõe.⁊ hoc qñ dixit illi angelus vt hr̃ Luc.i. Hic erit magn⁹ ⁊ fili⁹ altissimi vocabit̃. qð factũ est quãdo dedit illi deus nomen qð est sup omne nomen ꝺm q̄ ait aplus Phil.ij. vt scꝫ nolet̃ de⁹ ⁊ fili⁹ dei. Quinto certificata fuit de regni filij sui ppetua duratiõe.⁊ hoc quãdo dixit illi angel⁹.⁊ regni ei⁹ nõ erit finis. In cuius signũ habemus q̄ oia regna impia finẽ habuerunt ⁊ verificata fuit sententia Goffredi in poetria dicentis ⁊ca. xxiij. Hoc vnũ p̃scire potes:q: nulla ptãs Esse morosa põt:q: res fortuna scðas Impat esse breues:si vis exẽpla.potes Respice fortunas emarcuit illa potiũ Florida psperitas.minos subuertit athenas. Illõ atrideus:magne; cartagis arces Scipio simul ti romã fuit alea fati Tempe.versa breui breuis est distantia leti Hois et mesti.nox est vicina diei. Nec aliena docẽt.⁊ te tua fata docebũt. hec ille. Nihil eni est stabile ac ppetuũ in hoc mundo hoibus.l.ij.ꝟ.sed qr dĩne.C.de vete.iu.enu.⁊.ꝟ.vt aũt. in auť.de nõ alie.aut pmu.re.eccle.⁊.ꝟ.hãc dicentes.in auť.vt oẽs obe.iudi. De dñationib⁹ autem ci to trãseũtibus.iuꝫ illõ Lucani l.i. Sũmisq̄ negatũ stare diu pater discurrẽdo breuiter ⁊ ɔsiderãdo finitionẽ triũ regnoꝝ potẽtissimoꝝ. Finitrũ nãq̄ ẽ regnũ assyrioꝝ i. Mccxlix. annis. Regnũ medoꝝ nõ durauit nisi annis ccxlix. Regnũ romanoꝝ sub regibus durauit ccxliij annis. In signũ ꝟo q̄ regnuꝫ xp̃i nõ habebit finẽ:iaꝫ durauit. Mccccciiij. nec vnq̃ terminabitur. Sexto certificata fuit in Iohãnis exultatione Lu.i. vbi dixit Elizabeth. Exultauit in gaudio infans in vtero meo. Hec enim exultatio fuit inusitata ⁊ ideo miraculosa maxime quia facta fuit in vtero ⁊ etiam accelera tus fuit in infante vsus rationis ⁊ volũtatis. vt posset inter viscera materna agnoscere cre

dere ⁊ cõsentire. Septimo certificata fuit in elizabeth testificatiõe. quia dictuꝫ fuerat per angelum. Luce.i. Ecce elizabeth cognata tua.et ipsa concepit filiũ in senectute sua. Cunq̄ maria iuisset in montana ⁊ salutasset elizabeth. ipsa testificata fuit verba angelica fore vera di. Vñ hoc mihi vt mater dñi mei veniat ad me Octauo certificata fuit Joseph approbatiõe. Cui angelus appuit i somnis Mat.i.di. Noli timere accipere mariã cõiugeꝫ tuã quod eni in ea natũ est de spũsctõ est. Quod factum Joseph approbauit dũ ipsam in vxorẽ duxit. ⁊ sir̃r cũ eo vginitatẽ ppetuã vouit. Nono certificata fuit pastoꝝ veneratione. quib⁹ in hac nocte apparẽs angelus dixit illud Luce.ij. Annũcio vobis gaudium magnum qð erit oi pplo:quia natus est vobis hodie sauator ⁊c. Qui pastores venerunt ⁊ inuenerunt iuxta verbum angeli.per quorum pastorũ venerationẽ fuit certificata beata Maria. Decio certificata fuit angelorum iubilatione. Unde Luc.ij.c. legitur q̄ facta fuit multitudo celestis exercitus cum angelo canentium ⁊ dicentium. Gl'a in altissimis deo. Undecimo certificata fuit sãcti Symeonis amplexatione. Unde legitur. Luce.ij.q̄ cum quadragesimo die a natiuitate xp̃i Maria ⁊ Joseph portauerunt Jesum in templuꝫ tunc Symeon fuit ductus spiritu in templum. Cunq̄ vidisset iste senex pueruꝫ Jesum eodẽ spũsctõ inspiratus cognouit eũ mũdi saluatorẽ. Aperiẽs aũt brachia sua senilia ipsum amplexatus est di. Nunc dimittis seruum tuum dñe ⁊c. Que verba cum amplexu tã feruido fuerunt Marie manifestatiua filij sui natiuitatis iocũde. Duodecimo ⁊ vltimo fuit certificata sancte; Anne vaticinatione. Nam legitur Luce.ij.q̄ ipsa non recedebat de templo feruiens deo die noctuq̄ ieiunijs ⁊ oratio nibus vacans.et spiritu dei mota in ipsa hora qua puer fuit presentatus super altare. superueniens ⁊ ipsa dñm laudabat.spiritu pphetico plena omnibus presentibus expectãti b⁹ redẽptionem Israel loquebatur q: scꝫ hic par uulus nuper natus erat mũdi saluator. Et est aduertendum ꝺm Tho.parte.iij.q.xxxvi.ar.v.q̄ iste due manifestationes sunt excellentiores alijs reuelationibus.

¶ Pars.iij.huius sermo.q̃ ðẽ fructificationis.

Inquit Leo papa in quodam sermone. Que hoc sacramentũ mens cõprehendere: que hanc gratiam valeat lingua narrare.q.d.nulla. nihil enim vtilius salubriusq̄ humano generi contingere potuit q̃ christi ortus:de cuius vtilitatibus aliquid breuiter in hac parte loquemus Omittendo ergo q̄ xp̃s per humanitatem quam assumpsit factus est mediator noster ⁊ satisfactor pro peccatis atq̄ redẽptor

ꝙ redēptor humani gñis. iuxta illud Apoca.
iiij.vbi ei dr. Redemisti nos dñe deꝰ i sanguie
tuo ⁊c. Solū referā sex fructificationes. Pria
quarū dr inclinationis scʒ diuine maiestatis.
Naʒ videmus tpaliter ꝙ nō paruā gratiā si-
bi deputant fieri subditi. si rex aut pnceps eo-
rum digneṫ visitare sua habitacula. Quantuʒ
ergo gratiam fecit nobis dñs deꝰ nr̄ creator ⁊
gubernator oim creaturarum? Ad nos descē-
dit de celis ⁊ tenebras nr̄as visitauit. Ex quo
colligit. Amb. in quodam sermone. cū quāta
solicitudine hoies se pparare debēt ad xp̄i na
tiuitatem suscipiēdā di. Ecce si qs nostrum se
niorē suū in domū suā suscipere debuisset. ab
oibus sordibus ⁊ immūdis rebus ipām domū
mundasset ⁊ quecūq₃ necessaria essent ſm suā
possibilitatē pparasset. Et si hoc facit morta-
lis suscepturus mortalē: quanto magis se mū
dare dʒ creatura vt suo creatori apparenti in
carne nō displiceat. hec ille. Qui ibideʒ ponit
dei dignationem di. Ille iustus venit ad nos
pctōres vt ex pctōribus faceret iustos. plus
venit ad impios: vt ex impijs faceret pios. hu
milis venit ad supbos: vt ex superbis faceret
humiles quid plura? Ille natura bonus ve-
nit ad nos hoiesq̄ pleni eramus oibus malis
hec Amb. Sed si istā inclinationē melius vis
attendere. cōsidera ꝙ ex hac dñi nostri natiui
tate ipe q̄ ē creator ⁊ pater noster. de q̄ Deuṫ.
xxxij. dr. Ipse eñ est pater tuus q̄ possedit ⁊ fe-
cit ⁊ creauit te dignatus est fieri frater noster
Quam inclinationem tangit Augu. in. xiij. de
trini. Vñ apls Heb. ij. ait. Non confundiṫ eos
vocare fratres di. Narrabo nomen tuuʒ fra-
tribus meis. ps. xxj. Ipse q̄ʒ inquit Magdale
ne. vt habeṫ Jo. xx. Uade ⁊ dic fratribus meis
ascēdo ad patreʒ meum ⁊c. Et idō ipse dñs a no
bis appellaṫ frater noster. vt in. c. olim. viij. q.
j. O q̄ ingēs est hec grā. O q̄ benigna diuine
maiestatis inclinatio. vt is qui vniuersorum
est dñs fiat frater miseri pctōris. Sic filij Isrl
audientes qꝫ deus visitasset eos adorauerūt
pni in terraʒ. Exo. iiij. In cuius figuraʒ Areu
na videns regē Dauid ad se venientē. egressꝰ
est obuiam illi. ⁊ adorauit prono vultu in ter-
ram ac dixit. Que cause est vt dñs meus rex
veniat ad seruum suuʒ. vt habetur. ij. Reg. vl.
c. j. Paraṫ. xxj. Sic quilibet aia deuota cōside-
rans tantam dignationeʒ ⁊ inclinationē altis
sime maiestatis dei dicere debet illud quod
habeṫ Job. vij. Quid est homo qꝫ magnificas
eum. aut quid apponis erga eū cor tuū? Visi-
tas eū diluculo: ⁊ subito probas illum. Et ps.
viij. Quid est homo ꝙ memor es eius: aut filꝰ
hominis qm̄ visitas eum. Huic autem sic dño
suo obuianti occurret ipse rex celestis. ⁊ am-
plexans illum dicet ei. Ego sum frater tuꝰ no
li timere. Hester. xv. Hec igiṫ fuit prima vtili-
tas natiuitatis dñi nostri iesu xp̄i. qꝫ frater no
ster effectꝰ est. Quā quidē post cōceptionē suaʒ
desiderabat sancta mater eccl'ia di. illud Can.
viij. Quis mihi det te fratreʒ meū sugētē vbe-
ra matris mee vt inueniā te foris. q. d. licet per
incarnationē frater meus factꝰ sis desiderio ta
mē te foris videre. i. ex vtero iā egressuʒ p nati
uitatē. vt te deosculer ⁊ te adorē. B

Secunda fructificatio dr sublimatiōis.
Nō est eñ adeo paupercula et infirmi
generis mulier q̄ non nobiliteṫ si a no
bili ducaṫ in matrimoniū: ⁊ vtrq₃ iuxta nobili
tatē viri est etiā nobilitas vxoris ſm leges. C.
de legibꝰ. l. mulieres. ⁊. ff. de senatoribꝰ. l. femi
ne. Cū ergo natura nostra iuncta sit matrimo
nialiter ipsi regi regūᷓ dño dominātiū Apoc.
xix. c. et vere iuncta dei filio quis digne possit
exprimere ipsius exaltationem. De hoc eñ ma
trimonio ait apls Ephe. v. Sacramentuʒ hoc
magnū est in christo ⁊ in ecclesia. transsumpit
ue in. c. debitū. extra de biga. Hāc eñ sibi copu
lauit. Xp̄s scʒ naturam nostrā in thalamo vte
ri virginalis. Hinc Gregor. ait. Jam intelligit
charitas vestra quis est rex regis filij pater. il
le vtiq₃ cui per ps. lxxj. dr. Deus iudi. tuū regi
da. ⁊ iusti. tuā fi. re. Qui fecit nuptias filio suo.
Tūc eñ deus pater deo filio nuptias fecit. qñ
hunc in vtero virginis humane nature cōiun
xit. qñ dñm añ secula fieri voluit hominē in fi-
ne seculorū vterus autē genitricis virginis hu
ius spōsi thalamꝰ fuit. de quo dr ps. xviij. Tan
q̄ spōsus procedēs de thalamo suo. De hoc et
Leo papa in ser. in natali dñi ait. In natali eñ
dñi fratres charissimi q̄si in nuptijs spirituali
bus spōse sue ecclesie xp̄s adiūctꝰ est. Tūc veri
tas de terra orta est. tūc iusticia de celo respe-
xit. tūc pcessit sponsus de thalamo suo. hoc est
vbū dñi de vtero vginali. pcessit eñ de sponsa
sua eccl'ia. i. humanā carnē suscepit. Cuʒ itaq₃
ex nobilitate spōsi spōse metiaṫ nobilitas. quā
ta est nobilitas nr̄e nature q̄ dei vbo est cōiun
cta vñ tāta vnitas est inter hoiem illum ⁊ deū
vt deus dicaṫ hic homo. O magna nobilitas.
o mira nostre nature sublimitas ⁊ in tante sub
limitatis ⁊ exaltationis sinuʒ angeli qui ante
natiuitatē se ab hoibus adorari patiebantur.
vt pʒ Gene. xviij. ⁊ in pluribus alijs locis: hoc
post xp̄i incarnationē ⁊ natiuitatē nō patiunṫ.
vt patet Apoc. vl. vbi qñ btūs Johā. euāg. vo
luit angelum adorare prohibuit angelus di.
Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum et
fratrum tuorum. Unde Greg. in homeṫ. super
illud. Erant appropinquantes ⁊c. sic ait. Ti-
met angelus ab homine adorari quando na-
turam humanam videt in deo sic sublimatam
vt fieret vna persona. ⁊ ideo considerantes per
incarnationem filij dei humanam naturaʒ tā-
tum nobilitatam et exaltatam instruimur vt

eam diligenter cōseruemus ne, eam inquinemus ꝛ maculemus peccādo. Unde Aug. in lib. de vera reli. sic ait. Demonstrauit nobis deus ꝙ excelsum locum inter creaturas habeat natura humana in hoc homine ꝗ in vero homine apparuit. ꝛ Leo papa in sermone de natiuitate dñi sic dicit. Agnosce o xpiane dignitatem tuam. ꝛ diuine cōsors fact⁹ nature noli in veterem vilitatem de generi conuersatione redire ꝛc. Et ꝗuis hec cōiunctio. inter. s. psonā diuinam ꝛ humanā naturā sit facta in cōceptione. in natiuitate tamē innotuit tanꝗ si in cōceptione facta fuisset desponsatio. hic vero bānuz nuptiarū ꝛ etiam traductio. Quapropter Augu. magnificat istā natiuitatē in sermone primo de accedētibus ad gratiam di. Hec natiuitas mira est. quia qualē genuit talis ꝛ genuit. ideo virgo mater. q: verbū caro factū est. si enim hec q̄ genuit talis est. illud qd genuit quale est? Uis noscere; qualis est qui sic natus est? Audi qs ꝛ quantus est. Uerbū pris artifex mundi. lumen celi. pax terre. integritas virginis. fecūditas matris. angelorum laus. hoim salus. desertorum via; errantium venia. vulneratorū medicina bonorū iocūditas. martyrum victoria. infantium palma Adhuc amplius audi. Qui sic natus est extinctor mortis opressor diaboli. petra fundamēti. lapis angularis. mons dei. scala celi ianua paradisi. ciuitas regis magni. agn⁹ ꝛ pascua. spōsus ꝛ spōsa. resurrectio ꝛ eterna vita. qm per ipsuz ꝛ ex ipso ꝛ in ipso sunt oia. hec ꝛ quecunꝗ diximus de deo parua sunt. Nō em̄ sufficit ligua enarrare vel laudare quā mens pauida et infirma nō valet cōprehendere. hec tn̄ Maria q̄ talem peperit virgo ꝛ mater. gratia fecundata spūsancto impregnata. nouū germen. nouus partus agnoscit. videt oculis miratur mente integra pseuerat in carne. Amplectitur manibus quē portat mūdum regentē Lac infudit celesti potu. figit dulcissima oscula pia mater virgo. quia misericordia ꝛ veritas occurrerūt sibi. ꝛ quē oculis carnis intuetur filium mente cōspicit deuz. suscepisse se gaudet perpetuā posteritatem nō amissa integritate,. vitā fert i gremio veritatem portat in corde. qm̄ veritas de terra orta est ꝛ iusticia de celo pspexit. Maria de homine pater, terra xp̄us ex maria sine hoie pre, veritas ex terra. hec ille. Quoniā igitur ista oia cōueniunt xp̄o sm̄ humanitatē patz ꝗ natura humana ex incarnatione ꝛ natiuitate filij dei multū sic sublimata. Tertia vtilitas in hoc partu dr ostēsionis. s. dilectionis dei ad nos. Cuz enim ex magnitudine doni argui soleat magnitudo amoris. iuxta illud Grego. in homel. pentecostes. Probatio dilectionis exhibitio est operis. vn̄ ad hoc ppositū dominus approbauit sniam pharisei Lu. vij. Certe ex xp̄i incarnatione ꝛ natiuitate maximus amor dei ad nos ostendit. Quid em̄ maius. qd sublimi⁹ nobis dare potuit ꝙ filiū suū equalē sibi. Uñ et ipse xp̄s ex hoc arguens ait Joh. iij. Sic deus dilexit mundū vt filiū suum vnigenitū daret vt ois qui credit in illū nō pereat sed habeat vitā eternam. Hinc bene exclamat Greg. di. O inestimabilis dilectio charitatis. vt seruū redimeres filiū tradidisti. Inde est qd canit eccl'ia. Propter nimiā charitatem suam qua dilexit nos deus misit filiū suū in similitudinem carnis peccati. vt habet Eph. ij. ꝛ Roma. viij. Magnā enim charitatē deus nobis ondit in eo ꝗ misit legatū ad nos. iuxta illud Abdie. j. Auditum audiuimus a dño et legatū ad gentes misit. De quo dr Prouerb. xiij. legatus fidelis sanitas. Et. j. Joh. iiij. dicit. In hoc apparuit charitas dei in nobis qm̄ deus filium suum vnigenitū misit in mūdum vt viuamus per eum. Maxima vero: q: misit eū in similitudinem carnis. pcti. vt splēdor paterne glorie nō solū carnis nube velaretur. sed etiaz similitudine peccati denigraretur vt peccator enim circuncisus est ꝛ redemptus. Lu. ij. Hinc iterum. j. Joh. iiij. dr. In hoc est charitas non quia nos dilexerimus deū sed qm̄ ipe prior dilexit nos. ꝛ filiū suū misit ppitiatorē pro pctis nostris. Uere nō video quō maius signū dilectiōis de⁹ pater nobis ondere potuisset. Unde Ber. in li. de diligēdo deo. excellentiā hui⁹ dilectionis ꝯsiderās ait. Multum meruit deus de nobis qui ꝛ i meritis seipz dedit nobis. Quid em̄ meli⁹ seipso poterat dari. ergo si dei meritū querit illud est pcipuū qm̄ ipse prior dilexit dignus plane vt reametur. psertim si aduertat quis. quos ꝗ ꝛ ꝗtū amauerit. ds em̄. nonne is cui ois spūs ꝯfitetur de⁹ me⁹ es tu. qm̄ bonorū meoꝝ nō eges. ps. xv. Uera huius charitas maiestatis qppe nō querentis que sua sunt. j. Corin. xiij. Quibus aūt tāta charitas exhibet. Cum adhuc inquit inimici essemus per mortē filij eius recōciliati sumus. vt dicitur Rom. v. Dilexit ergo nos deus gratis et inimicos. sed quantū dilexit: sic vt filium suum vnigenitum daret. Super quo ait Chryso. Nemo amator carnalium. etiā si sit supra modum insaniens ita exardescere potest in amorē dilecte sue quē admodū deus effunditur in amorē animaruz nostrarum. ꝛ certe nō paruum donū. nō parua vtilitas est ostendisse se tm̄ hominem diligere. Quapropter Augu. in ser. ix. de natiuitate domini ait. Sic ergo peccatum ꝛ pena peccati que per scelus corrupte mulieres irrauit i mūdū. per inuiolate virginis partum aufertur. ꝛ q: in ꝯditiōe hūani gnis per mulierē q̄ de solo viro facta est ꝯtingit vt mortis vinculo teneremur obstricti hoc in redemptioe hūani generis diuina bonitas egit, vt per virū qui de sola

mulliere nat⁹ est vita hoib⁹ redderet. Illic hu-
manā naturā neqssima deceptione sibi diabo
lus in peccati similitudine sociauit humanā.
hic de⁹ naturā in vnitate psone suscepit. ibi fe
mina decepta est vt fieret filia diaboli. hic vir
go grā replecta est vt fieret mater summi atqꝫ
incōmutabilis vnigeniti dei. Ibi angel⁹ deie
ctus per superbiā seducere mulieris aīum obti
nuit. hic de⁹ hūiliās se p miam vterū incorru-
pte virginis ex ea nasciturus impleuit. Dei eñ
filius Jesus xp̄s q̄ in forma dei erat. ipse secun
dū aplm semetipm exinaniuit formā serui ac-
cipiēs. formā serui. i. naturā serui in suam ac-
cepit illam deus personā atqꝫ hominū factor
in similitudinem hominis factus habitu in-
uentus vt homo. ⁊ humiliauit semetipsum fa
ctus obediēs patri. vsqꝫ ad mortem crucis. hec
ille. R

Quarta vtilitas dicitur adoptiōis. Nō
enim sufficere diuine maiestati visum
est si nos visitaret: si nostram sibi natu
rā matrimonialiter copularet: si se nos dilige
re summe demōstraret: sed vt omnem dilectio
nis gradum expleret. Nos quoqꝫ voluit ado-
ptare in filios. vt ꝯfidēter dicere possemus. Pa
ter noster q̄ es in celis ⁊c. Mat. vj. c. qd ante in
carnationē nō poterāt dicere sancti. Ob hoc ei
vt ait Aug. in quodā sermone de natiuitate do
mini. vnigenit⁹ q̄ est in sinu patris dignat⁹ est
nasci ex hoīe verus hō: vt nos nasci faceret ex
deo. Hoc autem apls ostēdit dicēs ad Gal. iiij.
Cum autem venit plenitudo temporis: misit
deus filium suum factum ex muliere factū sub
lege. vt eos qui sub lege. erant redimeret. vt
adoptionē filioꝝ reciperem⁹. Ecce eñ ſꝫ Aug.
vbi ꝫ quēadmodū natus deus hō fecit vt nos
hoīes nasceremur ex deo. Qd etiā ostēdit bea.
Jo. j. c. euangelij sui dicēs. Quotquot aūt rece
perūt eum dedit eis potestatē filios dei fieri
his qui credūt in noīe eius. Et hāc adoptio-
nez recepimus i hoīne scdo quā pdideram⁹
in pmo. hec ille. Per xp̄m ergo hominem filij
facti sumus saltem meritorie. Et hic tangit. s.
Bona. ⁊ alij doc. in. j. di. xxvj. ⁊ in. iij. dist. x. ma-
xime ipse. s. Boñ. ar. vi. q. ij. dicēs. qꝰ si queratur
an simus filij adoptiōis per christum. Hoc po
test dupliciter intelligi. aut ſm causam effecti
uā. aut meritoriā. Si importat causam merito
riā vel dispositionē. absqꝫ dubio verū est qꝰ su
mus filij adoptiōis p xp̄m. Ipse eñ nobis me
ruit gratiā per quā sumus filij adoptiui. i. quā
tū est caput ecclesie. vt habet Col. j. ⁊ ad Eph.
v. ⁊ in cle. vnica. in pꝛin. de iureiu. ⁊ in. c. vnico
§. sed vbi. de sa. vnc. ⁊ hoc nō solum respicit di
uinam naturā. sed etiā naturam assumptā. Si
vo iportat causam effectiuam adhuc verū est.
Deus eñ pater nos adoptauit per filiū ⁊ spi-
ritū sanctum quoad consummationem. Ad no

strā eñ adoptionē duo cōcurrūt. s. redemptio
que facta est per filij missionē. ⁊ gratificatio q̄
facta est per missionē. spūssancti. Et hoc est qd.
dicit Aug. in li. de spū ⁊ aīa. c. vj. A patre per fi-
liū ⁊ spm̄sanctū ad nos diuina descēdūt. pater
qdē tradidit filiū quo redimeret seruos. mi-
sit spm̄scm̄ q̄ seruos adoptaret in filios. filiuꝫ
dedit in preciū redēptionis. spm̄scm̄ in priui-
legiū adoptiōis. hec ille. Hanc aūt vtilitatē ex
tollit Johā. apls in. j. can. c. iij. di. Uidete qua-
lem charitatem deus pater nobis ostēdit. vt fi
lij dei nominemur ⁊ simus. Sic apostol⁹ Pau-
lus Gal. iij. dicit. Oēs eñ fi ij dei estis per fidē
que est in christo iesu. Et vt ostēdat quanta vti
litas tibi inde proueniat etiam vltra dignita-
tē filiationis arguit sic Roñ. viij. dicens. Nō
enim accepistis spiritū seruitutis iterum in ti
more: sed accepistis spiritum adoptionis filio
rū dei. Ipse eñ spūs testimonium reddit spiri
tui nostro qꝰ sumus filij dei. Si aūt filij ⁊ here
des. heredes qdez dei coheredes autez christi
Ecce quāta vtilitas vt heredes dei sim⁹. Hāc
eandē sententiā cōfirmat ad Gal. iiij. ca. dicens.
Jā nō est seruus sed filius. qꝰ si filius ⁊ heres p
deū. ⁊ merito. Nā nō solū filius naturalis sed
etiā adoptiuus est heres patris adoptātis. l.
pe. C. de adop. ⁊. l. si pater. ff. eo. tit. ⁊ §. item ado
ptiuos. insti. de hered. que ab intesta. defe. Ex
predictis etiam patet quantū nos diligat pa-
ter noster celestis filios suos. Nā filius dr a fi-
lios grece quod est amor latine. vt no. inst. qui
dari tu. pos. §. fi. Item quāta sit dignitas nr̄a.
nā filius adoptatus consequitur nomē digni
tatis paterne. l. cū adoptiuū. C. de decu. lib. x.
vnde filius regis vel comitis dicitur rex vel co
mes. xxxiij. q. i. c. vlti. Et ideo nobis inquit. ps.
lxxxj. Ego dixi dij estis. ⁊ filij excelsi omnes. O
quanta gratia. cū vt ait Aug. Qui serui digni
non eramus filij efficimur. et sic patet quarta
vtilitas. L

Quinta vero dicitur consolationis scili-
cet fidei nostre. Cum enim vt inquit
apostolus Roñ. x. ex ṽbis Esa. liij. c. Fi
des fit ex auditu. audit⁹ aūt per ṽbuꝫ christi.
Reuera nisi xp̄s psonaliter venisset. vix fuissēt
credita q̄ pphete pdixerūt. Tā ardua eñ sunt
credibilia nr̄e fidei. qꝰ eā hoi asserētivix vel vn
qꝫ hō credidisset. vñ necessariū fuit vt ipa veri
tas p se descenderet. nobisqꝫ visibilis appereret.
vt ex visibilib⁹ ad inuisibilia raperemur. ⁊ mens
nr̄a tāto tā firmi⁹ audita crederet quāto cū a q̄
audisset fallere nō posse minie dubitaret. Hic
cāꝫ natiuitatis sue ipe testat⁹ ē Jo. xviij. di. Ego
i hoc nat⁹ suꝫ ⁊ ad hoc veni in mūdū vt testimo
niū perhibeā ṽitati. Et ideo nūc tāto infideli
tatis pctm̄ maius est quāto ⁊ is qui hāc pdica
uit veritas est: Hinc ait Johā. xv. Si nō venis
sem: et locutus eis fuissem peccatum non ha-

berent .nõc autẽ excusatiõẽ nõ habent de pec
cato suo. Sic etiã vt fidẽ antiquorum patrum
cõfirmaret visibilis voluit apparere in specie
ignis ⁊ flamme Exo.iij.⁊.xx.c. vos inquit au-
distis.q: de celo locutus sum vobis. Quia igi-
tur fides nostra mag:s certificat ex hoc q non
angelo vel homini :sed ipsi deo loquenti cre-
dit.voluit fili⁹ dei incarnari.vñ Aug.xj.de ci.
dei ait.vt hõ fidẽtius ambularet ipsa veritas
dei filius hoie assumpto cõstituit atq; funda-
uit.hec ille.⁊ sic patet.v.vtilitas. M

Exta aũt dicitur cõfirmatiõe.s.spei no-
stre. Quis em̃ nũc põt esse desperationis
locus vbi se videt hõ effectũ dei filiũ illiusq; suũ
fratrem effectum. de hoc Ber. ait. Uerito mi-
hi spes magna est in xp̃o. puto em̃ q tã me sper
nere nõ poterit os de ossib⁹ meis ⁊ caro de car
ne mea. hoc em̃ monuit fratres Joseph ne eum
interficerent Gen.xxxvij.cũ iudas dixit. Caro
enim ⁊ frater nr̃ est. sic xp̃s iesus ex q̃ hõ factus
est ⁊ frater noster miseretur nr̃i:etiam ipo iu-
re propinquitatis. Nemo em̃ carnẽ suam vnq̃
odio habuit sed nutrit et fouet eã. vt ait aplŝ
ad Eph.v. trãssumptiue in.c.nõ estimem⁹.xiij.
q.ij. Jtẽ ois homo naturaliter diligit primus
sibi Eccl.xiij.⁊ tenet euz diligere.xxiij.q.iiij.c.
debet hõ.⁊ de peni.di.ij.§.proximos autem.et
§.proinde. Dicit aũt montanarius in luna ce
leri. quisq; amat seruit. ergo xp̃s debet nobis
succurrere tanq̃ noster proximus. oẽs enĩ ho
mines rõne eiusdẽ nature dicuntur proximi. de
pen.di.ij.c.charitas.§.itẽ nõ illi. Unde nobis
per beatã virginẽ factus est debitor ex quo fa
ctus est hõ. Ait em̃ Cassiod.lib.xij. epistolarũ i
epl'a.v. gratificãte natura illis ampli⁹ debem⁹
q̃ nobis aliqua primitate iunguntur. Possu-
mus aũt inducere dñm iesuz ad subueniẽduz
nobis ⁊ eũ rogare ne pmittat nos zburi igne
infernali dicẽdo illi illud Horatij in.ij.lib. epi
stolaꝝ epl'a.xix. Nã tua res agitur paries cuz
proximus ardet. Preterea per hoc q fili⁹ dei est
vnitus nobis nostrã assumẽdo carnẽ maxime
spes nostra erigit q diligamur ab eo. vñ Aug.
xiij. de trini. ait. Quid est em̃ q tm̃ mentes eri-
gat:⁊ ab immortalitatis desperatiõe subleuet
q̃ q nos tãti fecit de⁹ vt ei⁹ filius immutabili
ter bon⁹ in se manẽs quod erat:⁊ a nobis acci
piẽs qd nõ erat dignet nr̃m iire cõsortiũ mala
nr̃a moriẽdo pferre?. Et.x. de ci. dei ca.xxix. ait
Grã dei nõ potuit gratius cõmendari q̃ vt ip
se vnicus dei filius in se incõmutabiliter ma-
nẽs indueret hominẽ ⁊ spe dilectionis sue da-
ret hominibus homine medio quo ad illuz ab
hoibus veniret. q̃ tamẽ lõge erat immortalis
a mortalib⁹ incõmutabilis a cõmutabilib⁹ iu-
stus ab impijs. btũs a miseris. ⁊ q: naturaliter
indidit nobis vt beati immortalesq; esse cupia
mus. manẽs btũs suscipiẽsq; mortalitatẽ vt no-
bis tribueret qd amam⁹ pperiẽdo ptẽnere do-
cuit qd timemus. hec ille. N

Preterea charitas nr̃a ad deũ p icarnatio
nẽ ⁊ natiuitatẽ filij dei maxie excitat ⁊ in
flãmat. Uñ Aug.l.iij. de cathecizãdis rudibus
ait. Que maior est cã aduent⁹ dei nisi vt ostẽde
ret dilectionẽ suã in nobis?. Et primo subdit. Si
amare pigebat:saltẽ nõ reamare pigebat. Jtẽ
p natiuitatẽ filij dei regulata est nr̃a operatio. q:
ipa nobis exẽplũ prebuit recte viuendi ⁊ recte
operandi. vñ Aug. in quodã sermone de natiui-
tate dñi sic ait. Homo sequendus nõ erat q vi-
deri nõ poterat. vt ergo exhiberetur homini.⁊
q ab hoie videretur.⁊ quẽ homo sequeret de⁹
fact⁹ est hõ. Et i lib. de agone xp̃iano idem ait.
Hec medicina hoiui tãta est quãta non põt co
gitari maior. Nã que supbia sanari põt. si hu
militate filij dei nõ sanatur:⁊ que auaricia sa-
nari potest si paupertate filij dei nõ sanat?. Que
iracũdia sanari pt si patiẽtia filij dei nõ sanat.
Que impietas sanari potest:q̃ charitate filij dei
nõ sanatur. Postremo que timiditas sanari po
test:si resurrectione xp̃i nõ sanatur?. Erigat er-
go spẽ suã genus humanũ ⁊ recognoscat natu
rã suã. Uideat quantũ locũ habebat in operi-
bus dei. hec ille. Postremo ex natiuitate filij
dei pducitur homo ad sui plenã fruitionem.
Nã per humanitatez xp̃i collata est nobis ad
plenũ participatio diuinitatis que ẽ est bea
titudo hominis. vnde Aug. in quodam sermo
ne de natiuitate dñi sic ait. Fact⁹ est deus ho-
mo:vt homo fieret deus. De ista autem ⁊ alijs
predictis vtilitatibus. ait idẽ Augustinus in
sermone.vij. de natiuitate dñi. Cesset ois sol-
licitudo xp̃s ad nos charitas venit. cesset om-
nis infirmitas. hodie saluator apparuit. cessẽt
bella:desinãt lites. hodie pax vera de celo de-
scendit. cesset hominis amaritudo. hodie per
totum mundum melliflui facti sunt celi. Fu-
giat mors quia vita nobis est data de celo ho
die super terram. gaudent angeli. letantur ar-
changeli. gloriãtur prophete. iniubilantur san-
cti. turbantur mali. gratulãtur boni. Jn presen
ti per gratiam.⁊ in futuro per gloriam in secu
la seculorũ. Amen.

¶De eadem beatissime virginis parturitio-
ne. Sermo.iiij.

NEdimittas le-
gẽ matris tue. Prouer.j. Nul
la res est adeo difficilis quaz
nõ reputet perficere matern⁹
amor. Exẽplũ videmus i gal-
lina q̃ cũ sit aial infirmũ ⁊ de-
bile. p liberatiõe suoꝝ pullorũ aggredit fortiora
se. vt canẽ imo ⁊ holez. ⁊ pariter p educatione
filioꝝ sollicite laborat. Hoc p tãto dictũ ẽ:vt
ostendatur q mater feruenti affectu filios di-

bris fecistis. mihi fecistis. Hec tamen non de
furfure cibo porcorꝫ imitatrix Cayn. sed de
simila delicatissima imitatrix Abel parat po-
lentā. deinde in manu pueri ponit pomuz cā-

tās. Oia poma noua ⁊ vetera dilecte mi seruaui
tibi. Cant. vij. Altera vo eum lactat ⁊ potat
⁊ hec est mansuetudo. que de cordis vberibus
dulces sermones eliquat Nonne inq̄t sapiēs:
ardorē refrigerabit ros: sic ⁊ vbū. Eccli. xviij.
Hec dicit paruulo. Dabo tibi vbera mea. Cā-
ticorꝫ. vij. Et iterum. Dabo tibi poculū ex vi-
no condito. Can. viij. Ipse aūt puer respōdet
ei. Fauus distillās labia tua: mel et lac sub lin
gua tua. Cantic. iiij. Istis autē nutricibꝰ offi-
cium suum dulciter explentibus. et nūc recli-
nantibꝰ nunc excitantibus. nunc pascentibus
nunc deducentibus. ⁊c. in spūali tripudio enu
tritus. puer iesus crescit etate ac sapientia et
gratia coram deo et hominibus Luce. ij. Et
tunc dicere possumus illud Esaie. ix. Paruu-
lus natus est nobis. et filius datus est no-
bis. ¶

Loquendo aūt de xp̄o ad literā dico q̄ lz
ipse dn̄s iesus hodie fuerit paruulꝰ: quā
tum ad etatem matrem staturā. familiam. po
mum. lectum. cibū. ⁊ vestimentū Potest tamē
dici q̄ fuit paruulus triplici alia ratione. Pri-
mo: quia offensus de facili potest placari. vt. s.
diximus. Qui enim ante dixerat tanq̄ impli-
cabilis. Ezechiel. vij. Nō parcet oculus meus
super te. ⁊ nō miserebor. modo dicit Esaie. xl.
Predicate annum placabilem domino. Secū
do quia emendo faciliter decipi potest paruu
lus. vnde aliquando pro vno pomo dat totam
suam hereditatem. Olim autem deus regnuz
suum valde chare vendebat. quia nullus ip̄m
emere poterat nec pro aliqua graui penitētia
nec pro morte aliqua: sed modo dat ipsum re-
gnum pro calice aque frigide. Matthei. x. Im
mo etiam pro vna bona voluntate. Unde in-
quit ps. ix. Desiderium pauperum exaudiuit
dominus. Ideo deum quodammodo decipi-
mus: quia eius regnum quasi pro nihilo abeo
obtinemus. Unde ps. lv. dicit deo: Pro nihilo
saluos facies illos. Et de beatis in figuram
iterum ait. Pro nihilo habuerunt terram desi
derabilem. Tertio dicitur paruulus: quia ad
instar paruuli debet a nobis spiritualiter con
cipi per bona proposita. ⁊ postea parturiri per
bona opera: vt prediximus iuxta preallega-
tam autoritatem Esa. xxvj. A facie tua concep-
pimus ⁊c. Sed multi sunt qui aborsum faciūt
quia bonum propositum ad opus non perdu
cunt. iuxta illud Esaie. xxxvj. Uenerunt filij
vsq; ad partum: ⁊ virtus non est pariendi. De
bet quoq; nutriri per perseuerentiam. et ideo
cuilibet fideli dicit deꝰ pr̄ illud Exodi. ij. Acci
pe puerum istū et nutri mihi. Dz etiā porta
ri p patientiā. iuxta illud Ecclastici. vj. Subij
ce humerū tuū ⁊ porta illam. scz sapientiam q̄
christus est. Si enim ipsum saluatorem porta
uerimus per deuotionem in hoc seculo: ipse

nos ab angelis suis portari faciet in celū perē
niter regnaturos cū eo qui est benedictus ī se
cula seculorū. Amen.

¶ Pars octaua hui⁹ sermonarij qđ Mariale
appell⁹ẽ. ī q̄ tractaẽ de bñdicte matris dei pu
rificatiōe. Hec aūt ꝑs ꝓprio ac ꝑticulari nōie
dedicatio sancti sanctoꝝ nūcupabaẽ.

Sermo primus A

Lumē ad reuela
tionē gētiū. Luc. ij. Hodie sa
crosctā mater ecclia summa
cū veneratiōe et reuerētia ac
honore solēnitatē duotissimā
purificatiōis imaculate ꝟgi-
nis matris dei ac redēptoris nr̄i festiuis lau-
dibus veneraẽ. Quobrē cōgruū vr̄ vt ⁊ nos sui
li ei⁹ deuoto mētis affectu de tāta festiuitate
memoriā recolam⁹. Uñ qr inqt ph̄s .i. Ethi. ꝙ
sermōes inqrēdi sunt ſm materiā de q̄ sunt.
tūc em̄ sufficiēter diceẽ si ſm subiectā materiā
diceẽ. Ideo iz de tā celeberrima solēnitate ser
mocinari me ineptū videā. tñ ꝓ modulo inge
nij mei aliqd eloq amore eiusdē ꝑijssime virgi
nis de festissima ipsi⁹ purificatiōe conabor. Ait
em̄ Leo papa in ſmone de dñica infra octauā
natiuitatis dñi. Rō adest nō tacēdi vbi oriẽ dif
ficultas fandi. Maxie aūt ad ꝑdicādū de hac
festiuitate me iduxit diui Amb. dictū in lib. de
virginitate q̄ ait. Talis fuit Maria vt eius vi
ta oīuz sit disciplina. Unde nō est vilaten⁹ du-
bitādū ꝙ q̄cūqꝫ ꝑegit: ⁊ maxie dū puulū filiuz
suū in tēplo pñtauit. cū igēti mysterio sit. ꝓ oīm
hoīm eruditione ꝑfecit. Ipa nāqꝫ fuit lumen
qđ gētib⁹ i tenebris cecutiētib⁹ solem iusticie
dei filiū reuelata facie cōtemplādum ostēdit.
De cui⁹ purificatiōe q̄tuor ꝯsideratiōes facie
Prima diceẽ illuminationis. mus.
Scđa causationis.
Tertia dubitationis.
Quarta ꝟo appellabiẽ purificatiōis.

¶ Pars prima huius sermonis que diciẽ illu-
minationis. B

Potte intelligere desiderāt m̄rīq̄
re ecclia ordinauit ꝙ ī isto festo
purificatiōis virginalis portenẽ
cādele i manib⁹ accēse. ꝓpter qđ
hec festiuitas candelaria appel
laẽ. Nō aūt statuit hoc fieri ī an-
nunciatione q̄ est tā magna festiuitas ⁊ maior
ista: nec etiā in assumptiōe que est maior oīuz
virginis festiuitatū. Nō etiā ī natiuitate eius
dē sed solū in purificatione. Uideẽ eniz eis ꝙ
saltez in assumptione deberēt poti⁹ portari cā
dele accēse. ad significādum ꝙ sicut in celis il-
lo die a tota curia celesti cū hymnis et cāticis
ac laudib⁹ honorata est. sic ⁊ in terris honora
ri debeat. Uñ ꝗ plures mouenẽ nouitate rerū
videntes in pñti solēnitate ꝯfluere plebē ad ec-
clesias. ⁊ cū luminarib⁹ ꝓcessionaliẽ ꝑgentez.
Quib⁹ vt tāte admiratiōis cā tollatur. ⁊ deuo
tiōe poti⁹ ꝗ admiratione icitenẽ satisfacer̄ cu
piēs: dico ꝙ q̄druplici rōne hoc cōuenientissime
ecclia ordiauit. Pmo ꝑp remouēdā erroneā cō
suetudinē. scđo ꝓpẽ ostēdēdā ꝟginis puritatē.
tertio ꝑp colēdā hodiernā pñtatiōnē: q̄rto ꝑp
nr̄az istructionē. Quo ad pmā rōnē dico ꝙ vt
refert autor rōnal' diuoꝝ. Romani qñ culturis
idoloꝝ deditī erāt. de q̄nto ī q̄ntū annū ī klis
februarij ad honorē februe m̄ris Martis. quē
deū belli appellabāt: lustrabāt vrbē tota nocte
cū cereis ⁊ facib⁹ accēsis. vt ei⁹ fili⁹ eis de ho-
stib⁹ victoriā daret. cui⁹ genitricē tantis lau-
dū ꝑeonijs efferebāt. Et istud spaciuz diceba
lustrū. Unde canit ecclia. Lustris sex qui iam
peractis. Sex em̄ lustra faciūt .xxx. ānos. Nā
spaciū .v. ānoꝝ appellaẽ lustrū. vt ī auẽ. hec cō
sti. ino. ꝯsti. in medio col'. viij. ⁊ no: .l. ea si quis
nec cām. §. penulti. ff. si cer. pe. ⁊ .l. tūc querit. §.
si ipleto. ff. loca. In eodē etiā mēse sacrificabāt
Plutoni q̄ dicebaẽ Febru⁹. ⁊ reputabaẽ ab eis
de⁹ iferni vt ipse cū ceteris dijs infernoꝝ ꝓpi
tiareẽ aīab⁹ dānatorū. Cui etiā offerebāt ho-
stias solēnes: excubātes cū laudib⁹ ī tēplo cū
cereis accensis. Arbitrabanẽ et romāi sequē-
tes quorūdā poetarū fabulas: maxime Ouid.
in .iiij. de fastis. ⁊ .v. Metam̄. ꝙ in ꝑncipio hu-
ius mensis Pluto de vrbe tulerit Proserpinā
ob eius formositatem. quaz fecit deā. vnde ce
res mater eius ⁊ cognati cū facib⁹ eā quesie-
runt in nocte in monte ethna: qui est in Si-
cilia. in quo dr̄ esse porta inferni. ꝓpter quod
mulieres romane his diebus festuz lumina-
rium exercebant Et istā historiā vel veri⁹ fa-
bulam representantes vrbem romanam cum
facibus ⁊ luminarib⁹ circūibāt. Quos abomi
nabiles errores considerans. Sergius papa:
simul et cognoscens ꝙ difficile est resistere cō-
suetudini que assimilaẽ nature .vij. Ethic. Un
de ꝯsuetudo diciẽ altera natura. vt ait glosa in
l. j. ff. ad macedo. ⁊ de postu. l. j. §. bestias. et de
acqui. re. do. l. naturale. §. ī his. ⁊ de lib. ⁊ post
hu. l. si qs posthumos in princi ⁊ instit. de re.
di. §. cernens. vbi glos. Animaduertensqꝫ pre-
dictas hereticas ⁊ diabolicas superstitiones
adhuc esse recentes in populis christianis ra-
tione assuefactionis: quos oportebat ingenio
sub iugo christi flecti pia cautela: statuit hunc
diem cum cereis bñdictis ⁊ processione solem
ni per orbem terrarum ad honorez beatissime
virginis marie matris dñi iesu christi dei no-
stri celebrari que nō fuit rapta a Plutone deo
infernali: sed suscepta in sponsam a deo om-
nipotenti: ⁊ eterno qui fecit celum ⁊ terrā: nec
fuit mater martis dei belli: sed illius q̄ sol⁹ est
ver⁹ de⁹ q̄ fecit pacē eterni p̄ris sui cū hoīe. Re

mãsit ergo eadẽ solẽnitas pcessiõis ꝛ illuminatiõis. sed alia fit intẽtiõe ꝙ prius. Fit enim ad significandum ꝙ pulcherrima atq; sctissima dei genitrix fuit illud lumẽ qđ orbẽ vniuersuz per filiũ suũ illustrauit. C

SEcũdo hoc fuit ordinatũ ppter ostẽdẽdã ꝟginis puritatẽ. Quia em btissima ꝟgo semp fuit pura. munda. clara: et immaculata volẽs ecclia hãc suã puritatẽ ꝛ operũ claritatẽ ondere ne aliqs deceptus vocabulo purificatiõis crederet eã aliqñ fuisse maculatã. statuit vt oẽs cũ cereis accensis nõ mortuis eam honorarẽt: volẽs per lumẽ significare ꝙ ipa ꝟgo bñdicta fuit tota splẽdida ꝛ luminosa intus ꝛ foris. Intus per purã ↄsciam ac sinceritatẽ ꝛ sctãm volũtatẽ quã cõiũcta semp habuit cum deo. Exterius ꝟo p oĩmodã sctitatẽ. Uñ de ipsa fulgẽtissima mr̃e dei dicere possum⁹ illđ Apoc. j. Facies ei⁹ sicut sol lucet in virtute sua. D

TErtio hoc institutũ fuit ppter recolendã hodiernã pñtationẽ. Sicut enim declarabit in pte vltima huius sermonis. hodie corporaliter pñtatus fuit dñs iesus in tẽplo. Ubi fuerũt quatuor sctissimi hoĩes: q cũ laudibus ꝛ iubilis ac luminarib⁹ ipm honorabãt. s. Maria ꝛ Joseph. Symeon ꝛ Anna pphetissa. q oẽs cũ alijs etiã adorauerũt reuerẽter ipm dñm nr̃m iesuz xp̄m: qr nõ est verisimile ꝙ sanct⁹ ille senex esset sol⁹ qñ beata virgo i tẽplo pñtans filiũ suum dedit illũ in vlnas ei⁹ Hoc igit ecclia repñsentãs facit processionez cũ cereo accẽso qui in manib⁹ portat. per quez significat ipe dñs iesus. qui hodie ad templũ est portat⁹. Tria em sunt in cereo accenso. s. cera liciniũ siue stupinũ ꝛ ignis. que significant tria que sunt ꝛ erant in xp̄o. Cera enim significat carnez xp̄i sine cõmixtione ꝛ corruptione viri. Liciniũ vero album in cera latens significat aiam xp̄i purissimã. ꝛ omni sanctitate candidissimaz in corpore latentẽ. Ignis vero siue lumen significat diuinitatẽ xp̄i qr vt đr ad Hebre. xij. Deus ignis consumens est. ꝛ sepe legit apparuisse in igne vt in rubo. Exo. iij. Et in columna ignis. Exo. xiij. Item descendit in igne super mõtem synay. Exo. xix. Et ideo inquit quidã versificator. Hanc in honore pie candelam porto Marie. Accipe per ceram carnem de virgine veram. Bombicis puritas animam per optime notat. Per summe lumen deitatis tolle cacumẽ. Quarto hoc fuit institutuz propter nostrã instructionẽ. E

IN hoc em instruimur ꝙ si volumus ante deũ esse purificati ꝛ mũdi tria nobis sunt necessaria. s. fides vera actio bona ꝛ intẽtio recta. Duo prĩa. s. fides vera cũ opatiõe bona significant p candelã in manu accẽsam. De qb⁹ inqt Greg. in quodã omel. Ille vere credit qui exercet operando qđ credit. Sed hic est notandũ ꝙ tria sunt q custodiũt cãdelã ne extinguat s. quãdo abscõdit a vento ac alijs cãdelis associat. ꝛ ei sufficiens pabulũ ministrat. Qui ergo nõ vult extingui abscõdat a vento laudis humane. aggreget ꝛ vniatur cõgregationi sãcte. ꝛ habeat pabulũ oronis ↄtinue. Tria quoq; sunt q impediũt ne cãdela extincta reaccendatur. s. remotio. humectatio. ꝛ grossi corporis interpositio. Multi ergo sunt qui nõ accendũtur siue qr pdicatorib⁹ nõ appropinquant nec adiũgunt. Deut. xxxiij. Qui appropinquãt pedibus ei⁹ accipiũt de doctrina illi⁹. Siue quia aquis delitiaꝝ humectant. j. ad Corin. ij. Animalis hõ nõ percipit q sunt spiritus dei. Siue qr amor terrenoꝝ in eis interponit. Mat. xiij. Sollicitudo seculi isti⁹ ꝛ fallacia diuitiarũ suffocant verbum. Sciendũ est etiã ꝙ sicut cãdela sine lumine dicit mortua. ꝛ lumen p se sine candela non bene lucet: sed mortuũ esse videt. ita ꝛ operatio sine fide ꝛ fides sine bõa operatione mortua est. Jaco. ij. ꝛ. c. fertur. ꝛ. c. sicut vrgeri. ꝛ ꝫ. opponit. j. q. j. ꝛ de pen. di. ij. c. si em. ꝛ di. iij. c. querat ꝫ. illud autez. ꝛ de sacra vnctione. c. vnico ꝫ. quia vero. Ad quod applicari potest illud quod dicunt iuriste: scilicet ꝙ nõ sufficit fides nisi probate artis experientia subsequatur. l. j. circa princip. ff. de vendi. inspi. et. l. j. C. de decret. ab or. fa. et. l. j. in. j. columna. C. de insti. condi. cõ. Per licinium autem significatur intentio recta que stat intus in anima sicut licinium in candela. Nam aliquando fit opus quod ab extra videtur bonum. ꝛ est de se de genere bonoꝝ. sed ppter malã voluntatem non est meritorium. imo vitiosum. puta si mulier paupertate cruciaretur ꝛ tu de tua substãtia ei prouideres. hoc quidem est de se bonuz. et ab extra videtur laudabile ꝛ meritoriuz. est enim opus misericordie. Sed si tu hoc faceres mala intentione: vt scilicet per hanc elemosynam eam trahere posses ad consentiendũ peccato: vel vt vanam gloriã cõsequaris ab aliqs totum hoc opus esset ad demeritũ. Ecce ergo ꝙ intentio bona requiritur: vt scilicet omnia opera tua facias amore dei ꝛ cum intentione bona. ꝛ hoc modo portabis candelam accẽsaz in manibus. Pro maiori etiam declaratione predictorum dicere possumus ꝙ candelas in purificatione deferimus rõne virginis: xp̄i et nostri. In virgine enim fuerunt quattuor prerogatiue que per candelam intelliguntur: prima est virginitas in carne. qui significatur p ceram quam apes generant sine corruptione. De ipsa autem dicitur Esa. vij. Ecce virgo cõcipiet ꝛc. Scđa est puritas in mente: que significatur per licinium candidum intus in cera occultatum. de ipsa namq; dicit ps. xliiij. Omnis gloria eius filie regis ab intus. Tertia est sanctificatio in vtero. que significatur per hoc ꝙ

Ille cādele sanctificātur ꝛ bñdicuntur. De ipsa
etiā dr ps.lxv. Sanctificauit tabernaculū suū
altissim⁹. Quarta est claritas inuersatiōe. q̄ si-
gnificaꝶ p lumē. De q̄ua dr Sap.iiij. O q̄ pul-
chra est casta gñatio cū claritate. Scđo cādelā
deferim⁹ rōne christi. Candela em̄ hec signifi-
cat xp̄m ratione ppositionis ꝛ cōsumptionis.
Quoad primū dico q̄ in cādela accēsa sūt tria
.s. cera. licinīū. ꝛ lumē. vt. s. etiā diximꝰ ꝛ in xp̄o
est triplex substātia. s. caro. sine semine gñata.
Vñ ps. ps. xxj. inq̄t in persona xp̄i. Factū est cor
meū sicut cera. s. in gñatiōe. sed liquescēs i pas
sione. Scđo est ibi licinium. i. aīa candore inno
cētie decorata. iuxta illud Sap.vij. Candor est
lucis eterne ꝛc. Tertio ibi est lux. i. diuinitas
luminosa iuxta illud Jo.j. Erat lux vera ꝛc. Et
sicut ignis vniꝶ cere mediāte licinio sic diuini
tas vnita est carni mediāte aīa. De his autez
tribus dicitur Cañ.v. Dilect⁹ me⁹ candid⁹ est.
s. per candorem mundicie. ꝛ rubicundus scili-
cet ppter fulgorē diuinitatis. et electus ex mi
libus scilicet propter incorruptionem carnis.
Scđo xp̄s significaꝶ per candelam ratione cō-
sumptionis. sicut em̄ candela accensa se totaz
ↄsumit in nostrū seruitiū: sic christus totū se cō
sumpsit in nr̄m obsequiū. Nā consumpsit car-
nē suā per vulnerationez ꝛ attritionem. Unde
Esa. liij. dr. Ipse vulneratus est propter iniqui
tates nostras ꝛ attrit⁹ ppter scelera nr̄a. Con-
sumpsit etiā sanguinē per totalē effusionē. Vñ
angeli admirātes dixerunt ei. Esa. lxiij. Qua-
re rubrū est indumētū tuū: ꝛ vestimenta tua si-
cut calcantiū in torculari. Cōsumpsisse quoq̄
diciꝶ animā per tristiciā ꝛ dolorē. Unde Mat.
xxvj. ipse ait. tristis est anima mea vsq̄ ad mor
tem. Item consumpsit vitā corporalē per ab-
breuiationem. Unde in persona eius dr Esaie.
xxxviij. Precisa est velut a texēte vita mea. Cō
sumpsit etiā substātiā tpalem vsq̄ ad denuda
tionē. Unde de spoliātibus eum in morte ipse
ait ps. xxj. Diuiserūt sibi vestimenta mea ꝛc.
Tertio principaliꝶ cādelas deferim⁹ rōne nr̄i.
Per cādelā enim accēsam significatur q̄ debe
mus habere vitā sanctam ꝛ famā preclarā. Pri
mo aūt vitā sanctam faciunt bona opera fides
recta ꝛ intentio sincera. Operatio bona signi-
ficaꝶ per cerā. quia sicut cera mediante rore ce
lesti gignitur. sic bona operatio a deo tm̄ habe
tur iuxta illud ad Philip.ij. De⁹ est q̄ operatur i
nobis velle ꝛ perficere p bōa volūtate. Fides
aūt intelligitur per lumen. Ut em̄ cādela sine
lumine non lucet. sic nostra operatio sine fide
deo nō placet. iuxta illud ad Heb.xj. Sine fide
impossibile est placere deo. Intētio vero recta
signatur per licinīū quod est occultum ꝛ candi
dum ꝛ luminis baiulum. Sic em̄ intentio no-
stra debet esse occulta. Unde Grego. in quadā
homel. ait. Sic aūt sit opus in publico vt tamē
intētio maneat in occulto. Debet etiam esse cā
dida. i. pura iuxta illō. Mat.vj. Si ocul⁹ tu⁹ sim
plex fuerit totū corpus tuū lucidū erit. debet
quoq̄ esse luminis baiula. q̄r debet opa nostra
corā deo pñtare. ꝛ ab eo remuneratiōnē expe-
ctare. de quo Mat.vj. inq̄t saluator. Et pr̄ tu⁹
q̄ videt in abscōdito reddet tibi. Scđo per can
delā significaꝶ fama preclara. Candela em̄ ac-
cēsa lucet. abscōdita nō emittit splendorē: ꝛ ex-
tincta fetet. Sūt aūt quidā feruētes in vita et
lucidi in doctrina. q̄ sunt sicut cādela accēsa. et
de singulo eorum dici potest illud Jo.vj. Ipse
erat lucerna ardens ꝛ lucēs ante dominū. Alij
vero sunt contenti habere bonam vitam tm̄. ꝛ
abscōdit suā doctrinā. ꝛ isti sunt sicut candela
abscōdita. faciētes ↄtra dictū saluatoris q̄ ait.
Luce.xj. Nemo accendit lucernam ꝛ abscōdit
eam sub modio ꝛc. Sunt etiam alij qui nec ar-
dent nec lucent: sed fetent per mala opera. Et
isti sunt sicut candela extincta. que quidem nō
lucet. sed fetet. Et de istorum fetore dicitur
Esa. xxxiiij. De cadaueribus eorum ascēdet fe
tor. Anime enim peccatorum sunt cadauera q̄r
sunt mortue. iuxta illud Ezech. xviij. Anima q̄
peccauerit ipsa morietur. c. si habes. xxj. q. q.
iij. c. peccatuz enim est mors anime. Et de tali
bus cadaueribus ascēdit fetor per malū exem
plū. Nos vero illos nō imitari debemus serua
re illud quod admonet saluator Math.v. di.
Sic luceat lux vestra coram hominibus vt vi-
deant vestra bona opera. ꝛ glorificent patrem
vestrum qui in celis est. Et tunc poterimus di
gne interesse cādelarum processioni in hac sa-
cratissima die. Hec est enim illa solēnitas tan-
tis decorata mysterijs tantisq̄ honoribus su-
blimata. quā omnes precipua debēt deuotio-
ne celebrare. Unde Augu. in quodam sermone
inq̄t. Celebremus ergo diē festū non humane
deuotionis sed diuine dignatiōis nō infirmi-
tatis sed eternitatis. non informationis: sed
reformatiōis domini nr̄i iesu xp̄i. hec ille. Ad
processionē quoq̄ popule mi cū profunda hu-
militate et deuotissima meditatione incedere
debes. recogitando dignationem altissimi dei
qui hodie paruulus ad templum portari vo-
luit vt nos magnos in celesti faciat felicitate.
Considerando insuper q̄ per hanc processio-
nē repn̄sentamus tam saluiferum magnūq̄ sa
cramentū. Sūma ergo cum reuerentia ꝛ hone
state debes associare benedictam dei matrem
ad templum incedentem cum illo suo pulcher
rimo. xl. dierū gigantello in brachijs atq̄ illinz
cum ea eterno patri pro totius mundi salute
offerre. Candelas etiaz bñdictas magna cum
deuotiōe in domibus suis debēt singuli custo
dire. Ad audiendam quoq̄ predicationem de
tā celeberrima festiuitate debēt omnes cū pu-
ritate cordis ꝛ anime mūdicia accedere. ibi de

notissime permanere. Predicatores etiam de-
bent mundi et puri esse ab omni peccatorum im-
mundicia quantum humana fragilitas patitur.
qui purissime et immaculate virginis purifica-
tionem volunt populis declarare. Videmus enim
quod si aliquis indignus loquatur de aliqua excel-
lenti ac nobilissima persona. illi videtur quod prius va-
dat ad lauandum os suum. Omnes ergo qui volunt de
hac purissima virgine loqui prius debent mente
et labijs esse mundati. Unde quilibet peccator sentiens
in se alicuius peccati immundiciam debet dicere illud
Esaie. vj. Vir pollutus labijs ego sum. et in
medio populi polluta labia habentis ego habi-
to. Deinde rogare debet dominum vt mittere dignetur
seraphin de celis qui tangens labia iniquitatem
auferat et precordia emundet. quo de tam excel
lentis regine purificatione digne valeat predicare

¶ Pars secunda huius sermonis que dicitur causationis. F

Ro expeditione huius partis queritur
qua de causa deus ordinauerit
preceptum cerimoniale presenta-
tionis pueri in templo quadragesi-
mo die natiuitatis eius. quod ha-
betur Leuiti. xij. Ad quod respondent
expositores ibi. quod hoc fecit multiplici ex causa.
Primo vt per hoc intelligatur quod sicut corpus pue-
ri quadraginta diebus in materno vtero organi-
zatur: et quadragesimo die anima corpori infundi
tur sicut in templum. vt inquit Aug. in li. lxxxiij.
questionum. et Alexan. de ales in tertia parte sum-
me in tractatu de sanctificatione beate virginis. q.
vj. et glo. or. sup Leuit. xij. c. et de hoc etiam tractat
legiste in. l. gallus. in prin. ff. de lib. et post. et cano
niste. v. di. in prin. Ita quadragesimo die a natiui-
te puer in templum materiale domino debet pre-
sentari. Secundo vt sicut aia post quadraginta
dies corpori infusa statim per culpam peccato
maculatur. sic puer quadragesimo die templum
ingrediens per hostias ab ipsa macula amplius
expietur Tertio secundum Fran. de may. in sermone
presentis solennitatis. vt detur intelligi quod sicut
in quadraginta sunt quatuor et decem ita illi qui
volunt templum celeste ingredi. debent decem pre
cepta cum fide quattuor euangeliorum perfecte ser-
uare. Quia vero corpus femine organizatur in
octuaginta diebus. et octuagesima die aia corpo
ri infunditur secundum plurimos doctores. Ideo secundum pre
ceptum predictum legis puella debebat presen-
tari in templo octuagesima die. Sciendum
ergo quod quando mulier pepererat masculum: ef
ficiebatur immunda septem diebus a consortio
hominum et ab ingressu templi post septem autem
dies efficiebatur munda quoad consortium ho
minum sed quoad ingressum templi remane-
bat immunda vsque ad quadragesimum diem
in quo presentabat filium in templo et purifi-
cabatur. Si vero peperisset feminam remane
bat immunda quoad conuersationem hominum
et quoad ingressum templi. xliij. diebus. post
quos efficiebatur munda quoad hominum conuersa-
tionem. remanebat autem immunda quoad ingres-
sum templi vsque ad. lxxx. diem in quo presentabatur
filiam in templo et purificabatur. Et hoc omnia haben-
tur Leuiti. xij. Causas autem quare deus voluit tan-
tam esse differentiam in organizatione corporis
femine et pueri et infusione aie eorum assignant
doctores ibi. Prima est quia christus assumpturus
erat carnem in sexu virili. ideo vt ipsum honoraret. et
apud ipsum sibi gratiam faceret. voluit vt citius forma-
retur et animaretur citius mundaretur. Secunda vt quia mulier prius
peccauit quam vir. et fuit causa peccati viri. vt. l. c. Adam. de
pe. di. vij. Unde Eccli. xxxvij. dicitur. A muliere initium
factum est peccati. et per illam omnes morimur. et per conse-
quens deum plus fatigauit qui nostris malis ope
ribus fatigatur iuxta illud Esa. xliij. Serui-
re me fecisti in peccatis tuis. et prebuisti mihi labo-
rem in iniquitatibus tuis. Sicut erumne eius ab
erumnis viri duplicate sunt exterius in mundo.
Unde inquit glo. ordinaria sup Leuiti. xij. quod to-
ta maledictio Adam data est sup Euam. Et vl-
tra ei addidit deus. In dolore et erumna paries
etc. Ita etiam duplicaretur eius erumne in vtero. Ter
tia causa est. vt ostenderet quod semper mulier debet
esse subiecta viro. Ideo noluit eam deus ante virum
formare. nec equaliter: sed post in duplum.

¶ Pars tertia huius sermonis que dicitur du
bitationis. G

On inmerito hic queri potest numquid bea-
ta virgo indigebat purificari? Et re
spondetur secundum omnes doctores sup euan
gello hodierno. et beatum Tho. in. iij.
parte summe. q. xxxvij. quod non. Unde
dico quod non indigebat nec ratione sui parturien
tis. nec ratione prolis. nec ratione legis. nec ratione
mysterij siue significationis. Primo non indi-
gebat ratione sui. nihil enim purificatur nisi im
mundum: sed ipsa tota erat purissima. tota san-
ctissima et tota mundissima. Siquidem spiritussan
ctus sanctificauerat eius mentem. iuxta illud
Luc. j. Spiritussanctus superueniet in te. Filius dei
sanctificauerat eius ventrem. Ideo ei dictum fuit
ibi. Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Pater
vero celestis sanctificauerat eius ventrem et men
tem. iuxta illud ps. xlv. Sanctificauit tabierna
culum suum altissimus. Secundo non indigebat
purificatione ratione prolis. quia in filio nulla
fuit impuritas. sed omnimoda sanctitas. In
ipso namque fuit triplex natura. s. diuinitas ve
ra anima lucida. et caro immaculata. Unde Sap.
vij. dicitur. Candor est lucis eterne. quoad ani
mam lucidam. et speculum sine macula. quoad car
nem immaculatam: et imago bonitatis dei. quo-
ad diuinitatem veram. secundum quam filius dei est ima
go dei patris iuxta illud Colo. j. qui est imago
dei inuisibilis. Quod etiam non indiguerit
purificatione ratione prolis patet. Nam vas plenum

flore ameno et repletū balsamo. ac ꝑfusum sola
tradio nullā ex his immundiciā contrahit. sz
efficit magis purū et magis odoriferuz ac ma-
gis luciduz. Tertio nō indiguit purificatione
rōne legis. lex enī purificationis posita Leuit.
xij. c. tria supponebat scz fractionē ꝟginitatis.
vnde dicit mulier q̄ significat sexus fractionē
in cōcipiendo et pariendo. Supponit etiā semi
num comixtionē. et ideo dr̄. si suscepto semine.
Tertio supponit assimilationez. vt scilz filius
sit similis parētibus in natura. Ideo dr̄ pepe-
rit masculum. Ista aūt tria in ꝟgine nō fuerūt
Nā in ea nulla fuit fractio ꝟginitatis. sed ꝑpe
tua illibatio. quia fuit ꝟgo ante partū. in par-
tu. et post partū. Ibi etiā non fuit seminū com-
mixtio. qr nō cōcepit ex seminū cōmixtione: sed
ex mystico spiramine. et ideo ad hanc legem nō
tenebat in qua ipsa non cōprehēdebat. Qn̄ enī
aliqua lex datur sub cōditione. nō obligat nisi
illos quos tangit illa cōditio. vt ait Frācis cus
de may. vbi. s̄. Cum ḡ lex dicat. Mulier si susce
pto semine peperit masculum immūda erit &c.
Concludit ꝙ btā ꝟgo q̄ nō peperit suscepto se
mine non fuit immūda. qr obligatio sub cōdi-
tione nō ligat ante impletā conditionē. l. cede-
re diē. ff. de. ꝟ. si. l. legata. ff. de condi. et de. l. j. C.
de cōdi. inser. c. de illis. et c. verū. extra de cōdi.
appo. et nota. in. c. non solū. xxxij. q. vij. Dicit g̃
gl. sup Leuit. xij. c. ꝙ moyses spū dei cognoscēs
ꝙ beata ꝟgo debebat cōcipere et parere filium
sine seminis susceptione. et consequenter nō fie
ri immunda mysterialr addidit. Si suscepto se
mine &c. quasi diceret. Nemo intelligat hāc ob
ligationem immūdicie contrahēde cōprehen-
dere matrē filij dei. quia ipsa nō concipiet nec
pariet filium de semine suscepto sed de spūsā-
cto. et idcirco immaculata permanebit. De quo
Bern. in quodam sermone inquit. Putas enī
ꝙ dicturus Moyses mulierem que peperisset
filium immūdā esse nō timuerit super matre
dn̄i blasphemiam irrogare? Et idcirco premi-
sit. Si suscepto semine alioqn si non parituraz
preuidisset sine semine virgineo: q̄ necessitas
erat de suscepto semine facere mentionem? Pa
tet g̃ ꝙ lex illa matrem dn̄i non includit q̄ non
suscepto semine filiū peperit. hec ille. Vn̄ inqt
Fran. de may. in sermone occurrentis solemni
tatis. In institutione huius sacramenti clare
prophetauit Moyses ꝙ virgo erat paritura si
ne viri semine. et sic istius sacramēti institutio
infert virginis partū cuz dicit. Si suscepto se-
mine peperit masculuz &c. Nā qn̄ quis in aliq̄
lege vel pacto aut ꝓmissione vel iuramento
apponit cōditionem: ꝑ hoc dat intelligere ꝙ ca
sus ille qn̄qz eueniet. vel saltem euenire pos-
set sine tali conditione alioquin illa conditio
frustra et in vanum esset apposita. Exemplum
de lege habemus Exo. xx. vbi deus dedit legē
Si quis occiderit ꝓximū suū cū hac conditiōe
ꝙ hoc fecerit ꝑ industriā. ab altari inquit meo
euelles eū. Ista aūt cōditio apposita dat intelli
gere ꝙ aliqs erat occisurus et nō per industriā
et ille non erat euellendus sic ab altari vt ibi
ptz. Exemplum de pacto habemus. ij. Reg. iij.
vbi Dauid fecit pactuz cū Abner principe mi
litie ppli Israel cum hac conditione ꝙ redde-
ret ei vxorem suam michol. Ex quo dedit intel
ligere ꝙ aliter poterat euenire factum pacis. et
ideo dixit. Nō videbis aliter faciem meā. Exē
plum promissionis habemus Josue. xv. vbi ca
leph promisit dare filiam suam vxorem cū hac
cōditione scz si qs caperet ciuitatē quam expu
gnabat. quia notū erat ꝙ poterat dare sine ta
li cōditione. et ideo posuit cōditionez. Exemplū
iuramēti habemus ps. cxxxi. vbi dr̄ ꝙ deus iu
rauit Dauid dare regnū sempiternū filijs suis
si custodirent legē suā. dās intelligere ꝙ aliter
esset si cōditio nō euenisset Deus ergo q̄ dixit
ꝑ Moysen. Mulier si suscepto semine peperit
masculuz &c. dedit intelligere ꝙ qn̄qz mulier es
set paritura masculū semine nō suscepto ali-
ter frustra addidisset. si suscepto semine. cum
via naturali aliter parere nō posset. Sicut hō
non potest videre sine oculis apertis. nec am-
bulare sine motione pedum. hec ille. Nos au-
tem dicere possumus ex mente ipsius doctoris
ꝙ hec locutio diuina de muliere pariente con-
tinet duo scz vnū affirmatiuuz ex verbis cum
dicit Mulier si suscepto semine peperit mascu
lum immunda erit. Aliud ꝟo negatiuum vir-
tualiter cōtinet scilz si mulier non suscepto se
mine peperit masculum: nō erit immunda. Quo
presupposito dico ꝙ si predicta locutio negati
ua que in affirmatiua virtualiter includitur
non fuisset verificabilis. dei verbum quod per
Moysen dixit fuisset ridiculosum. sicut ridi-
culosa esset promissio si quis princeps diceret
subditis suis. si quis ambulauerit sine pedi-
bus: vel locutus fuerit sine lingua vel vide-
rit sine oculis: dabo sibi centum. Et ideo vt sa
cra dei scriptura non dicatur ridiculosa po-
suisse concludendum est Moysen diuino spi-
ritu illuminatum de conceptione et parturi-
tione purissime virginis in predictis verbis
prophetasse. que sine virili semine conciptēs
immunda fieri non debebat. Et ideo vene-
rabilis Beda super Lucam ait. Si legis ip
sius verba diligentius inspexeris: profecto re
peries ꝙ ipsa dei genitrix sicut a commixtio
ne virili: sic a legali iure sit immunis. Non
enim omnis mulier pariens: sed ea que susce-
pto semine peperit designatur immunda. ri-
tuqz legis docetur esse mundanda. ad distin-
ctionē scz illius que virgo concepit et peperit
hec ille. Titus etiam expositor vbi. s̄. ait. Re-
uera non incumbebat necessitas virgini sacre

vt dies purgationis ei⁹ expectaret. que cũ ex spũsancto ɔcepisset caruit cõtugio. Tertio nõ fuit in filio ṽginis tñ assimilatio nature humane: sed fuit etiã ibi sublimitas nature diuine. Uirgo eñ peperit filiũ ⁊ sibi similẽ quãtũ ad naturã hũanã: ⁊ sibi dissĩle quãtũ ad naturã diuinã ⁊ ĩõ obligatio legalis in ea locum hẽre nõ potuit. Quarto nõ indiguit purificatiõe rõe mysterij siue significatiõis. Lex enim ꝑcepit vt puer die. xl. ⁊ puella die. lxxx. rõne assignata in pte ꝑcedenti in tẽplo pñtaretur: scʒ qꝛ vsqꝫ ad illõ tpš organizat corp⁹ ⁊ infundit aĩa. Sed istud mysteriũ siue significatio non habuit locũ in xp̃o: qꝛ in eodẽ instãti cõceptionis sue fuit plene organizatũ corp⁹ ei⁹. et aĩa eidẽ corpi infusa: ⁊ virtuqꝫ scʒ aĩa ⁊ corpus diuinitati vnitũ fuit: ⁊ statĩ pfect⁹ de⁹ ⁊ pfectus hõ fuit ꝑm oẽs doctores catholicos. maxime Aug. in li. de fide ad Petrũ. ⁊ Grego. sup Cãtica ⁊ Alexãdrũ de ales in. iij. parte summe. i tractatu de sanctificatiõe ṽginis. ⁊ Nicolaum de lyra super Hieremiã. ⁊ Frãciscũ de mayro sup Lucã. ⁊ Richardũ de media villa in. iij. sentẽtiarũ disti. ij. arti. ij. q. iij. Ergo nulla idiguit purificatiõe ipa imaculata mater ei⁹ Maria.

¶ Pars quarta huius sermonis que dicitur purificatonis.



Orte aliqs dicet. Cũ vt. õ. ꝓbatũ est btĩssima ṽgo non indiguerit purificatiõe: nec fili⁹ ei⁹ pñtatione: qre voluit istã cerimoniã purificatiõis ⁊ ꝑsentationis obseruare? Ad qõ rñdent doctores p̃dicti marie btũs Tho. ⁊ Frã. de mayro. vbi. õ. ꝙ hoc rationabilr fecit. Nos aũt dicere possumus ꝙ. xv. de causis hoc egit. Primo rõne hũilitatis Decebat eñ vt ṽgo que ꝓpter hũilitatẽ suã electa fuerat mater dei subderet se legis cerimoniõis: nec pre alijs se ondẽret singularem qõ fuisset signum superbie: sed cum ceteris mulierib⁹ se hũiliter cõformãdo filiũ suũ imitaretur. de quo Ber. ait: Qui sine peccõ est nõ dedignatur peccator reputari. Uñ idem Ber. i. ser. purificationis inquit. Putas non poterat animus virginis cõmoueri ac dicere Quid mihi opus est purificatiõe? Cur abstineã ab igressu tẽpli cuius vter⁹ nesciens virũ factus estẽ plũ spũssancti? Cur nõ igrediar tẽpliũ q̃ pepit templũ dñi? Nihil in hoc ɔceptu. nihil i partu impurũ fuit nihil illicitũ. nihil purgandũ. nimirũ cum proles mea istã purgatiõẽ venerit facere delictorũ. Uere o btã virgo nõ habes causam nec tibi opus est purificatione. Sʒ nũquid filio tuo opus erat circũcisione? Esto inter mulieres tanqꝫ vna illarũ. Nã ⁊ fili⁹ tuus sic est in medio puerorũ. Hec eñ hũilitas nõ solum ex parte matris fuit sed etiam ex parte filij qui similiter legi se subijcere voluit. In natiuitate eñ habuit se vt pauper hõ. in circũcisione vt paup ⁊ pctõr ⁊ hõ. sed hodie vt pauper: peccator ⁊ seruus. pauperem eñ se ostẽdit i eo ꝙ pauperũ oblationem elegit. pctõrem in eo ꝙ ipe cũ matre voluit expiarĩ. seruũ ṽo in eo ꝙ baptizari voluit nõ ꝓpter culpã purgãdã. sed ꝓpter ei⁹ maximã vtilitatẽ ostẽdendam. hec ille. Sicut aũt mater dei dedit nobis exemplũ hũilitatis ⁊ cõtrarius dũ voluit alijs mulieribus esse cõis ita etiã dedit exẽplũ paupertatis. vbiqꝫ eñ regina celi paupratẽ ꝑuauit. vt patʒ i suo cõiugio: qꝛ nõ fuit despõsata imperatori sed paupi fabro. Itẽ in suo puerperio. in quo nõ habuit rerũ abundantiã sʒ magnã penuriam. In suo quoqꝫ nutrimento: quia sicut dicit Hiero. colo ⁊ acu victum acqrebat: vñ se ⁊ saluatorẽ mũdi nutriebat. In suo etiã offertorio hodierna die paupertatis exemplum dedit. qꝛ oblationem humiliũ ac viliũ ꝑsonarum atqꝫ pauperũ obtulit. I.

Scõo hoc egit rõne approbatiõis. vt. s. approbaret legẽ veteris testamẽti hoc ꝑcipiẽtẽ a deo eẽ datã ɔtra hereticos q̃ dixerũt eã datã fuisse a diabolo. ⁊ hãc ratiõnẽ tãgẽs Orig. in qdã homet. inqt. Ubi sunt q̃ deũ legis negãt a xp̃o fuisse in euã. ꝑdicatum. an putãdũ est ꝙ filiũ suũ bon⁹ de⁹ sub lege inimici fecit quã ipe non dederat? In lege enim. Moysi scriptũ est qõ sequit. Quis oẽ masculũ nũ adaperiẽs vuluã scĩũ dñō vocabitur. hec ille. Tertia rõ dicit obseruatiõis Licʒ eñ princeps sit solutus suis legibus. l. princeps. ff. de legi. tñ decet eũ legib⁹ viuere. l. digna vox. C. eo. tit. i. ex perfecto. C. de test. ij. q. vij. c. nos si incõpetẽter. ⁊. c. cõfidimus. ⁊. c. ideo. ꝗ. his ita rñdetur. xxv q. i. ⁊. c. iustũ est. ix. di. ⁊. c. cũ oẽs. de consti. ⁊. ff. qõ quisqꝫ iu. per totum. maxime in. l. s. vbi dʒ: Quis aspernabit idẽ ius sibi dici qõ ipse alijs dixit vl fecit: qõ qs in alteri⁹ personã equũ esse credidit: id in sua qꝫ psona valere patiat. Ideo xp̃s voluit ꝑuare legẽ quã ipe dederat. lʒ ad eã nõ teneret p naturã suã: nec mater eius p sui grãm. qꝛ augusta ex grã imparoris gaudet puilegijs ei⁹. d. l. pnceps. Femine eñ coruscãt radijs maritorũ. ꝗ. si vero. ⁊ alʒ allegat. ꝗ. hec itaqꝫ: in auk. de ɔsu. ⁊. l. femine. ff. de sena. ⁊ hãc rõnem ꝓbam⁹ dicto eiusdem saluatoris nri qui inqt Mat. v. Nõ veni soluere legẽ sʒ adimplere. Quarta rõ dʒ verificatiõis vt scʒ ꝟificarent ea q̃ ꝑdixerãt ꝓphete de pñtatione xp̃i in templo. maxime Aggei. ij. vbi inquit de⁹. Adhuc vnũ modicũ est. et ego mouebo celũ ⁊ terrã: ⁊ veniet desideratus cunctis gẽtib⁹: ⁊ implebo domũ istã glĩa scʒ tẽplũ Salomonis. Item Dan. vij. lquit propheta. Aspiciebã ego i visiõe noctis. ⁊ ecce i nubibus celi quasi filius hominis veniebat. ⁊ vsqꝫ ad antiquum dierum peruenit. ⁊ in cõspectu eius ob

tulerũt eũ. Ps. quoq̃ ps. x. cecinit dicens. Dñs
in tẽplo sancto suo scz veniet. ⁊ Malach. iij. p̃-
dictũ fuerat. Statim veniet ad templũ sanctũ
suum dñator quẽ vos queritis. ⁊ angel⁹ testa-
mẽti quẽ vos vultis. Quita rõ ḋr excusatiõis
scz ne tempore sue p̃dicationis iudei se excusa
re possent ⁊ dicere xp̃o. Doctrinã tuã nolum⁹
accipe. quia dissimilis es patrib⁹ nostris. ⁊ le-
gis traditiones nõ obseruas. Ut ergo eis oẽs
causas dubitandi ⁊ resistendi auferret: voluit
legis cerimonias obseruare. Et hãc rationez
tangit beat⁹ Tho. in. iij. pte sum. q. xxxvij. S

Exta rõ ḋr liberatiõis. Ut eñ dei fili⁹
nos liberaret a iugo p̃ceptoꝝ cerimo
nialiũ legis antique: voluit ipse eã cũ
matre sua pfecte adiplere. Et hãc rõnẽ tãgẽs
venerabilis Beda i ser. festiuitatis hodierne
lquit. Ut nos legisq̃ vinculo solueremur sicut
xp̃s ita ⁊ b. Maria legi est spõte subiecta. In-
tantũ aũt est lex purificationis ablata. q̃ mu-
lier si vult põt eadẽ hora qua filiũ pepit intra
re templũ dei vt ei gr̃as referat. c. si mulier. de
3se. dist. v. ⁊ c. j. de puri. post par. Hoc etiaz est
illḋ qḋ inquit. Paul⁹ Gal. iiij. di. Misit deus fi
liũ suũ natũ ex muliere factũ sub lege: vt eos
qui sub lege erãt redimeret. Beat⁹ ἀo Tho. i.
iij. parte sum. q. xxxvij. ar. iij. addit dicẽs. Et vt
iustificatio legis i suis mẽbris spũaliter iplere
tur. Nã propter hoc ip̃m voluit hostias lega-
les p se offerri q̃ erat vera hostia, vt figura ve
ritati 3iungeret. ⁊ p veritatẽ figura approba-
ret. hec ille. Ut ergo lex purificationis ⁊ phta-
tionis terminaret: voluit ipse ad eam venire.
Nã sicut experientia videm⁹ aduenientẽ luce
cessant tenebre. ⁊ aduenientẽ splẽdore solis re-
cedit vmbra. ⁊ ita aduenientẽ purificatiõe vera
q̃ est xp̃s cessauit typica. i. figuratiua purifica
tio. Sicut eñ in circũcisione xp̃i euacuata: est
lex circũcisiõis. ⁊ mutata fuit circuncisio in ba
ptismũ sic nũc in purificatione innocentissimi
xp̃i ⁊ purissime matris eius euacuata fuit illa
purificatio antiqua. Unde Aug. in quodaz ser
mone ait. Dñs quidem suscepit circuncisionẽ
ablaturus ipsam circuncisionem. suscepit' vm
bram daturus lucẽ. suscepit figurã impletur⁹
veritatem. Ipse enim nobis legez dedit. hec il
le. Xp̃s nãq̃ nobis verã purificationem attu-
lit. i. fidem iuxta illud Act. xv. Fide purificans
corda eorum. Ut ergo christus ille veteri puri
ficationi finem imponeret. et hanc nouam ac
nobiliorẽ. s. fidem induceret voluit purificari.
hinc est q̃ patres de cetero nõ tenent ad solu-
tionẽ illaꝝ antiquaꝝ solutionũ p filijs: nec ma
tres ad purificationẽ vel templi ingressionez.
nec filij ad illam redemptionem de qua in se-
quenti sermone dicetur quia christus omnia
abstulit vnde merito honorandus et glorificã
dus est. Hinc Augu. in q̃daz ser. ait. Quis igit

fratres charissimi nõ adoret primũ ⁊ nouissi-
mũ initiũ ⁊ finẽ. Quis inquã nõ adoret eum p
quẽ aspirauit dies et fugate sunt vmbre: nat⁹
eñ ẽ iperator vt absolueret pctõr. Dñs nam-
q̃ lesus tribuit nobiz magnã spẽ p carnẽ quã su
scepit. magnã gr̃az magnã 3solationẽ h ille. L

Eptima rõ ḋr occultationis. s. diaboli.
Nã sicut inquit Aug. iij. de trini. Dia
bolus multa põt virtute sue nature. a
qb⁹ tñ phibet diuina ṽtute. vñ ṽtute sue na-
ture poterat diabol⁹ cognoscere matrẽ dei nõ
fuisse corruptã: sz ṽginẽ remãsisse. prohibitus
tñ est a deo cognoscere modum part⁹ diuini.
Nã in infantia xp̃i oportebat impedire mali
ciã diaboli. ne eũ acri⁹ p̃seq̃ret qñ xp̃s nec pa-
ti disposuerat: nec virtutẽ suam ostẽdere vole
bat. sed oib⁹ alijs infantib⁹ se silẽm exhibere.
vñ Leo papa in ser. Ephie ait. q̃ magi inuene
rũt Jesuz q̃ntitate puũ. aliene opis indigentẽ
fandi impotẽtẽ: ⁊ nulla ab hũane ifantie gña
litate discretũ. Cũ ergo beata ṽgo venit ho-
dierna die in templũ vt purificaret occultatũ
fuit diabolo q̃ ip̃a esset mater dei. Octaua rõ
ḋr abiectiõis ne. s. xp̃s ab ifidelibus abijceret
tanq̃ illegitime natus. vñ Ambro. sup L u. di.
Quid iudeis. q̃d herodi posset ascribi. si natũ
ex adulterio viderent persequi. Nam de natis
ex adulterio ḋr i. c. si geno. lvj. di. de tali cõmix
tione meretricũ existimãdũ est degeneres po
pulos et ignobiles ⁊ furẽtes libidine fore pro
creãdos ⁊ ad extremũ vniuersaz plebẽ ad dete
riora ⁊ ignobilia vergentẽ: ⁊ nouissime nec bel
lo seculari fortem. nec stabilem: nec honorabi
lem hominibus: nec deo amabilẽ esse ṽturaz
hec ibi. Propterea ṽgo btã hodie offert filiuz
suum in templo vt approbetur ex lege q̃ non
est natus ex fornicatione. N

Ona rõ ḋr defẽsiõis. vt. s. ofẽderet be. ṽgo
ne occideret. Nã ex pte matris sue erat
de stirpe Aarõ. vt dictũ ẽ in. ij. pte p̃ncipali hu
ius operis. sermo. j. parte. ij. Uirgo autem de
stirpe sacerdotali propter stuprum occideba-
tur. sicut scriptum est Leui. xxj. sic̃ fm legem
lapidabatur non solum illa que iam erat de-
sponsata vel nupta: sed etiam illa que i domo
patris custodiebatur vt virgo quandoq̃ nu-
ptura. Dicitur eñ Deut. xxij. si non est in puel
la inuẽta ṽginitas. lapidibus obruent eã viri
ciuitatis illius et morietur. qñ nefas fecit in
israel vt fornicaretur in domo p̃tis sui. beata
igit virgo maria hodie venit in templũ vt se
reddat immunem ab hac pena. ne. s. a iudeis
tanq̃ adultera occideret. D

Ecia rõ ḋr detestatiõis. detestãd⁹ eñ erat
error hereticoꝝ q̃ male de humanitate
xp̃i senserũt. marie Heluidij. q̃ dicet p̃sumpsit
matrẽ christi a Ioseph post partum fuisse car-
naliter cognitam. hoc enim derogat dignitati

ꝫ sanctitati matris dei q̄ ingratissima videret
si tanto filio cōtenta nō esset. ꝫ si ỽginitatē q̄ in
ea miraculose cōseruata fuerat spōte perdere
voluisset ꝑ carnis cōcubitum. Detestandus et
fuit error manichei q̄ dixit xp̄m nō verū sed fanta
sticū corpꝰ habuisse. Hoc em̄ derogat dignita-
ti ꝑsone assumētis. q̄ cum sit veritas, nō decuit
vt in oꝑe eiꝰ aliq̄ fictio esset. Reprobādus etiā
fuit error Ualētini q̄ dixit xp̄m attulisse corpꝰ
celeste. qꝛ sic nō saluaret veritas humane natu
re i xp̄o. Refutant aūt hi errores per hoc ꝙ btā
ỽgo fuit vera mater xp̄i. vt hr̄ Mat. j. vn̄ in ca-
pitulis cyrilli approbatis in ephesina synodo
dr̄ ꝙ si qs nō cōfitet. b. virginē genuisse ƀm car
nē verū deū. anatema sit. ꝫ Ro. ix. indꝫ aplꝰs ꝙ
ex iudeis est ƀm carnē xp̄s q̄ est sup oīa deꝰ bn̄
dictus in secula. Nō est aūt ex iudeis nisi me-
diante. b. ỽgine. Jō hodie ip̄a p̄n̄tat ip̄m in tē-
plo tanq̄ eiꝰ vera ꝫ naturalis ac digna ꝫ imma-
culata mr̄. detestās supradictas erroneas opi
niones hereticorū. Undecima rō dr̄ scīfica
tionis. s. tēpli. vn̄ Aggei. ij. post ꝓphetiā supra
scriptā de aduētu xp̄i in tēplum subditur. Et
magna erit glīa domus istius nouissime plus
q̄ prime. ꝫ ifra Ex die ista bn̄dicā ꝛc. Malach.
iij. post suprascriptā ꝓphetiā subdit. Ipse
em̄ q̄si ignis cōflans ꝫ q̄si herba fullonū. ꝫ sede
bit cōflās ꝫ emūdās argentū. ꝫ purgabit filios
Leui. Sicut ḡ vt scīficaret baptismū Johīs
venit ad baptismum. vt indꝫ Hiero. Augu. et
Chryso. sup Mat. Ita vt scīficaret tēplū vo-
luit in eo p̄n̄tari. vn̄ Gre. nizenus sup Luc. ait.
Qui terrene cōtagia corruptele nō sensit. non
indigebat in tēplo scīficari ꝑ quē scīm scōꝝ
ip̄m erat tēplū scīficandū.

Duodecima rō dr̄ significationis. s. pro-
pter mysticā significationē. Nā Leui.
xij. c. p̄cepit. vt illi q̄ possent offerrent
agnū simul ꝫ turturē siue colūbā ꝓ filio vel fi-
lia. q̄ ỽo nō sufficerēt ad offerēdū agnū. offerrēt
duos turtures aut duos pullos colūbe. Xp̄s er
go q̄ cum diues esset. ꝓpter nos egenus factꝰ
est. vt illiꝰ inopia diuites essemus. vt dr̄. ij. ad
Cor. viij. ꝓ se pauperū hostiā offerre voluit si-
cut ꝫ in ipsa natiuitate pānis inolui ꝫ recli-
natur in p̄sepio. Uoluit aūt de istis aīalibꝰ ꝓ
se oblationē offerri ꝓpter eoꝝ significationē.
Turtur em̄ quia est auis loquax predicationē
ꝫ cōfessionē fidei significat. quia ỽo est animal
castum significat castitatē. ꝫ qꝛ est solitarium
animal significat cōtemplationem. Columba
ỽo est aīal māsuetū ꝫ simplex. vn̄ significat mā
suetudinē ꝫ simplicitatē. Quia aūt est animal
gregale significat vitam actiuam. Hmōi vero
hostia significabat ꝑfectionē xp̄i ꝫ mēbrorum
eius. Utrūq; aūt istorū animaliū ꝓpter consue
tudinē gemēdi p̄sentes sanctorum luctus desi-
gnat. Sed turtur qui est solitarius significat
orationum lachrymas. Columba vero que est
gregalis significat publicas oratiōes ecclesie
Utrūq; aūt animal duplicatū offertur vt san-
ctitas sit nō solum in anima sed etiā in corpo-
re. Et hec oīa ꝓbant per dicta sacroꝝ exposito
rū p̄sentis euāgelij simul illa cōiungendo. Di
cit em̄ Beda in homel. Hostia aūt hec paupe-
rum erat. p̄cepit q̄ppe dn̄s in lege vt q̄ possent
agnū ꝓ filio aut filia simul. ꝫ turturē siue colū-
bam offerrent. Qui ỽo nō sufficiebant ad offe-
rendū agnū: duos turtures vel duos colūbe
pullos offerrent. Ergo dn̄s cū diues esset pau
per fieri dignatus est vt nos sua paupertate di-
uitiarū suarū donaret esse participes. Cyrilliꝰ
ỽo ait. Uidendū est aūt quid hec oblata insi-
nuāt. Nimirum loquacissima est turtur in auibꝰ
at colūba est animal mansuetū. talis aūt factꝰ
est erga nos saluator mansuetudinē perfecte
colens ꝫ vt turtur orbem alliciēs: replens hor-
tum suum ꝓprijs melodijs. Occidebatur ergo
turtur ꝫ colūba vt ip̄e ꝑ figuras nobis pandat
passurus in carne ꝓ vita mūdi. hec ille. Et Be
da vbi. s. dicit. Uel columba simplicitatē tur-
tur indicat castitatē. quia ꝫ colūba simplicita-
tis ꝫ castitatis amator ꝫ turtur: ita vt si contu-
gem casu ꝑdiderit: nō vltra aliam querere cu-
ret. Merito ergo turtur ꝫ colūba dn̄o offerunt
in hostia. qꝛ simplex ꝫ pudica fidelium conuer
satio est illi iusticie sacrificiū gratū. Athanasiꝰ
aūt addit. Ideo ỽo bina iussit offerri. qꝛ hoīe
cōsistēte ex aīa ꝫ corpore duplū a nobis poscit
deꝰ castitatē. s. ꝫ māsuetudinē nō solū corporis
sed etiā anime. alioquin erit hō fictor ꝫ hypo-
crita gerēs integumentū occulte malicie inno
centiam apparentē. Beda ỽo vbi. s.: etiā dicit.
Cū aūt vtraq; auis ꝓpter cōsuetudinē gemen
di p̄sentes sanctoꝝ luctus designet. in hoc tn̄
differunt ꝙ turtur solivagus. colūba aūt gre-
gatim volare cōsueuit: ꝫ ob id iste secretas orō
num lachrymas: illa publicos ecclesie conuen
tus insinuat. Uel columba que gregatim volat
actiue vite frequētiā demonstrat. turtur vero
que singularitate gaudet speculatiue vite cul-
mina denunciat. Et quia eque vtraq; cōditori
accepta est hostia cōsulte Lucas vtrum turtu
res an pulli colūbaꝝ ꝓ dn̄o sint oblati nō dixit
ne vnū alteri viuēdi ordinē p̄ferret. sed vtrūq;
sequendū doceret. hec ille.

Per oblationes ergo que fiebāt in tēplo
in purificatione. significabatur oblatio
quā facere debent qui volunt intrare
tēplū celeste. Ut em̄ sepe supradictū est oēs de-
bebant offerre aut agnū aut duos turtures vl
duos pullos columbaꝝ. Btā aūt ỽgo nō obtu
lit agnū vel qꝛ paupcula erat vel quia verum
illū agnum dei offerebat q̄ abstulit pctā mun-
di. vt dr̄. Joh. j. Illi ergo offerentes agnum in-
grediuntur templū celeste q̄ deo offerunt in-

nocentiā. iuxta illud ps. xxv. Ego autē in innocētia mea ingressus sum: redime me ꝛ miserere mei. Et isti dicunt̄ diuites vt ait Hugo cardinalis sup Lucā. quia redēptio aīe viri diuitie ꝓprie. Prouer. xiij. Illi ꝗ̄o offerentes turturē intrant celeste tēpluꝫ qui vitā sequunt̄ contemplatiuā. Sed illi offerūt columbā ꝛ ingrediunt̄ templū paradisi qui deuote vitaꝫ ducūt actiuā. vtraqꝫ autē auis bina ponit̄: qꝛ ꝛ vtraqꝫ hꝫ gemitū pro cantu ꝛ vita cōtēplatiua debꝫ habere duplicē oculū. vnū ad cōtemplandum ꝛ desiderandum celestia. ꝛ aliū ad videndum ꝛ despiciendū terrena. Et similiter vita actiua debet hr̄e duplicē actuꝫ animi scꝫ vnū erga se ad sui gubernationē: ꝛ alium erga ꝓximuꝫ ad illius edificationē. Utraqꝫ etiam vita debet habere duplicē gemitū ſm Grego. Nā contēplatiua debet habere gemitū amoris q̄ fit pro desiderio patrie celestis. ꝛ gemitum deuotionis qui fit ꝓ cōsideratione dn̄ice passionis. Similiter ꝛ actiua vita debet habere duplicem gemituꝫ. vnū cōpunctionis ꝓ pctis ꝓprijs ꝛ aliū cōpassionis ꝓ peccatis ꝛ miserijs alienis. Ita vt vnusqꝫqꝫ actiuaꝫ vel contēplatiuaꝫ peragēs vitam dicere possit illud Thren. i. Multi sunt gemitus mei. De gemitu aūt amoris exponi potest illud Can. ij. Fulcite me floribus. stipate me malis quia amore lāgueo. De gemitu ꝗ̄o deuotionis illud Rom. viij. Sp̄s postulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibus. De gemitu aūt doloris ꝓ pctis proprijs exponitur illō ps. xxxvij. Rugiebaꝫ a gemitu cordis mei. De dolore vero cōpassionis proximi illud Thren. i. Oēs porte eius scꝫ hierl'm destructe. Ideo sacerdotes eius gementes. Tredecima rō ðr presentatiōis. quā ponit Athanasius sup Lucam dicens. Sed qn̄ a paternis aspectibus latuit dn̄s aut q̄s locus excipit̄ ab eius imperio vt ibi existēdo semotus a patre sit nisi afferat̄ hierosolymaꝫ ꝛ introducat̄ in tēpluꝫ? Sed forte cā nr̄i hmōi scripta sunt. Sicut em̄ non grā sui hō factus est ꝛ circūcisus in carne sꝫ vt nos per gratiā faceret deos. ꝛ vt sp̄ualiter circuncidamur: sic ꝓpter nos sistitur dn̄o vt discamus deo presentare nosipsos. Beda qꝫ vbi. s. ait. Post trigesimū aūt ꝛ tertiū circūcisionis diem domino sistitur mystice insinuans neminē nisi circūcisum vicijs dn̄icis dignū esse cōspectibus neminēqꝫ nisi mortalitatis nexibus absolutum supne ciuitatis gaudia posse ꝑfecte subire. hec ille. Q

Decima quarta rō dicitur instructiōis. vt scꝫ nos instrueret ꝙ si volumus tēpluꝫ eternum supne patrie introire debemus nos renouare. q̄ renouatio figurat̄ per animalia in tēplo deo offerenda. Un̄ sciendū ꝙ in veteri testamento precipue fiebat oblatio de sex generibus aīaliū. de tribus volatilib⁹ que sunt passer. turtur ꝛ columba. ꝛ de tribus gressibilibus que sunt bos: ouis ꝛ capra. ad demonstrandū peccati reatū. De⁹ em̄ creauit hominē innocentē q̄ si in innocētia ꝑstitisset: non fuisset necesse ipsum aīalium sanguine expiari: nec propriam sensualitatē ꝛ carnē mactare: qꝺ significat̄ in aīaliuꝫ morte. Sed postqꝫ cecidit oportuit ipsum redimi ꝑ immolationem agni immaculati: ꝛ ꝑ p̄ciū sanguinis iesu xp̄i. vn̄ ꝑ sacrificia illoꝝ aīaliū nō auferebat̄ pctm̄: sꝫ significabat̄ imolatio iesu xp̄i. Et ꝑ illa sacrificia instruebat̄ hō imolare suā sensualitatem seu bestialitatē sui praui desiderij. ꝛ quoad pctā sp̄ualia q̄ designāt̄ per aues ꝛ quoad peccata carnalia q̄ ꝑ bestias denotant̄. Nā hō in statu innocētie habuit sex scꝫ sagacitatē quoad intellectū. rectitudinē quoad iudiciū. bonitatē q̄ad volūtateꝫ strenuitatē quoad effectū. sobrietatē q̄ad victū ꝛ mansuetudinē quoad cōuersationem cū alijs. Sed ꝑ pctm̄ oīa ista ꝑdidit. Cecidit em̄ a sagacitate in hebetudinē. a rectitudine in obliquitatē. a bonitate in maliciā. a strenuitate ꝛ fortitudine in segniciē ꝛ timiditateꝫ. a sobrietate in ingluuiē. ꝛ a māsuetudine in furorē ꝛ crudelitatē. Renouari ergo dꝫ hō ab hebetudine in sagacitateꝫ ꝑ sollicitudinē vigilātie. Iō offerebat̄ passer. vt habet̄ Leui. xiiij. Et ꝓpter hoc ps. ps. ci. inqt. Uigilaui: ꝛ factus sum sicut passer solitari⁹ in tecto. Renouari ēt dꝫ ad rectitudinē ꝑ simplicitatē. ꝛ iō offerebat columba. Leuit. xij. Et ꝓpter hoc inqt saluator Mat. x. Estote simplices sicut colūbe. Renouari ēt dꝫ ad bonitatē ꝑ dilectionē sincerā ꝛ ideo offerebat̄ turtur qꝺ est aīal fidele in diligendo. Et ꝓpter hoc ðr in euāgelio hodierno. Obtulerūt par turturū. Renouari ēt dꝫ ad strenuitateꝫ ꝑ obediētiā. ꝛ iō offerebant̄ boues. vituli ꝛ vacce. q̄ sunt aīalia obediētia. vn̄ Prouer. xiiij. ðr. Ubi nō sunt boues p̄sepe vacuū ē. Renouari ēt dꝫ ad sobrietatē ꝑ austeritatē ꝑsimonie. ꝛ iō offerebant̄ capre siue hedi. q̄ sunt aīalia habentia pilū ꝛ cibū asperuꝫ. ꝛ ꝓpter hoc ðr Can. iiij. Capilli tui sicut grex capraꝝ. Renouari ēt dꝫ ad māsuetudinē ꝑ tolerātiā. ꝛ iō offerebantur oues siue agni q̄ sunt aīalia māsuetissima. Et propter hec dicebat saluator discipulis suis Mat. x. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. R

Decima quinta rō ðr purgationis. quia em̄ vt inquit apl's Rom. xv. Quecunqꝫ scripta sunt ad nr̄aꝫ doctrinā scripta sunt. Iō debem⁹ scire. ꝙ saluator nr̄ voluit simul cū matre sua ad purificationem ire vt nobis insinuaret. ꝙ si ipsi q̄ fuerunt sine crimine voluerunt purificari: multo magis nos peccatores ꝛ maculis ac viciorū immundicijs inuoluti debemus purgari. s. intus ꝛ extra. Intus em̄ debet voluntas purificari ab omni mala

affectione

affectione iuxta illud ps.lxxvj. Exercitabar et scopebam spiritū meū. Itē intellectū ab oī duplicitate. iuxta illud Iaco.iiij. Purificate corda vestra duplices aīo. Itē ratio ab oī perturbatiōe Sicut eñ in aqua turbida imago non lucet sic rō turbata verum nō vidēt. Iō Prouerb.xv.dr Aufer rubiginē de argento .i. pturbationē ab aīo. ⁊ egredietur vas purissimū.i. rō erit clara et pura. ⁊ Eze.xij. inquit deus. Purissimas reddā aq̄s eius. Tūc eñ deus aquā purissimam reddit qñ rōnē turbatā clarā ⁊ pacificā facit. Secūdo debemus purificari extra: quantū ad omnes sensus corporis exteriores. Nā debent purgari oculi ab illicita visione. vñ ps. dicebat deo ps.cxviij. Auerte ocu. meos ne videāt vanitatem. Itē aures ab illicitorū auditiōe. iuxta illō Eccli.xxviij. Sepi aures tuas spinis: ⁊ noli audire linguā nequam. Itē os a praua locutiōe dicente apostolo Eph.iiij. Omnis sermo malus de ore vestro nō pcedat. Itē manus ab illicita operatione. dicēdo cū ps.ps.xxv. Lauabo inter inno. ma. meas. Itē adoratus a lasciua odoratiōe. iuxta illud Amos.vj. optimo vnguento delibuti ⁊c. Ista aūt oīa purgāda sunt a negligentia ⁊ torpore. iuxta illud Eccli.vij.d negligētia purga te cū paucis. Debemus q̄ȝ purificari opībus pietatis. Misericordia enīȝ ⁊ elemosina purgat pctā. vt dr Tob.iij. ⁊ Prouer.xv. scriptū ē q̄ per misericordiā ⁊ fidē peccata purgant. ⁊ Luc.xj. ait dñs. Date elemosinā ⁊ ecce oīa mūda sunt vobis. Sicut eñ aqua extinguit ignem: ita elemosina pctm. Eccli.iij. Item p confessionem fit ista purgatio. Unde vt dr.j. Mach.iiij. templum purgatū fuit p Iudā ⁊ socios eius. Iudas eñ interpretatur confessio. Studeamus ergo esse taliter mūdati ab omni vitio vt de nobis verificari possit illud Iudic. xvj. Purificati obtulerunt sacrificia. s. simul cū purissima ꝟgine que hodie obtulit p nobis filium suū in tēplo. Qui est bñdictus in secula seculorum. Amen.

¶De eadē inemerate ꝟginis purificatiōe.

Sermo.ij. S



Suscepimꝰ deus misericordiā tuam in medio templi tui. ps.xlvij. In sacra scriptura aliqñ accipit templum pro templo spūali. de quo inquit apls.j.cor.iij.di. Nescitis q̄ templum dei estis vos. ⁊.vj eiusdē epistole. c. iterum ait. Nescitis q̄ membra vestra templum sunt spiritussancti q̄ in vobis est? Et.ij. Cor.vij. etiā dicit. Uos eñ estis templum dei. Super omnes aūt electos beatissima dei genitrix virgo est templum diuine maiestatis. Unde de ipsa merito intelligi possunt verba proposita. De quo templo ēt intelligi spūaliter pōt illud qd̄ inquit deus.iij.Reg.ix.di. Tēplū qd̄ sctificaui nol meo ppitius. Sed heu quia de q̄busdam hodie verificatum est illud.ij. Paralipo.xxiiij. Dereliquerūt templū dñi dei sui. Et illud.ij. Esdre.j. Polluerūt templū sanctū dñi. Et illud ps.lxxviij. vbi ppheta inquit deo. polluerunt templū sanctū tuum. Quidā eñ non solū dereliquerunt deuotionē quam habere tenentur erga beatā virginē Mariā sed etiam eā blasphemāt: et eam maculatā ⁊ pollutā ostēdere querunt. Et ideo nō est mirum si eius excellentiā ⁊ maiestatem cōtēplari: atq3 illius puritatē pceptiōis intelligere nō possunt ppter suā obstinationē. Unde de illis verificat illud.ij. Paral.vij. Non poterant sacerdotes ingredi tēplū dñi. Quia vero nūc cōiter oēs xpiani huius sacratissimi tēpli ꝟginalis sanctitatē venerant. iō de illis verificatū est illud.iij. Reg.xj. Ingressus est omnis ppls templū dñi. Merito aūt dr beata virgo tēplū qd̄ interptatur.i. rectū amplū sm Isid.xv. ethym. ⁊ Arch.xvj.q.vj.c. ⁊ hoc dicimus. q̄ fuit tā ampla charitate vt deū i se recipere potuerit In hoc tēplo laudabat dñm princeps prophetarū dauid. Uñ dicebat ps.v. Adorabo ad tēplū sanctū tuū ⁊ pfitebor nomini tuo. Hoc etiā est illud templū de quo spiritualiter itelligi potest illud Ezech.xliij. Ingressa est gloria domini templum. Et illud Apoca.xv. Impletum est tēplum dñi maiestate eius. Hoc etiā est illō tēplū de quo dr Apoc.xj. Apertū est tēplum dei in celo. Beata eñ virgo semp est parata subuenire recurrentibus ad eam: atq3 eos defendere ab oībus malis. Quēadmodum etiā ecclesia defendit ⁊ adiuuat paruulos expositos añ eam. c. si.lxxxvij.di. Et sicut rei ad ecclesiā cōfugiētes nō debēt sm iura extrahi violēter de ea vt hr in. c. reū.xvij.q.iiij. ⁊. c. inter alia. de immu. ec. ⁊.l. presenti. C. de his qui ad ec. confu. Ita ad btām ꝟginē recursum habētes saluantur ab hostibus ⁊ liberant. Unde ipsa figurata fuit p illud tēplū. de q̄.j. Mach.x. dr. Quicunq3 cōfugerint in tēplū obnoxij regi in oī negocio dimittant. Literaliter eñ templū accipit pro eccl̄ia materiali. vt.i.c. ex multis.j.q.iij. ⁊ ita exponere possumus verbū thematis nostri. in q̄bus oēs xpiani debent deo grās referre q̄ receperunt saluatorē in tēplo p matrē suā hodie psentatū. Ipsum nāq3 recepit sctūs ille senex Symeon in vlnas suas de sinu gl̄iose ꝟginis. cui tanq3 psone cōi ⁊ totius humane nature pcuratori ipsa pʒssima ꝟgo filium suū donauit ⁊ liberaliter obtulit. de qua sanctissima solēnitate psentatiōis domini nr̄i Iesu xpi ⁊ purificationis matris eius iterū quatuor considerationes faciemus.

Prima dicetur expositionis.

Scda subiectionis.

Tertia declarationis.

Quarta ꝟo appellabit cõſolationis.

¶ Pars pꝛima huiꝰ ſmõis q̃ dr expoſitiõis. ¶

Volens moraliter exponere euãgeliũ hodiernũ. dimittam expoſitionẽ iꝛalem illoꝛuꝫ verboꝛũ. Poſtq̃ cõpleti ſunt dies purgationis marie ⁊c. In precedenti enim ſermone patuit ꝙ non fuit purgata ab aliq̃ macula. ſꝫ voluit ſeruare cerimoniam purgationis ad exẽplum vere humilitatis. Hec eſt vera hũilitas q̃ nõ vult humilis ꝑdicari ſꝫ vilis reputari vt ait Bernar. Alijs ꝗꝫ de cauſis hoc agit q̃s ibidẽ retulimus. Sꝫ addere poſſumus ꝙ etiã voluit ad tẽpluꝫ ire ꝓ purificatiõe ꝓpter exemplum ⁊ meritũ obedientie: q̃ plus facit q̃ tenet facere. vt inq̄t Hugo cardinalis ſup Lu. vbi etiã dicit ꝙ beata virgo hoc etiaꝫ fecit in ſignum futuri ⁊ faciẽdi. Conceptus em̃ Marie ſignificat cõceptũ fidelis aie cuius ſpõſus eſt xp̃s. iuxta illud Jo. iij. Qui hꝫ ſponſam ſpõſus eſt. Ipſe em̃ illi inquit Ozee. ij. Deſponſabo te mihi i fide. Semẽ ſpõſi eſt eius gratia qua fecundat aia. iuxta illud Eſaie. vj. Semen ſanctũ erit qḋ ſteterit in ea. Ex hoc aũt ſemine naſcunt filij ſancti. i. ſancta deſideria ⁊ bona ꝓpoſita ac opera. Unde ſuſcipiẽti aie ſemen inquit ꝓpheta. pſ. cxxvij. Et videas filios filioꝛũ tuoꝛũ. Sicut aũt beata ꝟgo maria voluit purgari lꝫ nõ indigeret. ita poſt partum bonorum operum debet ſe anima reputare immundam iuxta illud Job. ix. Uerebar omnia opera mea ſciens ꝙ nõ parceres delinquenti. Et infra. Si lotus fuero quaſi aquis niuis. ⁊ fulſerint velut mũdiſſime manus mee. tamen ſoꝛdibus intinges me. Moraliter etiam per mariam ſignificatur vita actiua ⁊ contemplatiua. Dicitur em̃ ſtella maris. vñ ſtella ad contemplationem pertinet. marie ꝟo ad actionẽꝫ. Purgari aũt dꝫ vita actiua a ſoꝛdibus operum ⁊ ab immundicia affectionum ⁊ a turpitudine cogitationum. que tria tangunt Eſa. j. cum dr. Lauamini. ſ. ab immũdicia affectionũ. mũdi eſtote. ſ. ab oĩbus immundis operibus. ⁊ auferte malum cogitationũ veſtrarũ quoad tertiũ. Cõtemplatiua aũt vita purgari dꝫ ab affectibus ⁊ cogitatiõibus tm̃. Uñ cõtẽplatiuo dici põt illud Joſue. xvij. Non habebis ſoꝛtẽ vnaꝫ. ſed aſcẽdes in mõtẽ. ſ. cõtẽplationis. ⁊ ſuccides tibi atq; purgabis ad habitandũ ſpacia. ſ. fugiẽdo omnia mũdana. ¶

Dum aũt dr in euãgelio ꝙ Maria ⁊ Joſeph tulerunt puerũ Jeſum in hieruſalẽ ⁊c. In hoc datur foꝛma parentibꝰ vt offerant filios ſuos domino eos ducendo ad eccleſias ⁊ predicationes. et inſtruendo in bonis moꝛibꝰ ⁊ virtutibꝰ. ſeruãdo illud Eccli. vij. Filij tibi ſunt erudi illos et incurua eos a pueritia eoꝛuꝫ. ⁊ Leui. xv. dr. Docebitis filios iſrael vt caueãt immũdicias ⁊ nõ moꝛiant i ſoꝛdibꝰ ſuis. Prouerb. ꝗꝫ. iiij. inq̄t Salomõ. Nã ⁊ ego filiꝰ fui pr̃is mei tenellꝰ ⁊ vnigenitꝰ coꝛam mr̃e mea ⁊ docebat me. Sed multi offerunt filios ſuos potiꝰ diabolo q̃ deo curioſe ac vitioſe oꝛnãdo. ⁊ vitijs ac malis moꝛibꝰ eos imbuẽdo. Uñ pſ de illis inquit. pſ. cv. Immolauerũt fi. ſuos ⁊ fi. ſuas demonijs. Eſt etiã notandum ꝙ hic dr ieſus poꝛtari in hierlm. naꝫ Matth. ij. dicitur poꝛtari in egiptum et Matthei. iiij. dicit duci i deſertũ ⁊ poꝛtatꝰ i montẽ excelſum ⁊ ſup pinnaculũ tẽpli. Hierlm em̃ eſt vita cõtẽplatiua. vbi eſt vere pacis viſio. ſic em̃ interpꝛetat hierlm. Uñ canit eccl'ia. Urbs brã hierlm dicta pacis viſio. Egyptꝰ ꝟo ſignificat vitam actiuã vbi eſt meroꝛ ⁊ turbatio. ſic em̃ interp̄tatur egyptꝰ. Et iõ inq̄t dñs diſcipulis ſuis Joh. xvj. In mũdo preſſurã habebitis. ⁊ Luc. x. dr ꝙ Maria ſedebat ſecꝰ pedes dñi. Martha vero ſollicita erat ⁊ turbata circa plurima. Deſertũ vero eſt clauſtrũ vbi ieiunat ⁊ diabolus ſuperatur. Mons excelſus eſt faſtigiũ prelatiõis. Pinnaculũ tẽpli eſt ſedes magiſtratis. In his igitur q̄nq; locis inueniri põt Jeſus. i. ſaluꝰ. Sꝫ tñ cõſiderandũ eſt quis eũ ibi poꝛtauerit. Nã in hierlm ⁊ in egyptũ ipſum poꝛtauit Maria ⁊ Joſeph. i. augmẽtum. i. fides et charitas. Spũs aũt ſanctus duxit eũ in deſertuꝫ. In mõtẽ vero ⁊ ſuper pinnaculũ tẽpli tulit illũ diabolus. Ideo licet etiaꝫ deus ferat aliquos ſuper mõtẽ prelatiõis ⁊ ſup pinnaculũ cathedre magiſtralis. tñ valde timẽdũ ẽ tã ꝑlatis q̃ magiſtris ne eos diabolus in ipm montẽ ꝑlationis ⁊ ſediſ magiſtralis poꝛtauerit. Uñ maria flẽs ⁊ dolens dicebat Jo. xx. Tulerunt dñm meũ et neſcio vbi poſuerunt eũ. ſ. an ſuper montẽ: an ſup pinnaculũ. Dicit aũt gloſ. ſuper Lucã ꝙ quatuoꝛ ꝑſone poꝛtauerũt Jeſuꝫ in hac die. ſ. Maria. Joſeph ſymeon ⁊ anna. ꝑ quos ſignificatur ꝙ xp̃s per grãm a quatuoꝛ ꝑſonis poꝛtat. Primo ab illis qui habẽt ꝑniam amarã. q̃ ſignificantur per mariã. que amarũ mare interpretatur. ⁊ taliter poꝛtabat apl's dicẽs ad Gal. vj. Ego enim ſtigmata dñi ieſu in coꝛꝑe meo poꝛto. Et ad Hebr. xiij. Exeamꝰ ad eum extra caſtra impropeꝛium eius poꝛtantes. Secundo poꝛtatur ab illis qui habent bonam operationem continuam qui ſignificantur per Joſeph qui vt diximus interpretatur augmentũ. Tales enim ab adoleſcentia incipiunt et vſq; ad moꝛtem non deficiunt. vnde Thren. iij. dicitur. Bonum erit viro cum poꝛtauerit iugum domini ab adoleſcentia ſua. Tertio poꝛtatur ab his qui habent etiam in aduerſis longanimitatẽ ⁊ perſeuerantiã ſeruãtes illud Eccl. vj. Subijce humerum tuũ ⁊ poꝛta illã. ſ. diuinam ſapientiam. Quidam autem ſubijciunt os: q: ſciunt alios inducere ad penitentiam. Quidã

digitos.qui aliqualē seu modicam habent pacientiā. Quidā manuz sinistrā.qui sunt patiētes in paruis tribulationibus et aduersis. Quidā manuz dexterā qui sunt patientes in ꝓspe ris. Quidam vero subijciunt humeros q̄ sunt patiētes in grauib⁹ tribulationibus et penis. Quarto portatur ab illis qui habent puritatē ⁊ mundiciā.q̄ significant̄ p Annā que mundiciā ⁊ cōtinentiā seruauit. Portāt eñ xp̄m q̄ habent mundiciā corporis.j.Cor.vj. Glorificate ⁊ portate deum in corpore vestro. Itē illi q̄ habēt puritatē mentis. Vñ spōsa inuitat sponsuz Can.j.dicēs. Lectulus noster floridus. Beat⁹ igitur ille de quo verificabitur illud Geñ.xlix. Supposuit humerū suū ad portantum: scilicet dominum iesum. Ipse enim saluator in morte eius dicet illud Ezech.xij. In humeris portatus suz.s.a te.⁊ ideo ego nunc portabo te in celum. Per oblationes autem q̄ fiebant in purificatione moraliter significabat̄ oblatio quā quilibet xp̄ianus redemptori suo debet offerre. De qua Ber. in quodaz sermone inq̄t. Quis mihi tribuat vt oblationem meam dignetur maiestas tāta suscipe. Duo minuta habeo domine corp⁹ ⁊ alam dico. Et hec tibi ꝑfecte possum in sacrificiū laudis offerre. Bonū eñ mihi lōgeq̄ gloriosius atq̄ vtilius est vt tibi magis longeq̄ gloriosius atq̄ vtilius est vt tibi magis offerat q̄ deserat mihi ipsi. Nā ad meipsum anima mea conturbatur. hec ille. Omnes ergo deuote offeramus nos domino nostro iesu christo. qui pro nobis obtulit seipsuz deo patri.⁊ quotidie presentem⁹ ista duo munera sicut faciebat quidam religiosus dicens ei. Quid tibi pro tantis reddā dulcissime grates Saluator. meritis nil satis esse potest. Ut tamen exigua vel saltē in parte rependā. Que potero tota munera mēte feram. Omne igitur toto mihi quod ↄstringit in orbe. Atq̄ alam iuncto corpe semꝑ habe. O igit̄ deuoti xp̄iani vt nō ingrati simus dño nr̄o iesu xp̄o de tāto nobis collato beneficio si non habem⁹ res temporales quas illi offeramus saltem offerre festinemus sibi cor nostrum immaculatū. Hoc est enim qđ ipse a nobis habere desiderat dicens illud Prouer.xxj. Fili prebe mihi cor tuum. O igit̄ fornicator ⁊ adulter. o luxuriose ⁊ immunde: si aliud offerre nō ꝓuales. saltē offer illi peccatū cordis tui ⁊ tu auare insatiabilitatez tuā ⁊ tu pessime pctōr ↄtritionē oīm pctōꝝ tuorū: q̄t cor contritū humiliatum deus nō despiciet ps.l. Unde idē ꝓpheta inq̄t. ps.lxxxiiij. Audiā quid loquat̄ in me dñs deus: q̄m loquet̄ pacē in plebē suā. Et suꝑ sctōs suos: ⁊ in eos qui cōuertuntur ad cor. y

Sequit̄ i euāgelio. Et ecce hō erat i hierusalē cui nomē symeō ⁊c. Pro cui⁹ declaratiōe est notādū q̄ dñs sciēs multos se hr̄e debere ↄtradictores. multos adhibuit sue icarnatiōis testes. Iz magis credatur duob⁹ affirmantibus q̄ multis negātib⁹. et cōtradicentibus ſm Inno. in.c.q̄d ꝑsonale. de ſ̄. sig.⁊ Jo.an. in.c.j. de rescrip. li.vj. et gl. in.l. diē §.si plures.ff. de arbi. Uoluit etiā hr̄e testes digniores q̄b⁹ magis credit̄. etiam q̄ñ tot sūt ab vna pte quot ab alia ſm glo. in auk. de testi. §. scim⁹. colla. vij.⁊ Spec. in tit. de testi. §. q̄m. ſ̄. porro.⁊ probat̄ in.l. iij. in ꝑn.ff. de testi. Primo aūt adhibuit mariā ⁊ ioseph. Scđo angelos. Tertio pastores. Quarto reges.s. magos. Quito symeonem ⁊ Annā senes. q̄ oēs nato dño testimoniū reddiderunt. Johannes ſ̄o et elizabet nōdum nato sed ↄcepto testimonium suuz dederunt. Prophete aūt ⁊ patriarche ab initio mundi factis ⁊ dictis nec cōceptum nec natuz sed cōcipiendū ⁊ nasciturū ac passurū ꝓfigiati sunt. Apl'i ſ̄o natū. passum ⁊ glorificatū vbiq̄ ꝑdicauerūt. Oēs ergo isti testes fuerūt dñice incarnationis. Quib⁹ Esa.xliij. ip̄e dñs ait. Uere vos oēs testes mei. De hac aūt testificatione inq̄t Ambro. super Lu. Nō solū ab angelis et ꝓphetis a pastorib⁹ ⁊ a parentibus: sz etiā a senioribus ⁊ iustis generatio dñi accepit testimonium. Sequit̄. Et homo iste iustus ⁊ timoratus ⁊c. Iste symeō commēdatur ꝑncipaliter de tribus. Primo eñ quantū ad ꝓximū dr̄ iustus. Scđo quantū ad deū dr̄ timoratus. Merito autez post iusticiā subditur timor: qz ipse timor ē custodia iusticie. iux̄ illđ. Eccl'.j. Qui sine timore est nō poterit iustificari. Tertio dicitur. Et sp̄ussctūs erat in eo. quātū ad se. In ipso aūt dat̄ forma cuilibet bono sacerdoti. qui debet esse homo per mansuetudinē. Nā Mat. v. dr̄. Beati mites. q̄m ip̄i possidebūt terram.i. ecclesiā. Scđo debet esse symeon.i. audiens merorē per compassionē. sicut faciebat ꝓpheta q̄ ait Ezech.iij. Ueni ad transmigrationez ⁊ sedi vbi illi sedebāt.⁊ mansi ibi septem dieb⁹ merēs in medio eoꝝ. Tertio debet esse iust⁹ aliōq̄n māsuetudo ⁊ compassio ⁊ facilitas venie occasionē tribueret delinquēdi.c. vt clericoꝝ. extra de vi.⁊ hone. cleri.⁊.c. pe. vbi glo. de trāsla. prela.⁊ in auk. vt hi q̄ obli. se. ha. per hi. res mi. §. vt aūt nō demus ⁊.c. est iniusta.xxiij. q. iiij. Et ꝓpter hoc dr̄ q̄ nimia māsuetudo crudelitas est.c. ipsa pietas. eadē q̄stione ⁊ cā. Ideo inquit Salomon. Sap.j. Diligite iustitiam qui iudicatis terrā. Quarto dz esse timorat⁹. Scriptū est eñ Eccl'.xxvij. Si non in timore dñi tenueris te instanter cito subuertet̄ domus tua. Quinto dz esse sollicit⁹ p cōi vtilitate. Vñ dicitur hic. Expectās ↄsolationē israel. Seruabat eñ illud Actuū.xx. Attendite vobis ⁊ vniuerso gregi. Sexto debet esse habitaculū spiritus sancti per humilitatem. Quia humilibus dat grām de⁹ Jac.iiij. Vñ dr̄. Et spiritussanct⁹ erat

in eo. Scriptū est em̄ Esa. vlti. Sup quē respi-
ciā nisi super humilē ⁊ quietū. Z

POrest ⁊ aliter exponi ſm moralitatē hoc
qđ đr. Et ecce homo erat in hierl'z ⁊c. Hie
rusalē em̄ q̄ vt. ſ. dictū est interpretat̄ visio pa
cis significat eminentiā vite claustralis. Ex q̄
videri pōt pulchritudo pacis celestis. in quaʒ
ascendit ppl's dei. Qui aūt sunt in imo vite se-
cularis nō possunt q̄ remota sunt videre. Sy-
meon vero figurā tenet bonoruʒ claustralium.
Vñ dicitur hic sex de eo q̄ debent esse in bono
claustrali. Primū est vt sit audiens tristiciam.
qđ hoc nomen Symeon sonat: nā ea que ad lu
ctū penitētialē excitant libenter debet audire
nō ea que cōmouent ad risum. Ait enim salua
tor. Beati qui lugent. qm̄ ipsi ꝯsolabunt̄. Mat.
v. Econtra ꝟo de dissolutis inq̄t Luc. vj. Veh
vobis q̄ ridetis quia lugebitis et flebitis. In
hoc ergo noīe Symeō insinuatur nobis amor
disciplīne. Scđm est amor obedientie. qđ nota
tur ibi iustus. Vulgariter em̄ ille iust᷒ đr qui
nihil vult de alieno habere. Iust᷒ ergo est ille
q̄ de his que a se alienauit cum claustrū intra
uit nihil vult habere. Ideo Bern̄. dicebat fra
tribus suis. Qui vestri curam semel nobis cō-
misistis: quid rursus de vobis vos intromitti
tis. Tertiū est timor. vñ addit̄ timoratus. Ini
tiū em̄ sapientie timor dñi. Eccl'i. j. Debet er-
go claustralis esse talis vt verificet̄ de eo illđ
Esa. xj. Et replebit eū spūs timoris dñi. Quar-
tū est ꝙ habeat continuā anhelationē ad spi-
rituales ⁊ supernas ꝯsolationes. Ideo đr expe
ctās cōsolationē israel. Non em̄ debet quere-
re mūdanā consolationē que amittere facit di
uinā. dicente Ber. Delicata est diuina cōsola-
tio. ⁊ nō dat̄ admittētibus alienā. Quintuʒ est
desideriū proficiendi. Ideo đr. Et spūssanctus
erat in eo. Ut eniʒ ait Ber. Testis inhabitan-
tis ⁊ trahētis spiritussancti est bona volūtas.
Nā sicut appꝫ i velis cū a vētis ferūt̄ sic bn̄
appꝫ cū vēt᷒ spūssctī cor hōis ꝑcutit: qꝛ eū ad
bonū ꝓpositū ⁊ opus virtuosum implendū in-
ducit. iuxta illud ps̄. cxlij. Spiritus tuus bo-
nus deducet me in terram rectam. Sextum est
ꝙ desideret videre christum ante mortem suā.
Ideo đr. Responsum acceperat symeon a spiri
tusancto nō visurū se mortem nisi videret chri
stū dñi. Debet aūt appetere illam visionē quā
efflagitabat ps̄. cv. di. Visita nos i salutari tuo
ad videndum in bonitate electoꝝ tuoꝝ. Appa
ret em̄ dñs iesus: ⁊ si non semper corporaliter.
tñ virtualiter ⁊ spūaliter per internam conso-
lationem electis suis ita vt quasi certos eos
reddat de salute sua dicēs anime fideli illđ ps̄.
xxxiiij. Salus tua ego sum. Vñ ipsi electi taleʒ
fiduciā de salute sua hñtes in hac vita dicūt cū
aplo illud Philip. j. Cupio dissolui ⁊ esse cum
christo. A

SEquit̄ euangeliū. Et venit in spiritu i
tēplū. Hoc aūt factū est vt ostendat ꝙ
⁊ nos debem᷒ in spūsācto obuiare xp̄o
dño venienti in templū. vt possit de vnoquoqꝫ
nostrū dici illud Esa. lxiiij. Occurristi letanti ⁊
⁊ facienti iusticiā. Propter hoc aūt ista solēni-
tas nō solū purificatio ⁊ candelaria sed etiā hy
popanti. i. occursus vel obulatio appellat̄. vt
ait Alex. de ales. in. iiij. sui cōpendij. Debet igi
tur quilibet intrare ecclesiā ex deuotione ⁊ nō
ex cupiditate. sicut aliqui faciunt qui solū pro
pter pecuniā ad eccl'ias vadunt vt cantent si-
cut dicebat quidā. Dñe miserere. za cādile za
danc. Nō dꝫ etiam quis intrare in templuʒ in
spiritu superbie sicut ambitiosi qui sibi vsur-
pāt dignitates ecclesiasticas. Nō in spū auari
cie sicut Symon magus. Non spū inanis glie
sicut illi qui se ornāt pompatice: vt appareant
hoibus alijs maiores ⁊ digniores. Nō i spū si-
mulatiōis sicut hypocrite vt videāt̄ alijs sācto
res. Nō i spū luxurie sicut illi q̄ iō ad eccl'ias va
dūt vt mulieres videant: ⁊ mulieres vt videāt
viros. ⁊ ꝯcupiscant vel ꝯcupiscant̄. Nō in spiri
tu vanitatis. sicut illi qui vadūt ad eccl'ias cō-
solatū. vel vt vana loquant̄ siue de temporali-
bus. Nō in spū accidie. sicut illi qui in ecclesijs
dormiunt qn̄ dicunt̄ diuina officia. vel qn̄ pre-
dicat̄ ⁊ nō orant nec stant attenti. Tales enim
nō inueniunt xp̄m. nec illū amplexāt̄ brachijs
spūalibus anime. In spiritu ergo sctō dꝫ vnus-
quisqꝫ tēplū intrare. vt possit puerū iesuʒ videre
⁊ amplecti cū sancto Symeone. B

SEquit̄ aūt in euāgelio. ꝙ ꝓdict᷒ symeō ac
cepit eū in vlnas suas. i. i brachia sua ad
innuendum ꝙ per opera bona venitur ad salu
tē. Non em̄ sufficit fides habenti tp̄s ⁊ moduʒ
bene operandi. iuxta illud Ja. ij. Quid ꝓderit
fratres si fidē dicat q̄s se habere opa aūt non
habeat: nunquid poterit fides saluare eum.
quasi dicat nō. Vñ etiaʒ addit. Sicut corp᷒ si-
ne spū mortuū est. ita fides sine operib᷒ mor-
tua est. Unde. j. ad Cor. iij. đr. Unusq̄sqꝫ propriā
mercedem accipiet ſm suuʒ laborem. Glosa ve
ro super hoc euāgelio dicit ꝙ per hoc ꝙ senex
accepit infantem instruimur ꝙ deposita vetu-
state debemus induere nouitatem vite iuxta
illud ad Eph. iiij. Renouamini spiritu mentis
vestre: ⁊ induite nouum hominem qui secun-
dum deum creatus est. Item per hoc ꝙ vlne ip-
sius senis corpore suscepti pueri tegunt̄. signi-
ficatur ꝙ lex vetus operiēda erat gratia euā-
gelicā. Item ꝑ hoc denotabat̄ ꝙ mundus in
peccatis inueteratus christiane infantie noui
tate erat induendus. Item vt inq̄t Hugo car-
dinalis vbi. ſ. Symeon qui iesum i vlnis por-
tauit tenet figuram bonorum actiuoruʒ. Ma-
ria vero que in vtero iħm detulit tenet figurā
bonorum contemplatiuoruʒ qui in corde chri-

Rum gestant. Joseph autē qui creditur eum in humeris i egyptū portasse. tenet figurā prelatorum. q̄ magis ꝓ xp̄o laborant: ⁊ minus ei⁹ visione perfruunt. hec ille. Beda ṗo sup illa ṗba iustus ⁊ timoratus ait. Quia difficulter iusticia sine timore custodit. Nō illum dico timorem qui temporalia sibi bona subtrahi perhorrescit. quem perfecta dilectio foras mittit sed timorem dn̄i scm̄ qui manet in secula quo iustus deū quanto ardētius diligit tāto solertius offendere cauet ⁊ Amb. addit. Et bene iustus q̄ non suā sed populi gr̄am reqrebat. Uñ sequit. Expectās consolationē israel Qđ exponit Grego. nizen⁹ di. Nō vtiq̄ mundanā felicitatem in consolationē israel prudēs. Symeon expectabat. s; verā trāslationē ad veritatis decorem ꝑ separationē a legis vmbra. Habuerat nāq̄ ꝑ oracula ꝙ visurus esset xp̄m dn̄i ipsius q̄ȝ de sclo pn̄ti trāsmigraret. Uñ seqt. Et sp̄ussc̄ā ctus erat in eo. a q̄. sc; iustificabat. Amb. aūt dicit. Cupiebat ipse qdē corporee vinculis fragilitatis absolui: sed expectabat videre promissū Sciebat eñ q̄ꝛ beati oculi qui viderēt dn̄m. ¶

GRego. ṗo. xviij. moraliū inqt. In quo ēt discim⁹ quāto desiderio ex plebe israelitica sancti viri incarnatiōis ei⁹ mysterium videre cupierūt. Beda aūt dicit. Uidere aūt mortē expiari eā significat. Multūq̄ felix mortē videbit carnis. quicūq̄ xp̄m dn̄i prius oculis carnis videre sategerit cōuersationem habendo in celesti hierl; ac templi dei limina frequētando. hoc est sanctoꝝ. in quibus deus habitat exēpla sectādo. Eadē aūt sp̄us gratia qua olim venturum precognouerat. ⁊ nunc venientē cognouit. Unde sequit. Et venit in sp̄ū in templū. Ubi inqt Origenes. Et tu si vis tenere xp̄m ⁊ amplexari manibus ol labore nitere vt ducem habeas sp̄m. veniasq̄ ad templuȝ dei Gregorius ṗo ait. Quā btūs ille sacer ad sacra introitus per quem ad vite terminū maturauit beate manus q̄ verbū vite palpauerūt ⁊ vlne quoq̄ quas ad suscessionē parauit. Beda aūt inquit. Accepit aūt iustus ꝓm legeȝ puerum Jesum in vlnas suas. vt significet iusticiā operum que ex lege erat per manus ⁊ brachia figuratorum. humili quideȝ sed salutari fidei euangelice gratie imitāda. Accepit senior infantem xp̄m vt insinuet hoc seculum quasi senio iam defectū ad infantiā ⁊ innocentiā christiane religionis rediturum. hec ille. In quib⁹ verbis confirmat ea que superius diximus ꝺ senectute Symeonis. Origenes vero de codeȝ Symeone loquens ait. Si ad tactū fimbrie vestimenti mulier sanata est quid putandum est de Symeone qui in suas vlnas accepit infantem. ⁊ gaudebat videns paruulum a se gestari qui venerat ad vinctos soluendos? sciens neminem eum posse de claustro corporis emittere cum spe future vite. nisi eum quem in brachijs continebat. Aug. aūt in sermone hodierne festiuitatis de tanta filij dei humilitate ⁊ tā grandi mysterio exultās exclamauit dicens. ꝺ

O olp otētia nascentis o magnificentia de celo ad terrā descendētis. Adhuc i vtero portabatur. ⁊ ex vtero matris a Johanne baptista salutabat. In templo p̄sentabat. ⁊ a Symeone sene: famoso ānoso: ꝓbato: coronato cognoscebatur. Tunc cognouit. tunc adorauit. tunc dixit. Et nūc dn̄e dimitte seruum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuuȝ. Differebat exire de hoc sclo: vt videret natum per quē conditū est seculū. Agnouit infantem senex. ⁊ factus est in puero puer. Innouatus est in etate: q̄ꝛ plenus erat pietate. Rogo fratres charissimi quis sit iste senex Symeon? quam magnitudinem sentiebat in paruulo? Quod videbat mater portabat. qđ intelligebat mundum regabat. Ip̄a ferebat. ⁊ xp̄s regebat. Symeon senex ferebat xp̄m in fontē xp̄s regebat Symeonē i senectute. Quid igit dixit Symeō audire. Nūc dimittis dn̄e seruū tuū i pace. In pace iquā quā cōmēdatur⁹ es discipulis tuis di. Pacem meā do vobis: pacem relinquo vobis. Dictuȝ enim fuerat ei a dn̄o. ꝙ nō gustaret mortē nisi videret christū dn̄i natū. Natus est christus. Ille veniebat: ⁊ iste ibat. Sed nisi veniret ille iste ire nolebat. Iā senectus matura excludebat: sed sincera pietas detinebat. At vbi natus est christus At vbi eum a matris manibus portatum vidit. et diuinam infantiam pia senectus agnouit. Accepit eum in manibus suis ⁊ dixit. Nūc dimittis domie seruum tuum in pace. Impletum est desiderium senis in mundi ipsius senectute. Ipse ad seneȝ venit q̄ mundum inueteratum inuenit. In isto quidem seculo diu esse nolebat. christum i hoc seculo videre cupiebat. cantans cū propheta ⁊ di. ps̄. lxxxiiij. Ostende nobis dn̄e misericordiā tuam. ⁊ salutare tuum da nobis. Deniq̄ vt nouerītis ita esse istiusmodi leticiā concludit di. Nunc dimittis domine seruū tuū in pace. Q̄ꝛ viderūt oculi mei salutare tuuȝ. Hec sunt testimonia tua domine iesu. antēq̄ tibi seruerent fluctus maris. campi cederēt imperāti. antēq̄ ventus te iubente siluisset. mortui te vocante surrexissent. sol te moriente palluisset. terra te resurgente tremuisset. celū te ascendente pauisset. Adhuc enim in manibus matris portabaris. ⁊ iam dn̄s orbis agnoscebaris. hec ille. ¶

DIxit ergo Symeon Nūc dimittis ꝭuū tuū dn̄e Ubi Theophilus ait. Qđ dicit dn̄e cōfitentis est ꝙ ipse mortis esse vite dominus. ⁊ sic puerum quem susceperat deū confitetur. Orige. vero addit Quasi diceret. Quamdiu christum nō tenebam clausus erā ⁊ de vinculis exire non poteram. Basilius au-


tem dicit. Si voces iustorum inquiras. omnes super hoc mūdo & ei⁹ flebili mora ingemescūt Heu mihi dicit dauid. q2 incolatus meus prolongatus est. Amb. ho inquit. Unde & iustus velut corpore carcere mortis inclusum velle dissolui vt incipiat esse cū xp̄o. Sed q̄ vult dimitti veniat in templum. veniat in hierl'm. expectet xp̄m dn̄i. accipiat in manibus v̄bū dei. & conteplet velut quibusdam fidei sue brachijs. tunc dimittetur vt nō videat mortē qn viderit vitā. Grecus aute expositor ait. Symeō bn̄dicebat deum inter cetera. q pmissa sibi facta fortiter erāt efficaciter veritatē. Nā ꝯsolationē israel oculis ꝑspicere meruit & manib⁹ portare. hec ille. Desideriū em̄ si cōpleat delectat aīam. Prouer. xiij. Et homo se reputat lucrari qn̄ qd̄ desiderat obtinet. l. cū seruus. cū ibi no. ff. de condi. cau. de cāu. nō se. Et iō valde delectatus est Symeon de cōpletione pmissi diuini. In pace autem dixit se dimitti. Qz de sanctis dr̄ Eccl'i. xliiij. Corpora ipsorū i pace sepulta sunt. Uñ dauid ps. iiij. dicebat. In pace i idipsū dormiā & requiescam. Gre. ho nizenus inquit. Quia postq̄ xp̄s culpā hostilē destruxit. nos q3 patri recōciliauit. facta est trānslatio sanctorꝫ in pace. Orige. autē dicit. Quis est qui de seculo isto recedit in pace nisi is q̄ intelligit q de⁹ erat in xp̄o mūdum recōcilians sibi. nihilq3 habet inimicum deo. sed bonam pacē bonis in se operibus assūpsit. Grec⁹ ho ait. Fuerat aūt sibi repromissū non visurum se mortē nisi prius videret xp̄m dn̄i. Et ideo impletum ostendens subdit. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod exponens Hugo cardinalis sup Lucam dicit. Oculi scilicet exteriores & interiores. Interiores deum. exteriores hominem. quia ipsum quē tenebat in brachijs: verum deum & verū hoiem credidit. & tandem visurum se facie ad faciem sperauit. Sicut etiam de Abraam dixit dn̄s iudeis. Abraam pater vester exultauit vt videret diem meum. vidit & gauisus est. Johannis viij. Beati ergo fuerunt oculi Symeonis Inquit enim saluator discipulis suis Luce. x. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dixit autem Symeon. salutare tuum. i. xp̄m. de quo dicitur Luc. ix. Filius hoīs non venit perdere sed saluare. Sequit aūt. Qd̄ parasti ante faciem oīm populorum. quia oēs populi eum desiderabāt & expectabant. De iudeis em̄ habetur Esaie. lxiiij. vbi propheta in persona omnium dicebat. Utinam disrumperes celos & descenderes. De gentibus autē Gene. xlix. vbi dr̄. Et erit expectatio gentium. Et Agge. ij. Ueniet desideratus cunctis gentibus. De vtrisq3 etiam Esaie lij. dr̄. Preparauit dn̄s brachium sanctum suū in conspectu oīm gentiū: & videbunt oēs fines terre salutare dei. Cyrillus autē dicit. Fuerat xp̄i mysterium quod patuit in vltimis temporibus seculi preparatū ante mundi cōstitutionem.

F

Unde sequit. Qd̄ parasti ante faciem oīm ppl'orꝫ. Grego. ho inquit. Attende etiā sagacitatē digni & venerādi senis. anteq̄ digni⁹ videret dn̄e visionis prestolabat consolationē israel. vt aūt qd̄ postulabat obtinuit. exclamauit se vidisse salute oīum pplo tm̄ Adeo infantis ineffabile iubar illustrauit eū vt pcessu tpis secutura mox sibi fierēt nota. Theophil⁹ aūt addit. Signāter dicit. aū faciē. vt scꝫ oib⁹ eius incarnatio appareret. Hoc aūt salutare dicit esse gentiū lumē & gl'iā israel. Unde sequitur Lumē ad reuelationē gētiū: & gl'iā plebis tue israel. Qd̄ exponēs Athanasi⁹ ait. Gētes ante xp̄i aduentum in vltimis tenebris erāt constitute ac cognitione diuina ꝑuare. Cyrillus ho addit. Sed xp̄s adueniēs fact⁹ est lux tenebrosis & erraticis q̄s diabolica man⁹ pssit. vocati sunt aūt a deo p̄re ad notitiā filij q̄ est lux vera hec ille. De hoc aūt pdictū fuerat Esa. ix. vbi dicit. Pp̄ls gētiū q̄ ābulabat in tenebris vidit lucē magnā habitātib⁹ in regiōe vmbre mortis lux orta est eis. Greg. aūt nizen⁹ ait Iō signanter dixit. plebis tue. q2 nō ab eis tm̄ est adorat⁹ sed insuper ex eis est ꝯm carnē nat⁹. Beda ho ait. Et bene reuelatio gentiū israelis gl'ie preferē. q2 cū plenitudo gentium introierit tunc ois i srael saluus erit. Hec ille. Hoc aūt inquit. Paul⁹ ad Ro. xi. Hugo aūt car. vbi. s. exponēs hoc v̄bum Lumē ad reuelationē gētiū ait. Nō q ab hoc v̄bo habuit occasionem eccl'ia vt cum luminibus faceret pcessionē. Est autē candela quasi quidā liber laicorū eis ostendēs qualiter ignis charitatis xp̄m in n̄rm seruitium expendit. Uñ & nos debemus ad hoc attēdere vt ei lucē bonorꝫ operū repēdamus. Cōcludendo aūt hanc partē dico. q sctūs Symeon i hoc cātico laudauit puulū iesum q̄drupliciter. Primo q sit pax. De quo Ephe. ij. dr̄. Ipse em̄ est pax n̄ra &c. & ad Col. j. Pacificans ꝑ sanguinem suum siue q̄ in celis siue q̄ in terris sunt. Scd̄o q sit saluus. vñ Mat. j. dictū fuit ioseph. Ipse em̄ saluum faciet populū suū a peccatis eorū Tertio q sit lumen. de quo Joh. j. dr̄. Erat lux vera que illuminat omnem hoiem venientem in hunc mundum. Quarto q sit gl'ia. de quo inquit Dauid ps. xvj. Satiabor cum apparuerit gloria tua.

¶ Pars secunda huius sermonis que dicitur subiectionis.

G



Quia primus angelus & prim⁹ hō lumen gr̄e amiserūt ꝓpter superbiam suam. lumen rapere volentes diui ne gl'ie: pusillimus deus holem qui in tenebris sedebat huius mundi. et lumē celi videre non poterat. vt dixit Tobias raphaeli angelo. Tob. v. decernens illumina-

re.⁊ viā ducētē ad lumē glie ꝟbo et exēplo et ostēdere.lumē.s.ꝟbū diuinū de lumine patre genitū misit i mūdū obūbratū carne hūana. ſm illud qd̄ ꝓmiſerat p Eze.ꝓphetā eius.li. xxxij.c.ōi.Solē nube tegā.i.deitatē verbi nube humanitatis.Unū humanitatē docuit ꝟbo cū dixit Mat.xj.Discite a me qꝛ mitis ſuȝ ⁊ hu milis corde.Et hodie facto ſe oſtēdit humilē qn̄ in tēplo voluit p̄ſentari ipē q̄ ſuos electos facit ſibi tēplum ac vt quidā dicūt.dnq̄ ſiclis redimi tāq̄ ſeru' q̄ eſt dn̄s vniuerſoꝝ.⁊ p ſe ſacrificiū offerri tāq̄ ſi eēt pctōr expiād' obla tiōe.q̄ cūctoꝝ pctā purgauit.ia mr̄e virgine vt paruul' ⁊ infirm' eſt deportat' q̄ imēſus oīa portat ⁊ ſuſtētat ꝟbo virtutis ſue.Unū Amb.in ſermone hodierno inqt.Offer btā maria vir go tāq̄ legē obſeruans in tēplo quē ediđiſti. vt nō oib'ꝫ paucis reuelet.Quis ē iſte quē ge nuiſti.o q̄ pu'.o q̄ magn' ē quē pepiſti.puus in hūanitate.magn' in diuinitate puus in re gno iudeoꝝ.magn' i regno gētiū.Quiſpiā nobis poſſet indicare iter huiuſcemodi obſe quia animi tui ſenſum cū hinc cerneres ex te natū tantillū īfantē illinc attēderes deū imen ſuȝ hinc creatū.illinc creatorē.hinc infirmū.il linc fortiſſimū.hinc alēdū.illinc alētē hinc nō loquētē:illinc angelos docētē.qs inquā pecto ris tui arcana reuelare valeat qb' modis co gitatū ad vtrāq̄ flectebas.cū vnū dei atq̄ ho minis filiū i manib' tenēs hic adorares vt dn̄ȝ illinc oſcularēris vt puulū.Quis ad tā ineffa bile miraculū nō obſtupeſcat.Quis non pene elinguis fiat.Tenet puella i gremio ſuū ⁊ oīs creatorē.O admirādū ſpectaculū ad qd̄ nō ſo lū humana verū etiā angelica ſtupeſcit natu ra hec ille.Hoc ēt eſt illud lumē qd̄ p̄parauit de' pr̄ ante faciē oīm populoꝝ:vt p ſuū exem plū oīs pfectiōis ſemitā nobis oſtēderet.Ois eīm xp̄i actio nr̄a ē iſtructio.c.ſolēnitas.el.ij.et ibi gl.de ꝯſe.di.j.⁊.c.ſi ſol'.vij.di.facit.c.dn̄s nr̄.lvj.di.⁊.c.ſignificaſti.de elec.⁊.c.de' oipo tens.ij.q.j. H

Ipſe ergo xp̄s fuit lumiare mai' qd̄ de' de dit nobis vt vniuerſuȝ orbē illuminaret. Beata aūt ꝟgo fuit luminare min' cui' vita inclyta cūctas illuſtrat eccl'ias.Et iō Hodie i ſi gnū hui' dant̄ cādele accēſe i manib' fideliū. cādela eīm repſentat btīſſimā virginē:qꝛ ſicut in cādela eſt cera mollis ⁊ ductilis ſignificās hūilitatē.⁊ licinīū albū ſignificās puritatē.et lumē ardēs inuēs charitatē.ita ipa in ſummo habuit iſta pfectiſſime.in qb' eā debem' imi tari:qꝛ et' vitā nobis de' dedit in exēplū.Un de.b.Tho.in.iij.par.ſumme.q.xxxvij.ar.iij. ait.Sicut plenitudo grē a xp̄o deriuat in ma trē.ita decuit vt mater et' humilitati ꝯforma ret.⁊ iō ſicut xp̄s lꝫ legi nō eēt obnoxi':voluit tn̄ circūciſionē ⁊ alia legis onera ſubire.ad de

mōſtrādū hūilitatis ⁊ obediētie exēplū.eadē rōne voluit ⁊ mr̄ē ſuā īplere legis obſeruan tias:qb' tn̄ nō erat obnoxia.hec ille. I

Unde ſciēdū q ipa btīſſima ꝟgo ſe ſubiecit triplici cerimonie legis.Pꝛio ſe ſubdidit legi purificatiōis q̄ data erat mlierib' generā tib' filios ſm modū naturalē.vt ħt in ſpeculo hiſtoriali.Nā cōiter oēs mulier ꝯcipit cū libi dinoſa delectatiōe qd̄ puenit ex corruptione peccati primoꝝ parētū.Et iō deus ordinauit oēs mulieres ſic ꝯcipientes debere purificari ab hac imūdicia.Quā ordinationē voluit im maculata ꝟgo obſeruare vt ſe ꝯformaret filio ſuo.q̄ cū eſſet innocētiſſim' inter pctōres repu tat' eſt.vt pdictū fuerat Eſa.liij.Et formā ſer ui accepit i ſiſtudinē hoīm fact'.ad Phil.ij. O igit pfūda hūilitas atq̄ pfectiſſima obediē tia glīoſe ꝟginis q̄ meruit de diabolo pfectā victoriā reportare.Sicut eīm diabol' vicerat euā iobediētē diuio mādato.ita ipa obediēs illū ſupauit.Scriptū.eſt eīm Prouer.xxj.vir obediens loquitur victoriā. K

Scdo ſe ſubiecit legi p̄ſtatiōis.Unū ſcien dū q de ple nata duplex p̄ceptū tradeba tur in lege.Unū qdē gn̄ale quātū ad oēs vt ſcꝫ cōpletis dieb' purificatiōis matris:i templo p̄ſentaret̄ ⁊ offerret̄ ꝓ ea ſacrificium ſiue eſſet maſcul' ſiue femina.vt ħr Leuit.xij.Et hoc q̄ dē ſacrificiū vt inqt gl.ſup Leuiticū fiebat ad expiationē pctī.in quo proles erat concepta ⁊ nata.qꝛ regulariter omnis q̄ naſcitur in origi nali pctō naſcit̄.Et lꝫ per circunciſionem pre dictum peccatū origiale tolleret̄.tn̄ etiam pu rificatio.⁊ p̄ſentatio erat in dicta ad confirma tionē circūciſionis ⁊ maiorē deletionē fomi tis ipſius pctī.ſicut etiam nunc lꝫ p baptiſmū tollat̄ pctm̄ originale tn̄ poſtea ſuſcipit̄ ſacrāꝫ cō firmatiōis ⁊ chriſmatur batizatus.c.j.⁊ ibi gl. de conſe.di.v.Unū inqt glo.in.c.rn̄ſo.de ſen.ex cō.q contemnens ſacrm̄.confirmationis poſt baptiſmum non eſt chriſtianus.facit etiaȝ ad hoc glo.in.c.veniens.de tranſac.Preſentabat̄ quoq̄ ples in templo nō tn̄ ad expiationem. ſed etiam ad quandam conſecrationem ipſi'. Et ideo aliquid offerebatur in holocauſtum ⁊ aliqd ꝓ peccato.Diuites eīm offerebāt agnuȝ in holocauſtū ⁊ turturem aut pullum colum be pro peccato.Pauperes vero par turturum vel duos pullos columbarum.vnum in holo cauſtum:et alterum pro peccato.Si autēȝ que rat quare deus iuſſit offerri pullos columba rum ⁊ non columbas.Reſpōdet.Ber.et Hugo cardinalis ſuper Luc.q hoc ideo fecit qꝛ la ſciuam aueȝ in tali etate offerri decuit pro ſal uatore.in q̄ luxui apta non eſſet. L

Aliud vero erat preceptum de pꝛimo genitis tam in hominibus q̄ in iu mētis.Sibi eīm domin' deputauerat

omne primogenitum israel p eo q ad liberationez populi israel percusserat primo genita egypti ab hoīe vsq ad pec⁹: primogenitis israel reseruatis: vt hr̃ Exo. xiij. ⁊ Deut. xv. Primogenita autem leuitarũ nõ redimebant: qr deputati erãt ad ppetuũ dei cultũ. Alij vero primogeniti aliaꝝ tribuũ redimebant quinq siclis argenti. vt hr̃ Nume. xviij. Et ideo aliq dicũt btãm virginẽ redemisse filiũ suuz qnq siclis. Sed alij ⁊ forte melius dicũt eã nõ redemisse euz: qr totalr diuinis erat mancipat⁹ officijs. ⁊ sacerdos erat in eternũ ſm ordinẽ melchisedech sicut pdictũ fuerat ps. cix. Et hec presentatio figurata fuit. j. Reg. j. qñ Anna obtulit filiũ suũ samuelẽ dño corã hely summo sacerdote. Nã pari mõ imo excellẽtiori obtulit btã virgo filiũ suũ dño corã sãcto simeõe. q fuit nõ solũ primogenit⁹ ipsi⁹ sanctissime virginis. vt habetur Lu. ij. sed etiã pmogenit⁹ in multis fratribus. Ro. viij. ⁊ est sanct⁹ sctõꝝ Dañ. ix. Et ideo ipsi soli cõuenit pprie illud qđ lex dicebat. s. q oẽ primogenitum masculinũ sanctũ deo vocabitur. vt habet Exo. xiij. ⁊ etiã recitat in euãg. hodierno. Vñ Greg. nizen⁹ inqt. Solus autez hic part⁹ masculinus sanctus eẽ cõspicitur q nihil de feminei tate culpe portauit. Vñ ⁊ gabriel qsi hoc decretum ad ipsum solũ pertinere memorans dicebat. Quod ex te nascet sctm̃ vocabitur filius dei. ⁊ in ceteris quidẽ primogenitis sanctos illos vocari euangelica solertia statuit tanq oblatione diuina sortitos huiusmodi nomẽ. At in toti⁹ primogenito creare qđ nascit sanctũ pnunciat angel⁹ quasi propriie sctm̃ existẽs. Ambro. qz idẽ affirmans ait. Sol⁹ p oia in natis de femina sanct⁹ fuit dñs iesus. quẽ p figurã futuri mysterij legis diuine pscripta signabant. eo q sol⁹ sanct⁹ eccl'ie virginis ad generandos populos aperiret genitale secretũ. M

Tertio subiecit se btã virgo cerimonie oblatiõis offerens p se ⁊ filio quod in lege fuerat ordinatũ. De qua oblatione facta p xp̃o admiratus sanct⁹ Cyrill⁹ exclamat dicens. O pfunditas sapientie ⁊ scientie dei offert hostias q p singulas hostias. honorat cũ patre. Figuras legis custodit veritas q legis est cõditor. sic de⁹ legẽ custodit vt homo. Vñ sequit. vt darẽt hostiã ſm q dictũ est in lege dñi. par turturũ aut duos pullos colũbaꝝ. Sed hic qri põt qdnã fecerit btã virgo de thesauro illo quẽ obtulerũt magi filio suo in magna qũtitate. ⁊ quõ infra sic paucos dies a die Epiphanie sit facta adeo paupcula q non potuit emere agnũ ad offerendũ. Ad qđ rñdet q ipsa non fecit vt faciunt multi q thesaurizant in hoc mundo ⁊ pauperibus nihil impendũt sed seruabit illud ps. cxj. Dispersit dedit pauperibus. vñ nihil sibi reseruauit. Et rõ huius põt assignari. Quia vt inqt Auerrois i lib. de substãtia orbis. materia repleta vnã forma nõ suscipit diuersas formas. verbi grã. Pulpituz postq habuit istã formam non potest habere aliam manente prĩa. Silr vana mulier habẽs frontem meretricẽ nõ põt habere frõtẽ seu faciẽ honestatis. ⁊ cor plenũ immũdicia nõ põt eẽ plenũ puritate. Cũ igit. b. virgo fuerit repleta pietate circa primũ ⁊ amore diuino: nõ potuit repleri cupiditate ⁊ amore reꝝ terrenaꝝ. Et iõ dedit paupib⁹ ⁊ dispẽsauit thesauꝝ predictũ vt sic pietatẽ erga primũ cõseruaret. et sanctitatis formã nõ amitteret p terrenorum abundantiã. Nouerat eñ filiũ suũ amatorem esse paupertatis ⁊ oculos eius in pauperez respicere. vt ait dauid ps. x. Et verã eẽ illã Sen. ad Luciliũ sniam q nemo ali⁹ est deo dignior q q opes cõtẽpsit. Sciebat qz q onust⁹ põdere auri christuz pauperẽ nõ potest sequi. c. socrates. x. q. ij. N

Sed p morali declaratione pdictorum possent hec fieri sex qsita. Primum vnde mouet offerẽs hãc oblationẽ. Scđz p quẽ defert talis oblatio. Tertiuz quid ẽ ista donatio. Quartũ quo dirigitur talis oblatio. Quintũ cui dat talis offerẽda benedictio. Sextum que fuerit huius pñtationis associatio.

Ad pmũ rñdet q a bethleẽ mouet offerẽs istã oblationẽ. ad significandũ q quicũq vult de se facere cũ iesu sacrificiuz primo recedere dz a bethleẽ. i. a cura carnis. qr ait apl's Rom. viij. Si ſm carnẽ vixeritis moriemini scz vita spũali. Et iterũ. Qui in carne sunt deo placere nõ pñt. Lz eñ antiqui doctores dicant q bethleẽ interptat domus panis: ñ moderni interptant domũ carnis. Qui ergo vult deo mũdã oblationẽ offerre: dz recedere de domo carnis. i. sensualitatis ⁊ sollicitudinis tpalis. ⁊ seruare illđ Gen. xij. vbi Abraã audiuit dñm dicẽtẽ sibi. Egredere de terra tua ⁊ de cognatione tua ⁊ de domo patris tui. Ad hoc etiã faciẽdũ hortatur ppheta di. ps. xliiij. Obliuiscere populũ tuũ ⁊ domũ pris tui. ⁊ cõcupiscet rex spẽm tuã. Dom⁹ aũt pris nři est caro quã a pře nřo recepimus. vt in ea qdiu hec viuim⁹ habitemus. a q domo spũalr recedere debemus. i. ab ei⁹ cõcupiscentijs elõgari. O

Ad scđz dico q Maria ⁊ Joseph fecerũt hãc oblationẽ. Et hoc ad insinuãduz q ad hãc faciẽdũ dz te dirigere pura virgo maria. i. pura ⁊ recta itẽtio. qr vt ait Amb. i li. de officijs. Intẽtio tua opi tuo nomẽ iponit. et oia denominant a fine. ij. de aia. ⁊ l. si is q. xl. §. sz si opus. ff. ad. l. fal. ⁊ l. stipulatio. §. opus. ff. de opis no. nũ. Et ideo finis maxime est attendendus. l. deniq. ff. de mino. et. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. Debet quoq ibi esse Joseph q interptat accrescens vel augmẽ

tū ad denotandū qñ qs aliquam deo oblatio-
nē facit apet ādo aliqd boni pro amore ei⁹. dʒ
habere volūtatē crescēdi semp de bono in me
lius.iuxta illud ps.lxxxiij.Ibunt de virtute in
virtutē.ꝛ plus faciendi ad pñs si posset.Bona
eñi volūtas ꝓ facto reputabit qñ per nos non
stat qn eā effectui mancipem⁹.l. cū heres.§.sti
chus.el.ij.ff.de statu.lib.ꝛ ad idē facit tex.in.c.
dixi.ꝛ multis capitulis seqñtib⁹.de pe.di.j. P

Ad tertiū rñdet ꝙ dñm nr̄m iesum christū
tulerūt ꝛ presentauerūt deo ad denotan
dū ꝙ ille qui vult deo gratū sacrificiū offerre.
debet sibi dñm Jesum pñtare.i.vitā suaʒ ipsi⁹
vite cōformare.Qui eñi vt dr̄.j.Joh.ij. dicit se
in xp̄ʒ credere.dʒ sicut ille ambulauit ꝛ ipse am
bulare.maxime in hūilitate cōsiderando ꝙ il-
le qui est via veritas ꝛ vita.Johā.xiiij. se duci
ab alijs tanꝗ̄ ignarū pmisit.Vñ euangeliū in
quit.Cū inducerent pueruʒ iesum ꝛc.Et ille q
totus scūs ꝛ bonus est.tanꝗ̄ immūdus voluit
cū matre expiari.Et ille q celo nō capit ꝛ oia re
git.hodie in vlnis senis se recipi ꝛ portari per
misit. Q

Ad quartū rñdet ꝙ ad tēplū obtulerūt
ad denotandū ꝙ debem⁹ ecclias freqn
tare.ꝛ ibi orationes nr̄as deo offerre.
di.ps.lxvij.In ecclesijs bñdicite deo dño de fō
tibus israel. R

Ad qntū rñdet ꝙ ad simeonē sacerdotē
tulerūt ad significādū p cui⁹ man⁹ de
beat fieri sacrificiū nr̄m.qꝛ p man⁹ Si
meonis qui interp̄tat obediēs. Quere ergo ti
bi in p̄rem spūalē aliquē timoratū iustū ꝛ diui
nis mādatis obedienteʒ. qꝛ male poterit alijs
p̄cipere q non didicit obedire.Assume tibi ali
quem ductorē in quo sit spūsanct⁹ q sit ātiqu⁹
id est practic⁹ ꝛ expert⁹:q sit mūd⁹ ꝛ liber a vi-
tijs.ne per malū exēplū vel doctrinā pestiferā
ad illa te inducat.Elige ergo virū irrep̄hēsibi
lem sub cuius gubernatiōe regaris.qꝛ status
subditoꝝ est īegritas presidētiū.c.miramur.
lxi.distī.Cōtra vero lāguescēte capite cetera
membra sub ipso dolent.c.Sunt plurimi.ꝛ.c.ex
merito.vj.q.i.Et propter hoc leges ordinaue
runt vt assumendus ad docendum alios.pre-
cellat ceteros moribus.l.magistros.C.de pro
fes.ꝛ medic.libro.x.Ideo Seneca hortabatur
Luciliuʒ epistola.liij.dicēs.Illum eligere do
ctorem quem magis admireris cuʒ videris ꝗ̄
cum audieris. S.

Ad sextū respōdet ꝙ par turturum aut
duos pullos colūbarū simul in p̄senta
tiōe xp̄i obtulerūt.Si aūt dicam⁹ ꝙ ēt
qnꝙ̄ siclos ꝓ redēptiōe dederunt.hoc fuit ad
denotādū ꝙ qnꝙ̄ sensus corporis debēt offer-
re deo in sacrificiū vt qdā deuoti doctores di-
cūt.Iō aūt euāgelista spūalē doct⁹ posuit di
siūctiue par turturū:aut duos pullos colūba-
rū qꝛ aliqb⁹ cōuenit offerre turtures. aliqbus
vero colūbas.Nec oēs volūt offerre turtures
nec oēs columbas.Aliq eñi qui volūt deo sacri-
ficiū offerre ꝛ remanere in vita actiua ꝛ habi-
tu laicali:secū debēt deferre par turturū.i.vni
tatē q denotat p vnū par:ꝛ fidelitatē q p turtu
res designat.Tu ergo q in laico habitu vis te
deo sacrificare.Fuge vnitatem vt non qras vel
sequaris sectas diuisiones partialitates ꝛ hu
iusmodi.sed vniōnē dilectiōis ꝛ charitatis.dā
do elemosynas ꝛ subueniendo ꝓximis. facien
do illud qd dr̄ Thob.iiij. Si multū tibi fuerit
abūdāter tribue.si exiguum habueris. ex hoc
exiguo communica.Serua quoꝙ̄ fidelitatem
faciēdo illud qd in eodē.c.dr̄.scʒ. Attende tibi
ab oi fornicatiōe.ꝛ p̄ter vxorē tuā nō patiaris
crimen scire.Serua fidē legēdo ꝛ audiēdo sa-
cras scripturas audiēdo diuia officia p̄dicatio
nesꝙ̄.ꝛ illis credēdo opib⁹ adimple.Et sic offe
res dño par turturū. T

Alij vo volantes se perfecti⁹ dño conse
crare intrando religionē debent offer-
re duos pullos colūbarū per binaruʒ
autē numerū q est principiū diuisiōis.designa
tur ꝙ tales debēt esse diuisi.i. sepati a mūda-
nis.ʒ inter se debēt esse qsi vnū par.i.simul vnī
ti ꝛ sine diuisione.Vñ inqt ꝓpha ps.cxxxij.Ec-
ce ꝗ̄ bonū ꝛ ꝗ̄ iocundū habitare frēs in vnū.
Colūbarū pulli sunt calidi.ʒ casti ad inuēdū
ꝙ religiosi debēt eē calidi. feruētes in diui-
no amore:sed puri ꝛ mūdi a carnalitate.seruā
do illud Luc.xij.Sint lumbi vestri precincti.ꝛ
lucerne ardētes in manibus vr̄is.Columbaꝝ
pulli nō volāt discurrēdo.sed clausi manēt in
nidis suis.Sic ꝛ religiosi nō debēt discurrere
vagi per ciuitates ꝛ villas nisi ꝓ magna neces
sitate vel vtilitate:qꝛ religiosus extra cellā suā
vel monasteriū est sicut piscis extra aquam.c.
placuit.xvj.q.i.Debēt ergo remanere clausi in
cellis ꝛ in claustris suis. qꝛ loc⁹ est ꝯseruatiu⁹
locati.vt dr̄.iiij. phys.Colūbe gemunt loco cā
tus.ꝛ ita religiosi debent lugere pctā sua.ꝛ dā
tiū eis elemosynas ne sint de illis qbus dr̄.ps.
cxxvj.Qui māducatis panē doloris. Debēt qʒ
ꝯsummare vitā suā in fletu ꝛ merore pnie.Vn-
de monachus dr̄ a monos grece qd latine dici
tur vnus.ꝛ achos qd est tristis qsi vn⁹ ꝛ tristis
v.ca.placuit.xvj.q.i Dʒ eñi lugere in hoc sclo
vt post mortē gaudeat i celo.iuxta illud Merli-
ci samaritēsis li.ij.Vna serena dies multoꝝ nu
bila p̄sat.Et luteū tergit qd facit vnda soluʒ.
In illa eñi felicissima die trāsit⁹ boni religiosi
ois mesticia in sempiternū gaudiū ꝯuertetur.
Sicut etiā colūbe habitāt in cauernis petre.
petra autē erat xp̄s vt ait apls.j.Corin.x.Sic
vita religiosoꝝ debet esse confixa in cruce cuʒ
xp̄o.vt vnusquisꝙ̄ eorum dicere possit cū Pau
lo ad Gal.vj.Mihi aūt absit gl̄iari nisi in cruc-

ri quin redūdet. Ideo quia mater dn̄i hoc mo
miliaria illis quibus fit. Manifestum est au-
tem q̄ viris iustis est familiare et consuetum
interiori spiritussancti edoceri instinctu absq̄
signorum sensibilium demonstratione. scilicet
per spiritū pphetie. Alij vero corporalibus re-

bus deduci per sensibilia ad intelligibilia deducunt. Judei eñ ꝯsueti erãt diuina rñsa ꝑ ãgelos accipere.ꝑ quos etiã legẽ acceperãt ſm illud Act.vij. Accepistis legẽ in dispositiõe angelorũ. Gẽtiles ṽo ⁊ maxie astrologi consueti sunt stellarum cursus respicere ⁊ ideo iustis.i. Symeoni ⁊ anne manifestata est xp̄i natiuitas ꝑ interiorẽ instinctũ spũssancti iuxta illud Luc. ij. Rñsum accepit symeõ a spũsancto ⁊c. Pastoribus autẽ magis tanq̃ rebus corporalib⁹ deditis manifestata est xp̄i natiuitas ꝑ apparitiones visibiles:⁊ qꝛ hec natiuitas nõ erat pure terrena:sed quodã modo celestis:ideo per signa celestia vtrisq̃ manifestat. Ut eñ Aug. dicit in sermone de ep̄hia. Celos angeli habitãt ⁊ sydera ornãt. Utriq̃ ergo celi enarrant gloriã dei. Rõnabiliter aũt: pastorib⁹ tañ iudeis apud quos frequẽter facte sunt apparitiões angeloꝝ reuelata est natiuitas xp̄i per angelos magis aũt assuetis in cõsideratione celestium corporũ manifestata est per signuʒ stelle: qꝛ vt dicit Chriſ. per cõsueta eos dñs vocare voluit eos cõdescendens. Greg. aũt dicit in homel. super Matth. Judeis tanq̃ rõne vtẽtibus rationale aial.i. angel⁹ ꝓdicare debuit. gẽtiles vero q̃ vti rõne nesciebãt ad cognoscẽdũ deũ non ꝑ vocẽ sed per signa perducunt. Et sicut dominũ iam loquentẽ annunciauerũt gẽtib⁹ predicatores loquẽtes:ita eũ nondũ loquẽtẽ elemẽta muta ꝓdicarent. Aug. autẽ dicit in ser. epiphanie. Abrae innumerabilis erat ꝓmissa successio nõ carnis semine:sed fidei fecunditate generanda:⁊ ideo stellarũ multitudini est cõparata.i. Gen.xv. vt celestis ꝓgenies speraret: et ideo gẽtiles in syderib⁹ designati ortu noui syderis excitant vt perueniant ad xp̄m per queʒ efficiuntur semen Abrae. Hec autẽ stella nõ fuit vna de stellis celestib⁹ ab initio creatis:vnde Aug. in li. ꝯtra faustũ dicit. Nõ ex illis erat stella q̃ ab initio itineꝝ suoꝝ ordinẽ sub creatiõis lege custodiũt:sed nouo virginis partu nouũ sydus apparuit. Bñs vero Tho. in. iij. parte summe.q.xxxvj.ar.vij.indꝫ. Sicut Chrysos. dicit sup Matth.ꝙ illa stella que magis apparuit non fuerit vna celestium stellaꝝ multipliciter manifestũ est. Primo quidẽ quia nulla stellarũ hac via incedit: hec eñ stella ferebat a septẽtrione in meridiẽ. Ita eñ iacet iudea ad perfidem vnde magi venerunt. Secũdo apparet hoc ex tẽpore. Non soluʒ eñ apparebat in nocte:sed etiã in meridie ⁊ suũ fulgorẽ ostẽdebat quod nõ est ṽtutis stelle.sed nec lune. Tertio qꝛ qñq̃ apparebat:⁊ qñq̃ occultabat.cum eñ magi itrauerũt hierl'm occultauit seipam. Deinde vbi herodẽ reliquerũt,ostẽdit seipaʒ. Quarto qꝛ nõ habebat continuũ motum sicut alie stelle:sed cũ oportebat ire magos ibat:qñ autẽ eos oportebat stare stabat sicut ⁊ de colũna nubis q̃ erat in deserto dr Exo xiij. Quinto qꝛ nõ sursum manẽs partũ virginis demõstrabat:sed deorsum descendẽs hoc faciebat. Unde Matth.ij.dr.ꝙ stella quã viderãt magi in oriẽte antecedebat eos vsq̃ dũ veniens staret supra vbi puer erat. Ex quo ptʒ ꝙ verbũ magorum dicentiũ. Uidimus stellam eius in oriẽte: nõ est sic intelligendũ quasi ipsis in oriente positis stella apparuerit eis in terra iuda:sed qꝛ viderũt eam in oriente existentẽ: et ꝓcessit eos vsq̃ in iudeã. Non potuisset aũt distincte domũ demõstrare:nisi fuisset terre vicina erat ergo nõ in firmamento celi collocata: sed in aere vicino terre:vt ait Fulgẽtius:⁊ ſm volũtatem dei mouebatur:vnde Leo papa dicit in sermone ep̄hie. Trib⁹ magis in regione oriẽtis stella noue claritatis apparuit:que illustrior ceteris pulchriorq̃ syderib⁹ in se intuentiũ oculos animosq̃ cõuerteret:vt cõfestim aduerteretur nõ eẽ ociosuʒ quod iã insolitũ videbatur. hec ille. Ex quib⁹ oibus patet quõ hec stella ab aliis differebat origine: qꝛ nõ fuit creata cum aliis a principio mundi:sed solũ in natiuitate xp̄i. Itẽ officio:qꝛ alie stelle facte sunt vt sint in signa ⁊ tẽpora. Gen.j. hec autẽ vt duceret magos. Itẽ duratiõe:qꝛ alie stelle sunt perpetue: hec aũe:vt ait Nicol. de lyr. finito suo ministerio redijt in preiacentẽ materiã. Itẽ in situ ⁊ locatione.vt.ſ. dictũ est. Itẽ in radiatione qꝛ ceteris stellis erat lucidior:ita ꝙ splẽdor solis eã obscurare non poterat.et etiã in meridie splẽdidissima apparebat. Iteʒ in motu.quia non mouebatur motu circulari.sed ꝓgressiuo. Itẽ in sui demonstratione.et celatione ad tẽpus Dicit quoq̃ beat⁹ Thomas vbi.ſ.ar.v. Stella que xp̄i natiuitatẽ manifestauit omnem occasionem erroris subtraxit. Ut enim Augu. dicit contra Faustum Multi astrologi ita cõstituerunt nascentium hominum fata sub stellis vt aliquam stellarũ hore aliquo nato circũit⁹ sui ordinem reliquisse.et ad eũ qui natus est perrexisse asseuerent. sicut accidit circa stellã que demõstrauit natiuitatẽ xp̄i. Et ideo ꝑ hoc nõ cõfirmatur error eoꝝ qui sortem nascentiũ hominum astrorum ordini colligari arbitrantur. Non autem credunt astrorum ordinem ad hominis natiuitatem posse mutari. Similiter etiam vt dicit Chrysost. non est hoc astronomie opus a stellis scire eos qui nascuntur: sed ab hora natiuitatis futura predicere. Magi autem tempus natiuitatis non cognouerunt:vt hinc sumentes. initium a stellarũ motu futura cognoscerent: sed potius econuerso Et sicut Augusti. dicit in ser. Epiphanie. Magi ab angelis aliqua monitione reuelationis audierunt.ꝙ stella christum natum significaret:⁊ ꝓbabile videtur ꝙ a bonis qñ in xp̄o adorando salus eorum iam querebat. hec ille.

Et idem Augu. in li. questionum noui et veteris testamenti ait. Regem intellexerūt natum cū stella indice tpalis rex soleat designari. Ut enim magi nō maliuolētia astrorū cursum. sed rerū curiositate speculabant. Leo aūt papa i ser. ephie dicit. Preter illā stelle spēm q̄ corporeum incitauit obtutū fulgētior veritatis radius eorū corda pdocuit. Btūs Tho. vbi. s. ar. viij. in quit. Magi sunt pmitie gentiū in xpo credētiū in quibus apparuit sicut in quodā p̄sagio fides et deuotio gentiū venientium a remotis ad xpm Et ideo sicut deuotio et fides gētiū i absq̄ errore p inspirationē spūssancti. ita etiā credendum est magos a spūssancto ispiratos sapiēter xpo reuerētiā exhibuisse. hec ille. Quoad tertium pro s. de oblatiōe magorū pdictorū indi Chris. sup Mat. Si magi regem terrenū quererēt venissent. fuissent cōfusi. quia tāti itineris laborem. sine cā suscepissent. vn̄ nec adorassent. nec munera obtulissent. Nūc aūt qr celestē regē q̄rebant. etsi nihil regalis excellentie in eo viderunt. tn̄ soli' stelle testimonio contēti adorauerūt. Uiderūt enim hoiem et adorauerunt deū et obtulerūt munera dignitati xpi congruētia. Aurum quidē quasi regi magno. Thus qd in dei sacrificio ponit immolāt vt deo Myrrha qua mortuorū corpora condiunt pbet tanq̄ p salute olim morituro. Greg. q3 in homel. ephie idem confirmās ait. Magi pro aurū thus et myrrham deferūt Aurū quippe regi congruit. thus vero in dei sacrificio ponebat myrrha autē mortuorum corpa cōdiunt Cū ergo magi quē adorāt etiā mysticis munerib' pdicāt. Auro regē thure deū. myrrha mortalē. Aliq̄ autē quidē doctores dicūt q̄ obtulerūt aurū in paupitatis subsidiū. thus in stabularis fetoris remediū. myrrhā pro in teneritudinis puerilis obsequiū ad vnguenda mēbra illius debita et tenera ac deli catissima qui nr̄as penalitates et infirmitates assūpsit. Nosaūt dicōmagos admirabiles nobis reddit labor itinerationis: qr lōgitudo viarum non retraxit eos q̄n pergerēt ad dnm nostrum iesum xpm. Non etiam difficutas temporum. qr in hyeme. Non multitudo expensarum quas oportebat facere. Non teneritudo complexionum: qr erant delicate psone Nōpeculum psonarum. qr eis poterāt fieri multe insidie. Non timor vsurpationum. s. ne sua regna ab alijs interim vsurparentur. Uenerabiles: etiam eos reddit audacia cōfessionis quia coram herode qui regnum iudaicum sibi vsurpa uerat confessi sunt xpm natum esse regem iudeorum. S3 hic queri potest. quomodo in xiij. diebus potuerunt magi venire de vltimis terre finibus. vel saltem de terra longinque vsq̄ in hierl'm que est in medio terre habitabilis cum a patria eorū vsq̄ in hierl'm eēt via vni' anni fm̄ Chryso. Et respondet remigius q̄ puer ad quē pperabāt. eos in tā breui spacio perducere potuit. Uel dicēdū fm̄ Hiero. q̄ super dromedarios venerūt. qui sunt velocissimi et tantū currūt vna die quantum equi in multis. Et tūc impletū est illud Esa. lx. Inūdatio camelorū operiet te. dromedarij madiā et epha. Si etiā queraī. quare poti' in hierl'm perrexerūt q̄ ad aliā ciuitatem ad querendū christum. Rn̄det Remigius q̄ hierusalē magna erat ciuitas et regalis: et ideo credebat q̄ talis puer non nisi in regia ciuitate nasci deberet. Uel ibi perrexerūt vt locū natiuitatis xpi certi' discere possent qr ibi sapientes scribe et legis doctores residebant: vt impleret qd dictū est p pphetam Esa. ij. De syon exibit lex: et verbū domini de hierl'm. Item vt studio magorū dānaret pigritia iudeorū vt iez essent inexcusabiles qr potuissent dicere. Nos quidē locū natiuitatis scimus: sed ipo ignoramus. Et ideo magi ondērūt eis ipm: et didicerūt ab ipsis locum. O quāta igit fuit desidia iudeorū qui cū per scripturas inuenirēt xpi aduentum esse ppinquū viderētq̄ reges a finib' terre venisse ad eū q̄rēdū et adorandū. iuxta pp hetias dauid ps. lxxj. Reges tharsis et insule munera offerēt. reges arabum et saba dona adducent. Et adorabunt eū oēs reges zc. nō curauerūt ad locum natiuitatis xpi eis vicinū et ab ipsis demonstratum magis vna cū illis pperare S3 hoc deo pmittente factū est pper eorū maliciā. Ut em̄ dr in cōi puerbio. Cui dio vol male li tole el seno. Ut etiā dicit Grego. vbi. s. Jō stella disparuit ppe hierl'm vt magi necesse haberent percōtari principes iudeorū de ortu messie et sic dupliei testimonio firmarētur in fide. s. stelle et sacre scripture. Ipsi enim scribe et pharisei allegauerūt pphetiā Michee. v. vbi dr q̄ messias nasci debebat in bethleem. Sed hic inq̄rēdū est: q̄ causa magos impulerit ad iuuendā tā longā et difficilē viam. Et respōdet Aug. in sermone pdicto sic dicēs. Cū alias multi nati essent reges iudeorū nunq̄ quēq̄ illorū ad adorandū quesierunt: qr nec quēq̄ illorū de celo loquentē didicerunt. Non itaq̄ regi iudeorū: quales illic esse solebāt: hunc tā magnū honorē longinqui alienigene ab eodē regno extranei a se debere arbitrabant: sed talē esse natum didicerāt in quo adorando se salutē q̄ fm̄ deū est ptecuturos minime dubitarent. Neq̄ enim eras cui salte adulatio humana seruiret: non in membris purpura: non in capite diadema fulgens non pompa famulantiū: non terror exercitus et non gloriosa fama preliorum. Hos ad eum viros ex remotis terris cū tanto voto supplicationis attraxit Iacebat in presepio puer ortr' recenter exiguus corpore. contemptibilis pau pertate. Sed magnum aliquid latebat in paruulo quod illi homines primitie gentiū: nos

terrena potestate: sed celo narrante didicerūt. hec ille. Cognouerāt eñ p apparitionē illius stelle. q natus erat ille q̄ ait Apoc. vlt. Ego suz genus ⁊ radix dauid. stella splēdida ⁊ matutina Quare aūt ab oriente venerint. assignat Chrysos. sup Mat. rōnem dicēs. Ab oriente venerūt magi. quia vnde dies nascit. inde initiū fidei pcessit qz fides lumen est aiarū. vel qz oēs qui ad xp̄m veniunt. ab ipso ⁊ per ipsum veniunt

Cur aūt herodes rex turbat⁹ sit. tres inter alias possunt cause assignari. Primo. s. vt cel situdo maiestatis xp̄i mōstraret. Unde Greg. vbi. s. ait. Celi rege nato rex terre turbatus ē: qz nimirum terrena altitudo confundit cū cel situdo celestis aperitur. Scdo vt eius iudicia ria potestas cognosceret vel figuraret. Unde Aug. vbi. s. dicit. Quid erit tribunal iudicantis qñ superbos reges cuna terrebat infantis Tertio vt delectio regni diaboli ostēderetur. Unde Leo papa vbi. s. inquit. Nō tantū herodes in semetipso turbat quātū diabolus in herode. Herodes enim hoiem xp̄m estimabat. sz diabolus deum ⁊ vtrūqz regni sui successorem timebat. diabolus celestem sed herodes terrenū. Supflue tñ timebat herodes qz xp̄s nō venerat regnū terrenū in terra habere. Uñ Leo papa vbi. s. ait ipsi herodi. Non capit xp̄m regio tua nec mūdi dñs ptātis tue sceptris est cōtentus angustiis. Oīs etiā hierosolyma turbata est de natiuitate xp̄i cuz tñ summe gaudere deberet. quia vt inquit Chrysost. De aduentu iusti nō poterant gaudere iniqui. Uel turbatā se ostendit lz nō esset vt se suspectam nō redderet tyrāno: si se letā ostendisset de natiuitate regis iudeoꝝ. Et forte hac de cā nemo iuit cum magis ad videndū eum. Cum aūt ipsi magi discessissent ab herode maligno ⁊ fraudulento qui q̄rebat occidere xp̄m simulās tñ cū magis se velle adorare eum Ecce q vt dr Mat. ij. iterum eis apparuit stella q̄ prima disparuerat. Et in eodē. c. dr Uidentes aūt stellā magi gauisi sunt gaudio magno valde. In tota aūt sacra scriptura nullibi reperiunt tot verba leticie simul posita. que quidē vba sunt vnita ad denotādū ineffabile eoꝝ gaudiū. Per tria aūt verba leticie. s. gauisi sunt gaudio magno significat letitia oīz triū potentiarū anime que tote erant intente ad querendū ⁊ inueniendūz vginis filiū que letate sunt vehemēteri. Dum aūt addit valde denotat gaudium oīs sensus corporis repleri leticia ex inuentione xp̄i. Uidentes eñ stellā. certificati sunt q ip̄m indubitanter in primo inueniret. cū bethleē vbi natus erat prope ad duo milliaria esse cognouissent. Unde sequitur in predicto euangelio q ipsa stella precedens eos duxit ad locum vbi erat puer. ⁊ ibi firma stetit indicans eis q ibi in illo tugurio erat saluator mundi cum virgine benedicta matre sua. Unde sequit. Et intrātes domum inuenerūt puerū cū maria matre ei⁹. O iocūda inuētio. Desideria eñ cuz cōpleta fuerint delectant animaz. Prouer. xiij. Et pcidentes adorauerūt eum. Ubi Ber. exclamat dī. Quid facitis o magi quid facitis. Lactantem puerum adoratis. in tugurio vili in vilibus pānis. Ergo ne deus iste. Et vbi est regis aula vbi curie regalis frequentia? Nunquid aula est stabulū: thronus presepium. frequentia ioseph ⁊ maria. Iste insipientes sunt vt fierent sapientes. hec ille. Sequitur autē. Et apertis thesauris suis obtulerūt ei munera aurum thus ⁊ myrrham. In quo actu mystice designauerūt conditiones quas dz habere bona oblatio ⁊ elemosyna. Dum eñ dicitur apertis ostēdit largitas eius: thesauris bonitas: suis pprietas. Ut nō solū elemosyna fiat largiter ⁊ abūdanter in magna copia ⁊ de bonis rebus ⁊ nō corruptis sed etiā de pprijs: ⁊ non alienis rebus. Dū autē additur obtulerunt denotat celeritas ⁊ hylaritas vt fiat libenter et alacri animo ⁊ vultu ⁊ cito preueniendo petitionem paupertatis ⁊ nō expectando vt pcibus extorqueatur. Dū vero dicit ei significatur discretio elemosyne ⁊ sinceritas vt. scilz fiat discrete pauperi ⁊ non diuiti siue nō idigēti: nec ex vana gloria vel alio malo fine: sed sincere ex charitate ⁊ amore dei: vt ei sit datum quod ei⁹ causa datur pauperi. Dum autem addit munera ostenditur liberalitas elemosyne vt qd ex debito ⁊ p sua mercede debet q̄s habere ei nō detur tanq̄ elemosyna: ⁊ ne detur aliquid alicui sub ptextu pietatis: vt postea amplius habeatur ab eo dum autē dr aurum thus ⁊ myrrhaz q̄ tria quilibet eorū obtulit vt dicūt doct. vnde falsa est illa sententia. Gaspar fert myrrham. thus melchior. balthasar auruz. Ex hac diuersorum munerum oblatione denotatur varietas elemosyne. Non enim sufficit pauperi dedisse panem: si vino vel vestimento indigeat ⁊ quis ei subuenire potest. Quid autem mystice designarent hec tria munera circa personam christi: superius diximus. De quo etiam ecclesia in officio epyphanie canit. Tria sunt munera preciosa que obtulerunt magi domino in die ista ⁊ habēt in se diuina mysteria. In auro vt ostendatur regis potentia. In thure sacerdotem magnum considera: ⁊ in myrrha dominicam sepulturam. Notandum vero est q quia ordo rationis exigit vt secundum gradū dignitatis et excellentie ⁊ valoris alicui cuius exhibeatur honoris ⁊ reuerentie. capitu. statuimus de maio. et obedien. Unde cum magnus cultus honoris perpendatur in muneruz oblatiōe magnis et dignis personis nō vilia sed magna et nobilia sunt donaria faciēda ⁊ offerenda. Nam vt dicitur in. c. et si que

ſtiones de ſimo. In accipiēdis vel dandis mu
neribus ꝑſone dantis ⁊ accipiētis eſt qualitas
attēdenda. iō cum ipſi offerētes eſſent ſapien-
tiſſimi ⁊ cognoſcerent nobilitatē rerū. ⁊ eſſent
diuites q2 reges ⁊ dn̄i ⁊ offerre vellent ei qui
potens eſt in celo ⁊ in terra. qui dixit Matthei
xxviij. Data eſt mihi oīs poteſtas in celo et in
terra. Congrue elegerunt facere ei oblationē
de tribus quoꝝ quodlibet in genere ſuo eſt op
timum. Aurū em̄ eſt potioris valoris inter me
talla. thus potioris odoris inter aromata myr
rha potioris vigoris inter vnguenta. Recte er
go dn̄o ieſu obtulerūt aurū quia ipſe eſt rex re
gum ⁊ dn̄s dn̄antium. Apoca. xix. Aurū namq̄
affert regib9 pro tributo. ca. ſi tributum. xi. q.
j. ⁊ ꝑ glo. in. c. generali. in ṽbo regalia. de elect.
lib. vj. Quia ṽo in thure ſapia deſignatur. vt
ait. Salomō Sap̄. vij. dicēs de ſapientia ꝙ in-
finitus eſt theſaurus hoībus. Ideo cōgrue il-
lud obtulerunt ei in q̄ ſunt oēs theſauri ſapie
dei abſcōditi. ad Col. ij. Et ſic in auro ⁊ thure
euz ꝓfeſſi ſunt eē verum regem de regio gene-
re dauidico qui promiſſus erat in lege ſuper
iſrael regnaturus. atq̄ ſummū ſacerdotem de
ſtirpe aaron qui debebat ſacrificare ſuum pre
cioſiſſimum corpus ſuper aram crucis. ⁊ deuz
ac dn̄m ſuum. per myrrhā ṽo eū deſignauerūt
debere ꝓ humani generis redēptione mori. et
in ſepulcro myrrha eius corpus condiri. ſicut
poſtea factum fuiſſe patet Iohan. xix. In his
quoq̄ muneribus deſignauerūt tria munera
q̄ omnes fideles chriſtiani debent offerre dn̄o
Ieſu: Nā aperto theſauro ſuo debent de ſcri-
nio cordis ſui offerre ei cordialem dilectionem
⁊ charitatem que ꝑ aurum figurat̄. quia ſicut
aurū eſt valore maximū. ⁊ ṽtute optimum. nā
cor debile reſtaurat ⁊ confortat. ⁊ ꝓpter hoc po
nitur in electuarijs infirmoꝝ. Item in teno
re ſolidū multumq̄ durans. ſic charitas inter
oēs ṽtutes principatū tenet. ⁊ qui de ea plus
habet plus valet. ⁊ qui nihil charitatis habet
nihil valet. vt patet. j. ad Corinthios. xiij.
vbi apoſtolus ait. Si linguis hominum lo-
quar ⁊ angeloꝝ. charitatē autē non habeā
nihil ſum. Item charitas ſuperueniens reſtau
rat omnia merita deperdita. ⁊ confortat corda
debilia ad operandū inſtāter opera virtuoſa.
Et ideo charitatem non habenti dicit domi-
nus Apocalypſis. iij. cap̄. Dicis quia diues
ſum ⁊ locuples. ⁊ nullus egeo. Et neſcis quia
tu miſer es ⁊ mirabilis. pauper cecus ⁊ nudus
ſed ſuadeo tibi emere a me aurum ignitum vt
locuples fias ⁊ offeras deo tuo. Charitas eciā
eſt ſolida. quia tenet hominem ſolidum et fir-
mum in bono. Unde de ea inquit apoſtolus
vbi. s. charitas nunq̄ excidit. tranſſumptiue i
c. charitatis nūq̄ de peni. diſt. ij. Et ideo de ha
bente charitatē dici poteſt illud Eccleſiaſtici.
l. Quaſi vas auri ſolidū. Itē quilibet fidelis de-
bet dn̄o ieſu offerre thus deuote laudationis
⁊ oꝛonis: q2 ipſe ait ps̄. xlix. Sacrificiuz laudis
honorificabit me ⁊c. Et ideo vnuſq̄ſq̄ dz dice-
re cū eodē ꝓpheta ibidez. Dirigat̄ dn̄e oratio
mea ſicut incēſum in conſpectu tuo. Eleuatio
manuū mearum ſacrificiū veſpertinū. Et tūc
de quolibet tali dici poterit illud Eccl. l. Quaſi
thus ardens in igne poſitū. Itē debemus illi
offerre myrrham carnalis afflictionis ⁊ morti
ficationis. penitentieq̄ ⁊ macerationis. Sicut
enim myrrha licet ſit amara: tn̄ habet odorem
bonū ⁊ vigorem cōſeruatiuū a putrefactiōe ſic
penitētia licet videatur eſſe amara quoad ſen
ſualitatē: tn̄ eſt odorifera deo ⁊ nos preſeruat
a putrefactione vicioꝝ ⁊ eſt valde vtilis ⁊ fru
ctifera: iuxta illud Iac. j. Omnis diſciplina in
preſenti quidem non videt̄ eſſe gaudij ſed me
roris poſtea vero fructū pacatiſſimū affert ex-
ercitatis per eaz. Et tunc dicere poterit quili
libet noſtrum illud Eccl. xxiiij. Quaſi myrrha
electa dedi ſuauitatē odoris. Et illud Can̄. v.
Manus mee diſtillauerunt myrrham: ⁊ digi-
ti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima. Et pre
dicta q̄ſi oīa confirmat Greg. in homel. ephie.
Sed iam ad contemplandū virginis gaudiuz
veniamus. Si enim tantū gauiſi ſunt magi de
vna ieſu xp̄i viſione: quantū gaudere debebat
eius mater de quotidiana eius amplexatione
oſculatione. lactatiōe: dulciſſima cōuerſatio-
ne? Cogita aliquantulū o paupercula mulier
ꝙ ſi eſſes in puerperio decubans cum filio ⁊ in
maxima paupertate. quantum gaudium ha-
beres ſi aliq̄s prepotēs dn̄s corā eo genuflecte
ret ⁊ ei precioſa munera offerret. Quantuz er
go gaudere debebat virgo benedicta que pau
percula exiſtens vidit iſtos tres reges ſapien
tiſſimos ac potentes qui cum tanta comitiua
de tā lōginquis partibus ad viſitandū filium
ſuū venerant ſtella eos ducente eidez filio ſuo
adorato tanq̄ eoꝝ vero deo: tā ꝓcioſa munera
abundanter offerre: ⁊ ſuis oībus neceſſitatib9
copioſiſſimi ſatiſfacere. Poſſumus aūt deuote
meditari ꝙ exiſtēs bn̄dicta virgo ſola in diuer
ſorio cū puero ſuo atq̄ ioſeph ac boue ⁊ aſino.
ſentiens tot gentes. equos. pedites camelos.
milites baroneſq̄ cum turba magna venire
cepit timere ne illi venirent ad perdendum fi
lium ſuum vnde ſubito accipiens eum poſuit
in preſepio ⁊ feno cooperuit. O ieſu dulcis. O
imperator mundi. O infinita maieſtas. O ſum
ma potentia et bonitas. Quomodo ſtas. Ubi
cubas. Ubi quieſcis. Conſidera modicū o ſen
ſualis et carnalis qui gaudes mundo et deli-
tijs: vnde Bernard. inquit. Quid vltra gloria-
ris o diues in volutabro lecti ꝓpicti ⁊c. Abſcon
ſo igitur dulci ieſu inter bouem ⁊ aſinuz ecce
appropinquant ſcutiferi et famuli aliiq̄ gen-

tes. Stella aűt stabat supra locű vbi erat ꝑuer iesus. nec vltra ꝓgrediebat. Arbitrãtes ergo ꝙ ibi esset. intrantes ipsi reges ⁊ neminẽ videntes nisi mariã paupculaz puellã ⁊ ioseph. egrediunt ⁊ aspiciẽtes stellã vidẽt eã firmã stare supra presepium et iterű egrediunt. ⁊ nõ videntes eű iterű egrediunt. ⁊ videntes stellam stare imobilẽ. tertio ingrediunt. querẽtes vbi erat puer q̃ nat⁹ erat rex iudeoꝝ. Quib⁹ cű timore dixit benigna virgo. O reges. ꝓncipes. rogo amore dei ne molestetis me paupculam matrẽ. Tűc illi hoc audientes dixerűt. O ꝟgo sancta. O ꝟgo illibata. O mater dei ne timeas. Uidimus eñ stellã ei⁹ in oriente venim⁹ cum munerib⁹ adorare eű. Nos venim⁹ benefacere ⁊ non male: Ne tardes obsecram⁹ ostẽdere nobis desideriű cordis nostri. O spes nr̃a vbi es. O gaudiű nr̃z. O expectatio nr̃a. O dulcis iesu ostende nobis faciem tuã ⁊ salui erimus. Uidens aűt piissima virgo eoꝝ magnã deuotionẽ ⁊ fidẽ grexit ad p̄sepiű. Cõsidera modo qűo illi reges ⁊ barones summa cű reuerẽtia ac deuotione ipsaz sequűtur eűtẽ ꝟsus presepium. ⁊ subito btã ꝟgo cű venisset vbi erat filius genuflexit. ⁊ illi sitr. Et tűc discooꝑuit benignissimű iesum ⁊ ostẽdit illis. Quẽ illi vidẽtes subito depositis coronis ⁊ sceptris regalibus adorauerűt eű ⁊ nõ potuerűt lachrymas cõtinere. sed cű fletu exclamauerűt dicẽtes. O diuina bonitas vbi iaces. O saluator mundi. O gaudiű angeloꝝ quõ te humiliasti. O quã tus feruor. O magnanima fides istoꝝ regum qui nõ suspicati sunt indignum regis habitaculű. Nõ pauptate matrꝫ nõ viles pãniculos. nõ asperitatẽ feni. nõ feditatẽ stabuli. nõ paruitatẽ pueri. sed in abiecto loco ⁊ aspero feno mirabant filij de humilitate. q̃ exinaniuit semetipsum ad Phil. ij. In pauptate matris stupebant de indicibili ei⁹ pauptate. In vilibus pãniculis attẽdebãt splẽdorẽ virtutű. In mortali carne cõsiderabãt ineffabilem eius dignationem. ℣

POssumus aűt cõtẽplari ꝙ diabol⁹ conatus est auertere magos a fide xp̃i. ⁊ probare ꝙ nõ erat deus: sed pur⁹ hõ multis rõnibus q̃b⁹ sapiẽtissima ꝟgo respõdit. Et pmo sic arguit diabolus dicẽs. Iste puer generandus annűciatus est femie ergo est iñ hõ ⁊ nõ deus. Cõsequẽtia ptz. qꝛ isaac. sanson. ⁊ Iohannes baptista ãnűciati sunt parentibus suis qui tñ non fuerűt nisi hoies: Rñdit beata virgo. Uerű est ꝙ iste puer annűciat⁹ est mihi nasciturus ex me. sed virgine remanẽt. quod de alijs non fuit. De me eñ predictű fuit Esa. vij. Ecce ꝟgo: cõcipiet ⁊ pariet filiű vocabitur nomẽ ei⁹ emanuel. i. nobiscuz deus. ⁊ Ezechie. xliiij. Uidi portam in domo dñi clausaz ⁊c. Et Dañ. ij. lapis abscisus est de mõte sine manib⁹. Secundo dixit diabolus. Iste puer conceptus est in vtero femine. ergo est hõ ⁊ nõ de⁹. ptz consequentia. Quia deus cű sit infinitus omnia implet. vñ ait Hierem. xxiij. Celű ⁊ terrã ego impleo. ergo nõ potuit claudi ꝟginis vtero: Respõdit beata virgo illud Aug. in ii. cõtra Faustű manicheű di. Non plane catholica fides que christum dei filium natum secundum carnem credit ex virgine vllo modo eundem dei filium sic in vtero mulieris includit: quasi extra nõ sit. quasi celi ⁊ terre administrationem deseruerit. quasi a patre recesserit. sꝫ vos manichei corde illo quo nihil potestis nisi corporalia fantasmata cogitare. ista omnino nõ capitis ⁊c. Dixitq̧ quoq̧ illud eiusdem Augu. in epistola ad Uolusianum. Hominum iste sensus est nihil nisi corpora valentium cogitare. quorum nullum potest vbiq̧ esse totum. quoniam per innumerabiles partes aliud alibi habeatur necesse est. longe alia est natura anime ꝙ corporis: quanto magis dei qui creator est anime et corporis. qui nouit vbiq̧ totus esse. ⁊ nullo contineri loco: nouit venire nõ recedendo vbi erat. nouit abire non discedendo quo venerat. vnde non est facta mutatio i deo sed in homine assumpto. Tertio arguit diabolus di. Iste puer natus est ex femina. ergo est homo et non deus. Patet consequentia. qꝛ sicut mors hominum subsecuta est ex pctõ primoꝝ parẽtű. iuxta illud Geñ. ij. Quacunq̧ die commederitis ex eo morte moriemini. ita etiã dolor partus. secundum illud Geñ. iij. In dolore paries filios. Sed hoc nõ fuit conueniens deo nasci cű dolore mr̃is parturiẽtis. ꝙ ⁊c: Rñdit btã ꝟgo. Iste mulieres partűt filios cű dolore que cõtraxerűt pctm̃ originale. ego autez sum illa de qua dr̃ Cañ. iiij. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula nõ est in te. Et iõ peperi filiű meű sine dolore. Unde de me ꝓphetatum fuerat Esa. xxxv. Germinãs germinabit sicut liliű. ⁊ exultabit letabunda ⁊ laudans. Quarto arguit diabolus di. Iste puer natus est apő ciuitatem paruam. ergo est hõ ⁊ non deus. patet consequentia. quia Esa ij. dicitur. De syõ exibit lex: et verbum domini de Hierusalem. Si ergo iste puer erat deus. nasci debebat in Hierusalem: Respondit virgo benedicta. Filius dei debebat nasci de semine Dauid secűdum carnem cui dixit deus pater ps. cxxxi De fructu ventris tui ponam super sedem tuaz. ⁊ ideo apud Bethleem nasci debebat a qua Dauid originem traxit. et in qua natus est. i. Regum. xvi. vt impleret ꝓphetia Michee. v. dicẽs Tu Bethleẽ terra ephrata paruula es in milibus Iuda. Ex te exiet dux qui regat populum meű israel. ⁊ egressus eius ab initio a diebus eternitatis. vbi translatio chaldaica habet ex te egredietur Messyas. Quinto diabol⁹.

arguit dicēs. Iste puer nat⁹ est plorādo: ergo
est hō ⁊ nō de⁹. Antecedēs ptz Sap. vij. Simi-
lem vocē omnib⁹ emisi plorās. ꝯsequētia etiā
ptz. quia vt ait Sibylla agrippa. ē leticia sem
piterna? Rñdit sapiētissima ꝟgo di. Iste plora
tus congruus fuit fini incarnatiōis. qꝛ adhoc
filius dei carne ex me assumpta venit in mun-
dum. vt ꝑ peccato generis humani satisface-
ret. De cui⁹ fletu ꝓdixit ꝓdicta sibylla di. Fle-
bit de⁹ leticia sempiterna. Unus aūt ꝑ pecca-
to alteri⁹ satisfacit. qñ penā pctō illi⁹ debitā in
se suscipit. plorat⁹ autē ē pena peccati. qd est i
mundū ꝑ Adā introductū. Et ideo ꝯgruū fuit
ad finē incarnatiōis: vt fili⁹ me⁹ penalitatem
hanc ⁊ alias susciperet. sicut ꝓdictū fuit Esa.
liij. Uere languores nostros ipse tulit. ⁊ labo-
res nostros ipse portauit. Sexto inquit diabo
lus. Iste puer inuoluit pānis ergo est: hō ⁊ nō
de⁹. Antecedēs ptz Lu. ij. ibi. Inuenietis in-
fantē pānis inuolutū. Consequētia etiā patet
qꝛ si deū celi celoꝝ capere nequeunt. ij. Paral.
vj. multo minus pānis pōt inuolui? Rñdit: btā
virgo illud beati maximi in sermone de nati-
uitate dñi. Si tibi sensuū tuoꝝ fragilitate mi
nus dignū vr̄ filiū dei de femina natum crede
re: virginē cogita pepisse. Si tibi panni quib⁹
inuolutus est forsasse viles cū: angelos collau
dātes: ⁊ multitudinē celestis exercitus admi-
rare. De⁹ ergo oipotēs voluit inuolui panni-
culis. iuxta illū quod canit ecclia. Mēbra pan
nis inuoluta virgo mr̄ alligat. ⁊ man⁹ pedesqꝫ
crura stricta cingit fascia. vt hominez in pctis
inuolutū ⁊ ligatum dissolueret. ¶

Septimo arguit diabol⁹ di. Iste puer na-
tus est inter aialia. ergo est hō ⁊ nō deus.
Antecedens ptz Baruch. iij. vbi dr. In medio
duoꝝ animaliū cognosceris. ẜm vnā trāslatio
nē. ꝯsequētia ptz. qꝛ absurdū videt deū sapiē
tie cōditorē inter bruta animalia nasci. Rñdit
btā ꝟgo. qꝛ hō ꝑ pctm̄ fact⁹ erat vt bestia. Uñ
de eo ꝓs. xlviij. inquit. Cōparat⁹ est iumentis
insipiētibus. ⁊ similis fact⁹ est illis. Ideo dei
fili⁹ vt bestialitatē ei⁹ in rōnabilitatē cōuerte
ret natus voluit ad hoc insinuādum in medio
bestiaꝝ reponi. Itē vt ꝟificaret ꝓpheta Esa.
j. cognouit bos possessorē suū ⁊ asinus presepe
dñi sui. Itē vt ꝑ hoc designaret ꝯuersio iudeo
ruz ad ei⁹ fidē. qui figurātur ꝑ bouē. vt patuit
in pastorib⁹. Et gētiliū q̄ figurant ꝑ asinum. vt
nūc ptz i magis. Itē ꝑ bouē designatur matu-
ritas discretionis q̄ est in aia filij mei perfecti
ssimo mō. Et ꝑ asinū austeritas oneris q̄ erit
in corpe eius. Octauo arguit diabol⁹ di. Iste
puer nat⁹ est in diuersorio. ⁊ reclinat⁹ in pre-
sepio. ergo est hō ⁊ nō de⁹. Antecedēs ptz Luc.
ij. Reclinauit eū in ꝓsepio. qꝛ non erat ei locus
in diuersorio. Consequētia etiā ptz. qꝛ hoc in-
decens videt diuine maiestati. Rñdit beatissi-
ma ꝟgo illud sancti Maximi i sermone de na
tiuitate dñi. Si ꝓsepe in quo infās iacuit de-
spicis. erige paulisper oculos. ⁊ nouaz in celo
stellā ꝓstantē mundo natiuitatē dñicā con-
tuere. Si credis vilia. crede mirifica. si de his
que humilitatis sunt disputas. q̄ alta sunt ce
lestia venerare. s. istam micantē stellā. cui⁹ du
ctu isti reges huc venerūt. sicut ꝓdictū fuerat
Esa. lx. dum dr. Et ambulabūt gētes in lumie
tuo. ⁊ reges in splēdore ortus tui. Nō dixit dia
bolus. Iste puer vocatur noie humano iesus
ergo est hō ⁊ nō deus. ptz consequētia qꝛ Exo.
iij. dixit deus Moysi. Quid queris nomē meū
qd est mirabile? Rñdit btā virgo illud qd inquit
de⁹ Esa. lij. Propter hoc sciet ppl's me⁹ nomē
meū in illa die. qꝛ ego ipse q̄ loquebar ecce ad
sum. Decimo arguit diabolus dicēs. Isti magi
obtulerūt myrrhā huic puero. ergo est hō ⁊ nō
de⁹: qꝛ myrrha dat ad ꝓseruationē a corruptio
ne q̄ nō cōuenit diuinitati. Rñdit beata virgo.
Quia imortalis deus pro hoim salute factus
ē mortalis. iō debuit ei myrrha offerri. ꝑ quā
mortalitatis assumptio designat. Unde cañ.
iiij. ipse ait. Uadā ad montē myrrhe ⁊ ad collē
thuris. De oblatione autē istoꝝ regum ꝓphe
tatū fuit Esa. lx. vbi dr. Oēs de saba venient au
rū ⁊ thus deferētes. ⁊ laudē dño annūciantes
Tunc diabolus confusus recessit. Ipsi. ꝟo ma
gi in fide roborati feruentiores facti sunt. Et
credendum est ꝙ ipse benedictus; virginis fi-
lius istos reges qui tanto labore eū quesierāt
⁊ eū tam reuerenter adorauerant. ac tanto ve
nerabātur affectu. absqꝫ leticia ⁊ magna cōso
latione abire non permisit. Idcirco considere
mus qualiter in brachijs maternis existens:
aspiciebat magos hilari facie. Ipsisqꝫ gestu ac
nutu blandiebatur. ⁊ signis quibus poterat
ostēdebat se letū de illorum visitatiōe de quo
beatissima virgo summopere gaudebat. Io-
seph ꝟo lachrymabatur pre deuotione ⁊ gau
dio. Nō eñ credēdū est ipm ioseph fuisse ab-
sentem. quando magi adorauerūt filium vir
ginis. vt quidē opinantur assignātes ratiōez.
ꝙ. s. dei nutu hoc factū est. ne magi christuz pu
tarent de Ioseph generatum. Hec eñ opinio
non videtur vera. Nā spūssanct⁹ qui duxerat
magos. et instruxerat in via depertinētib⁹ ad
incarnationem filij dei. etiā eos istruxerat de
ministerio Ioseph. ⁊ ꝙ datus esset virgini spō
sus ad habendam curam pueri. ⁊ ipsius virgi
nis. Et ideo credenduz videtur. ꝙ fuerit pre
sens tali gaudio. Unde Iohannes gerson in
sua Iosephina inquit. Inuenisse Ioseph pa-
stores lr̄a tradit. Mentio nulla fit hic: sed qua
liter hui⁹ honoris. Huius mysterij manifeste
putabitur exors. Presertim reges quia nō ces
se re repentet. De reditu verito nā somnis vi-
sio facta est. Quid ꝙ muneribus est apt⁹ recle

pledis. Atq recondendis: an sola relicta videtur Mater cum puero. quando vaga fama per vrbem. Insonuit totam: reges venisse potētes. In dromedarijs. i pulchro z diuite cultu. Quid q fortassis pre grādis fulgida stella Una fuit multis: signo que stella peracto Materiam redit: vnde fuit formata priorem. Tantos nōne Joseph tectū mirarls honores? Nūqd nō matri cōgaudes tristia passe. Multa prius puto quid vult hec veneratio queris? Respōdet virgo. vates memorata priores. Mi vir. mi domine. saluandas credito gētes. Et sua perfundet fidei lustratio corda. Primitie veniūt. inter miracula nullum Malus predictum est totoq implebitur orbe. Fiet z ecclesia de gentib⁹. ast synagogā Magna: p parte cecabit deuius error Diuitias reges z opes cumulare capiscēt. Addēt ornatus tēplis cū dotib⁹ amplis. Plurima dona ferent. q mystica plura docebūt. hec ille. Credendū quoq est. q mitissima z humanissima virgo maria cernens in his magis tantaz fidem. tantāq deuotionē. multa eis verecūdo z benigno sermone de filio suo locuta est. enarrādo quō illum angelo nūciante cōcepit: z peperit angelis iubilātib⁹ z cātantibus. Gloria in altissimis deo zc. z quomodo filij sui natiuitas ab angelo fuerat pastoribus nunciata. Cōmendabat insuper magorū prudentiā. eorūq sollicitudinē atq benignitatē qui ad ipsum; videndū tam cito pperauerāt: z de oblatis muneribus grās referebat. Uidesq ipsa bñdicta virgo q dulcis eius filius ostendebat signis: q libenter in brachijs magorum iuisset. quos tam libenter videbat. illis eum liberatissime protulit amplexandum z osculanduz. O virginis cōsueta pietas. o filij dei profunda humilitas o gratia superexcessiua orientalium regum: q virgine matre filium dei incarnatum inter sua pectora stringendum susceperūt. Notādū vero q isti magi: vt habetur Matth. ij. admoniti in somnis ne redirent ad Herodem per aliam viam reuersi sunt in regionem suam Licet eñ Herodes dixisset eis. Ite z interrogate diligēter de puero: z cum inueneritis renunciate mihi vt z ego veniens adorem eum. hoc maliciose dixerat. Unde Greg. in homel. Epyphanie ait. Adorare eum se velle simulat: vt videlicet hunc si inuenire possit extinguat. De hoc etiā loquēs Johes gersō vbi. s. ait. Stella fuit formata noui ptenūcia regis. Conspiciunt illam reges veniunt: z in vrbe Sancta dum sistunt: cōquerūt: est vbi natus Judeoꝝ rex. hec vrbem questio turbat. Te perturbato nimiuz crudelis herodes. Jugiter anxia fit dominādi seua cupido. Turba sacerdotum scribarumq agmine multo. Commoniti veniunt: z dant responsa petenti. Nascetur. christus in Jude bethleez vrbe. Sicut diuina deprompsit voce micheas. Auxilio nimis humano qui fidere querunt. Perdunt diuinum. fit in vrbe recondita stella. De foris inspicitur reges precedit adusq clara domum supra pueri cōsistere visa. Cōgaudēt valde crudelis clam prius ipsis rex accersitis fallax cōdixerat. ite. Querite de puero vt veniens deuotus adorem. Mentiris. fraus ficta tibi: nam perdere queris. Non colere infantem. sic se perquirere verum. Fingit hypocrita. vult expugnare reptuz. hec ille. Propter hoc igitur ipsi magi per aliam viā reuersi sunt in regionem suam. Et ideo Herodes iratus q esset ab eis illusus. fecit in odium eorum comburi omnes naues tharsis: q ipsi reges erant de partibus illis. Et ita exponitur illud quod predictū fuerat per Dauid ps. xlvij. In spiritu vehemēti conteres naues tharsis. Hec autem reuersio magorum nobis aliquid insinuauit faciendum. Unde Greg. vbi. s. ait. Magnuz vero nobis aliquid magi innuūt. cum in regionē suam per aliam viam reuertuntur. In eo namq quod admoniti faciunt profecto nobis insinuāt quid faciamus. Regio quippe nostra paradisus est: ad quam iesu cognito redire per viā qua venimus prohibemur. A regione etenim nostra superbiendo. inobediendo. visibilia sequendo. cibum vetitum gustādo discessimus: sed ad eandem necesse est vt flendo. obediendo visibilia contemnendo: atq appetituz carnis refrenādo redeamus: ergo per aliam viam ad regionem nostram. regredimur: quando qui a paradisi gaudijs per delectamenta discessim⁹ ad hec per lamenta reuocamur. O igitur deuota anima. cōsidera quantum exultabat virgo beatissima: que videbat puerum suū a bonis regibus sic venerari: z a malis tātū timeri. De quo inqt Aug. in sermone epyphanie. In presepe iacebat z magos ab oriente vocabat. Abscondebatur in stabulo: z agnoscebatur in celo: vt agnitus in celo manifestaretur in stabulo. z appellaretur epyphanie dies iste. qd latine manifestatio dici potest Simul eius celsitudinem. humilitatēq commendans. vt qui i aperto celo sydereis signis mōstrabat i angusto diuersorio quesitus inueniretur inualidus in infantilibus membris inuolutus in pannis adoraretur a magis. timeretur a malis. Pie g timeant reges ad pātris dexteram iam sedentem. quez rex impius timuit adhuc matris vbera lambentem. Et ibidē exclamat idem Augu. di. Quis est iste rex tam paru⁹ tā magnus non dum in terris loquens. et iam in celis edicta proponens. O felices reges orientales. qui isti⁹ magni regis famuli facti estis. Ut autem dicit Chry. sup Mat. cum ad patriā suam reuersi essent predicantes multos erudierunt. Et denique cum. b. Thomas apls post ascensionem domini in illa regiōe perrexisset;


ab eo baptizati fuerunt: et facti sunt adiutores pdicatiōis eius. Quorū corpora post felicē mortē primo per Helenā Cōstātini matrē regia Cōstātinopolim trāslata sunt. Deinde per sanctū Eustorgium mediolanensem episcopum Mediolanū sunt pducta. Et vltimo per Federicū imperatorem Coloniam theutonie sunt delata. Ut dicitur: semper cum facie respiciūt versus Mediolanum: et si aliquando reuoluantur: iterum se vertunt versus ipsam ciuitatē: in qua multis annis steterunt. Eorum vero anime cum domino nostro iesu christo: et ipsa beata virgine matre eius in celesti regno triūphant.

¶ Pars quarta huius sermonis que dicitur presentationis. K



De quarto gaudio bn̄dicte ꝟginis satis dixi. l. viij. pte pncipali huiꝰ operis: et ideo hic breuiter ptranseo. Si em̄ Symeō tantū gauisus est in pñtatione paruuli Jesu in tēplo: vt viso et amplexato eo cātauerit. Nūc dimittis seruū tuū dn̄e ec. quātū debebat iubilare mater eiꝰ videns scm̄ Symeonē spūsancto feruētem obuiare filio suo: et coram eo genua flectere: eūqꝫ vt dn̄m et deum suum adorare adhuc in maternis brachijs existentē: atqꝫ cum humilitate et deuotione maxima extendentē brachia sua: et dicentem eidem piissime ꝟgini. O bona dn̄a. o genitrix dei mei o regina celi. obsecro placeat vobis dare mihi osculandū et amplexandū: ac in vlnis meis souendū dulcissimum filiū vestrū saluatorē meū quem tanto tēpore expectaui: et videre desideraui: et de cuiꝰ visiōe respōsū a spūsctō accepi. Ego em̄ ad hoc officiū a deo electꝰ sū: et ad hoc missus sū: et huic ministerio reseruatꝰ. Cui cū benigna virgo filiū suū liberaliter obtulisset: ex cuius benedicti pueri facie radij lucidissimi exibāt: ille lachrymis ex dulcedine decurrentibus eum reuerenter et suauiter amplexatus et osculatus exclamauit. O felix mater que te benedictum saluatorē meū generauit. beatus venter qui te portauit: et vbera q̄ suxisti. Existimo gūr qꝫ ipse Symeō ebrius spiritu exclamaret. Currite currite omnes gētes: et videte puerum qui fecit celos. Currite virgines: et letamini cum Maria. currite viri: et accingimini virtute cū scō Joseph currite vidue et predicate ac bñdicite hunc sanctissimū paruulū cū Anna Currite angeli et obstupescite eū in templo offerri cui omnia offeruntur sacrificia. Currite iusti accipere leticiā. Currite peccatores et accipere veniā. Currite senes et cātate mecum. Nūc dimittis seruū tuum domine fm verbū tuū in pace. Quia viderūt oculi mei salutare tuū ec. In quo cātico laudauit filiū virginis de tribꝰ primo qꝫ esset saluator mundi. secundo qꝫ esset lumē totius orbis: tertio qꝫ esset gloria plebis Israel: qꝛ magna est gloria iudeorꝫ. qꝫ filiꝰ dei natus sit de eorū stirpe. Non solū autē gauisa est beata virgo de sancto Symeone cōmendāte filiū suum: sed etiā de beata Anna pphetissa: que mirabilia de xp̄o omnibꝰ pdicabat. De his autem oibus tractat Johēs gerson vbi. s. dicens. Respōsum symeō accepit de sup olim. Non te mors rapiet nisi xp̄m videris ab christus vbi venit quid gratia suggerit audit. Grata celestis radiās bonitatis imago. Ecce suū venit ad templū dominꝰ dominator. Juste senex timorate dei quē spiritus implet Interno afflatu. fac occurras venienti. vlnis accipito puerū bñdictio dicēs. Dimittis domine me nunc in pace. fm verbū sancte tuū qui sum seruus tuus alme. Namqꝫ tuā proprijs oculis nunc cerno salutē. Siue salutare quod cunctorū populorꝫ. Ante paras faciē lux gentibus alta reuelās. Israel ipse tue salus est et gl'ia plebis. Membra senex ergo. quis languore grauata. Corde vigente mouet. templū petit. ornat. ouāter. Nūc ea. nūc illa loca tēpli suadet alacris. Sic faciāt alij qꝛ mox veniet dominator. Prospicit ex aditis templiqꝫ per atria quādo Promissus veniat. vidit procedere tandē Bethleē ex vrbe te virgo. Joseph puerūqꝫ Agmine cū sancto vicinorū atqꝫ parentum. Spiritus ex tēplo sanctus sibi prodidit. hic est. Exilit et iubilat: nō se capit: atqꝫ iuuenius. Est aquile visa. mens in dn̄o renouatur. Forte sacerdotū sancta de sorte beati Tunc aderāt cū te puero venerande Johannes. Ut zacharias: et olim sterilis sua cōiunx. Uenerat anna senex octogenaria vates. Deqꝫ iesu cūctis multo sermone loquuntur ec.

¶ Pars quinta huiꝰ sermonis de quinto gaudio beate virginis quod dicitur resurrectiōis et ascensionis. L



In ista pte ptinet gaudium duplex qđ ipsa ꝟgo bn̄dicta hūit de filio suo. Primū est de eiꝰ resurrectiōe qñ. s. vidit dilectū filiū suū quē i sepulcro ipsa reposuerat totū liuidū plagatū: cū tanta gl'ia et triūpho resuscitatū. O cū quanta dulcedine cordis et suauitate splēdidissimū corpus filij sui deosculabat. incipiēdo a capite discurrebatqꝫ p singl'a mēbra di. o fili mi qꝫ pulcri sunt capilli tui qs a iudeis dilaniatos conspexit. Quā pulchra est facies tua. quam totam liuidam et sanguine infectā vidi: et sic de singlis mēbris dicebat. Decātabatqꝫ cū ppha dicens ps. xxix. Cōuertisti planctū meū in gaudiū mihi. Sciēdū est aūt qꝫ saluator nr̄ primo apparuit sue matri post resurrectionē qꝫ alicui alteri: vn̄ Ambro. in lib. de virginibus ait. Resurrectionem domini Maria virgo primo vidit et cre-

didit. Huic aūt opinioni nō cōtrariatur illud qđ dicitur Mar.vl.s. ꝙ surgens Jesus apparuit primo Marie magdalene. Quia illud dictum intelligitur sicut illud Mat.xj. Inter natos mulierum non surrexit maior Johāne baptista. Ex quib⁹ iñ ṽbis nō sequitur quia xp̄s ⁊ beata virgo sint maiores ipso Johanne baptista. licet sint nati ex mulieribus. Sed ꝑ illa verba voluit saluator intimare. ꝙ inter illos qui ceciderāt per pctm̄ originale nemo surrexerat maior Johāne baptista si eius verba intelligātur quoad habendā gloriā celestē. Ex q̄bus concluditur ꝙ xp̄s et beata virgo qui non ceciderūt in peccato ōriginali. ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns non surrexerūt ab eo sunt ip̄o Johāne maiores Et ideo ipse dn̄s in predictis ṽbis studiose et notanter dixit. nō surrexit. nō aūt ait. nō est vel erit maior. Et similiter intelliguntur predicta verba Mar.s. ꝙ xp̄s resurgēs primo apparuit Marie magdalene. q̄̄ alicui alteri ex his q̄ aīī q̄̄ peccauerāt. Et ideo notāter post illa verba statim subinsert. aqua eiecerat septem demonia. Et hanc opinionē tenet sancta mater ecclesia. Et in signū ꝙ xp̄s primo apparuit virgini gloriose in die resurrectionis dn̄i. stationē celebrat apud sanctam Mariā maiorem in vrbe Roma. In qua ecclesia cuz in predicta die missam decantaret sanctus Gregorius ⁊ dixisset. Pax dn̄i sit semper vobiscum. angelus dei alta voce r̄ndit. Et cū sp̄ū tuo. Et ob hoc cum in die pacche papa ibi celebrat. in testimoniū huius miraculi. q̄̄ dicit. Pax dn̄i ⁊c. nihil sibi respondetur. Si aūt queratur quare de hac apparitione facta matri nullā faciūt euāgeliste mentionē? Respondent. doctores ꝙ apparitiones xp̄i exhibite matri: ⁊ familiaria inter eos colloquia atq̄ amoris sublimia signa: intactum fuerunt intellectum humanum excedentia ꝙ nec potuerunt bn̄ sciri nec ab inferioribus dici. nisi cum tanta diminutione ꝙ illa dicere esset. nobis eoꝝ excessuz quodāmodo denigrare. Item ip̄ūi sancto ⁊ euāgelistis ꝓpositū erat illas apparitiones describere que carnalibus hominibus possent de surrectione xp̄i fidedignum testimoniū predere. Et ideo noluerunt ponere apparitiones factas matri. cuius testimonio ꝓ filio nō creditur. l. videamus. ff. de in litem iu. Si enim verba extranearum personarum deliramenta visa sunt iudeis multo magis matrē ꝓ filij honore delirare. Pōt aūt hec apparitio sic ꝓbari. Prius debuit xp̄s consolari illos quos plus dilexit. et a quibus plus dilectus fuit ⁊ a quibus plura bn̄ficia recepit. ⁊ quos magis tribulatos ⁊ afflictos reliquerat de passione sua ⁊ morte q̄̄ alios. Amor enī debet esse reciprocus. ix. Ethi. Et beneficiatus esse debet gratus suo bn̄factori. l. sed ⁊ si lege §. consuluit. ff. de peti. here. ⁊ c. cum in officijs de testa. ⁊ c. de forma. xxij. q. v. Cum igitur ipse dominus Jesus nullū habuerit in hoc mundo chariorē amicū. nec a quo plura bn̄ficia recepe rit q̄̄ matrē suā. cui ex p̄cepto legis debebat ꝑticularem reuerentiā ⁊ honorē Exo.xx. Deut. v. Mat.xv. Et quā eiusdem precepti obligatione tenebat cōsolari ꝓ suo posse s̄m sn̄iaz Alex. de ales in.iij. parte summe in tractatu de preceptis decalogi. super.iiij. precepto. Ergo indubitanter. tenendū est ꝙ primo eā consolat⁹ est. Nullus enī erat in hoc mundo qui tantuz doluerit de morte ipsius dn̄i Jesu quantū cordialissima mr̄ sua. Cū igr̄ ille q̄ i vno grauat. i alio debeat subleuari. l. eū q̄. ff. de iureiu. Cūq̄ ei⁹ sit cōmoda seq̄ q̄ icōmoda sequit. l. s̄m naturam. ff. de reg. iur. ⁊ §. cuz aūt. insti. de emp. ⁊ ven. ⁊ l. id quod. ff. de peri. ⁊ cōmo. rei ven. ⁊ ca. charitatez. xij. q. ij. ⁊ ca. qui sentit de reg. iu. li. vi. Ideo non est dubitandū: ꝙ beata virgo que prima fuit in dolore filij sentiendo. fuit etiam prima in participāda eius consolatione. vt essent socij cōsolationū sicut socij fuerāt passionum ⁊ tribulationum. c. j. de sepul. ⁊ ij. Coꝛ. j. Apparuit ergo ipse dulcis iesus sue benedicte matri totus iocūdus ⁊ eā ineffabili gaudio repleuit. qđ ex quatuor causis ꝓcedebat. Primo ex eo ꝙ filius suus immortalitatem induerat. iuxta illud ad Romañ. vj. Christus resurgens ex mortuis: iaz non moritur: mors illi vltra nō dominabitur. Unde Leo papa in quodam sermone inquit. Post passionē christi ruptis vinculis mortis. infirmitas in virtutē. mortalitas in eternitatē. ⁊ cōtumelia transiuit in gloriam. Scđo causabat ex eo ꝙ videbat filium suum eduxisse sanctos patres de limbo. sicut prenunciatum fuerat Zach. ix. vbi dr̄ christo. Tu quoq̄ in sanguine testamenti tui eduxit vinctos de lacu in quo non erat aqua. Tertio causabatur ex eo. ꝙ filius eius nobis omnibus. ⁊ principaliter sibi de resurrectione spem dabat. iuxta illud. ij. ad Coꝛ. iiij. Qui suscitauit Jesum ⁊ nos cum Jesu suscitabit. Cum enī caput nostrum xp̄s resurrexit. pro certo tenere debem⁹ ꝙ etiam nos resurgemus quia corpus sequitur naturam sui capitis. l. cum in diuersis. ff. de reli. ⁊ sum. fu. ⁊ accessorium sui principalis. l. cum principalis. ff. de regu. iur. ⁊ capi. accessorium. eod. titu. lib. vj. Et ideo inquit apostolus. j. ad Coꝛ. xv. Si christus resurrexit. quomodo quidam in vobis dicunt. q̄m resurrectio mortuorū nō erit? Quarto causabatur ex eo ꝙ videbat ⁊ cognoscebat. ꝙ filius eius angelicū numerum adimplebat. ⁊ eorum ruinam restaurabat. iuxta illud ps. cix. Iudicabit in nationibus implebit ruinas. Et ideo secundū Grego. i homel. Pasche. Angelus qui annūciabat xp̄i incarnationem. duz in veste alba apparuit: de sua reparatione suum gaudium demonstra

Peruenit ergo post hec ad celū crystallinum.de quo dicit magister sniarum in.ij. d.xiiij.sm opinionē Bede.q factum est ex aqus in modum crystalli solidatis. Aquas enim super celos collocatas scripture nob autoritas insinuat. Nā Gen.i.dicit de deo. Diuisit aquas que erant sub firmamento ab his.que erant supra firmamentū. Firmamentū aūt est celū stellatum. Nam in eodē.c.dr.q fecit d us stellas. et posuit eas in firmamēto celi.et dicit firmamētum qz est firmū.i.solidū et incorruptibile ac in perpetuū permanens.vnde hac ratione octaua spera stellarū que cōtinet sub se alias septē speras plane arū vocatur firmamentuz a deo i predicto.c.vbi dicit. Appellauitq firmamētum celū. Et ita exponit Nico. de lyra. In hoc aūt celo qd est supra firmamentū siue octauaz speram vel celū stellarū quod idē est. inuitari potuit ad manendū beata virgo talibus verbis. Istud celum est nature subtilis et celestis: tu vero licet hacten⁹ in terra fueris. vitam tū semper celibem actitasti.et tante subtilitatis vt in te filius dei in conceptione intraret.et in natiuitate sua extra te exiret et per te transiret nō apertis claustris virginalib⁹.sicut intrat et exit solis radius per crystallū. In isto etiā celo benedicit deus.vnde Dan.iij.canebāt tres pueri in fornace ignis dicentes. Benedicite aque oēs que super celos sunt dn̄o:laudate et superexaltate eū in secula. Tu ergo que semper deum benedixisti.et per omnia secula benedicere intendis.quare in hec benedictionis loco nō morari? Cōsiderare etiā debes q aque iste non sunt frigide fluxibiles humide et ponderose.sz diuina potentia sunt ita leuigate et subtiliate q in naturā celestē sunt cōuerse.et ideo permanent fixe et solide perspicueq et transparētes sicut alij celi.vt dr in pdicto li.de pprie.re. Tu vero nunq habuisti frigiditatē alicuius peccati Tu fuisti sine fluxu vitiorū.tu nō frigida p negligentiam vel tepiditatē.sed feruida p charitatem semper extitisti.atq ponderositatē iniquitatū vel concupiscentiarū nunq habuisti. de quibus lquit ps.xxxvij. Qm iniquitates mee supergresse sunt caput meū et sicut onus graue grauate sunt sup me. Sz fuisti leuis ad volandum in altū p contēplationem. Unde de te sub nomine nubis dicit. Esaie.xix. Ecce dn̄s ascendet super nubem leuem et c. Tu fuisti solida stabilisq in omni virtute. In te quoq transparet omnis pfectio sanctorū Tuq fuisti perspicua per oīm bonorū morū exemplaritatē. Preterea sicut dicitur in preallegato libr . de pprie. rer. Celum crystallinuz a superiori celo.s.empyreo recipit lumen ad luminositatis plenitudinem quam in inferius celum effluit et effundit. Tu vero a celo diuine trinitatis tuam recipis claritatem quam per orbem vniuersum diffundis Unde tibi dicere possunt non solum mortales homines sed etiam sancti oēs cuz ps.xxxv. In lumine tuo videbimus lumen. In te enim ve-

lut in crystallo relucet splendor omnis sanctitatis. vnde Ambro. in li. de virginibus inquit. Sit vobis tanq̃ in imagine descripta virginitas vitaq̃ marie. a qua velut. ꝛ speculo refulget species castitatis ꝛ forma virtutis. hic sum matis licet exẽpla vbi tanq̃ in exẽplari magisteria sunt expressa ꝓbitatis ꝛc. Et Hieron. in epistola ad Chromaciũ ꝛ Heliodorũ de te ait. In vigilijs inueniebatur prior. in sapientia legis eruditior. in hũilitate humilior. in carminibus Dauid prestantior. in charitate gratiosior. in puritate purior. ꝛ in omni virtute perfectior. hec ille. Preterea si teneat opinio quorundam astrologorum que recitatur in predicto libro de ꝓprietatibus rerum. s. ꝙ celũ crystallinum supra firmamentũ est collocatũ ad impetus firmamenti moderationem. vel ad caloris generati ex eius velocissimo motu repressionem. vt calor ille celestis ad tẽperantiã duceretur. ita ꝙ ex celi inflãmatione mundus inferior dispendiũ patiat. Hoc quoq̃ tibi cõuenit que diuine vindicte impetum moderaris. ꝛ iracũdie eius calorez temperas ac reprimis atq̃ ab inflãmatione ꝛ exterminio interuentu tuo mundum conseruas ꝛ defendis. Et ideo sicut celum crystallinum est medium. inter celũ empyreum ꝛ stellatũ. ita tu es mediatrix dei ꝛ holm. O igitur sponsa illius qui mittit crystallum suaz sicut buccellas. ps. cxlvij. permane aliquantulum in celo isto crystallino. O intemerata mater christi ante cuius sedẽ vidit beat' Joannes tanq̃ mare vitreum simile crystallo Apoca. iiij. Cui etiã ostendit idem filius tuus fluuium aque vite simile crystallo Apoca. xxij. Postq̃ ita placet crystallus filio tuo. placeat ꝛ tibi pauli super requiescere in eo. Non enim frigidus vẽtus aquilo hic flauit. ꝛ gelauit crystallus ab aqua Eccli. xliij. Sed celuz istud crystallinum fabricauit diuina sapientia. Nec in loco isto est aspectus quasi crystalli horribilis de quo habetur Ezech. j. Sed est pulchritudo niuei candoris. His autẽ dictis respondit beata virgo illud Eccl. xxiiij. Ego in altissimis habitaui. s. in mũdo per olm virtutũ altitudinez. Et ideo nunc debeo eleuari ad altissima paradisi palatia. Angeli vero addiderunt. Non decet alibi collocari matrẽ q̃ vbi est eius filius. quẽ altior locus tenet. Et ideo ascende altius o virgo gl'iosa. ꝛ iã ingredere btã celi menia. Z

Intrauit ergo benedicta dei mater celuz empyreũ. De quo dicit Rabanus. ꝛ Basilius in hexameron. Celũ empyreũ est corp' purum natura simplicissimũ. de corpulentia habens minimũ. q: subtilissimũ est. ꝛ primũ mundi firmamentũ. quantitate maximũ. qualitate lucidũ. figuratione sphericũ. locali situ supremum. q: a centro remotũ. amplitudine spũum ꝛ corporũ visibiliũ ꝛ inuisibiliũ contentiuũ. dei summũ habitaculũ. l3 enĩ deus sit vbiq̃. tamẽ specialiter dr̃ esse in celo. q: ibi relucet potissime sue virtutis operatio. Et ideo celũ dr̃ spãliter sedes dei. Esa. lxvj. Itẽ dr̃ thron' dei. Mat. v. Et. c. si christus. de iureiurando. De quo celo inquit sanctus Bonauẽ. in. ij. dist. vt in questionibus circa litteraꝫ ꝙ põt recte appellari palatium. tum propter spaciositatẽ. tum etiã propter amenitatẽ ꝛ claritatem. Est enim clarissimum ꝛ splendidissimũ. De quo etiam ait Scotus in. iiij. di. xlix. ꝙ est lumine plenissimum. et omni iocuditate gratiosum. Cuius pulchritudinem admirans dauid inqt ps. lxxxiij. Quam dilecta tabernacula tua dñe virtu. cõcu. ꝛ defi. aia mea in atrijs dñi. Et iterum ibidem dicit deo. Melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. De ipso etiam celo ait sanctus Bonauen. in. ij. dist. ij. arti. iij. q. ij. in corpore questionis. ꝙ est maximus mole: quia omnia alia corporalia continet. Et ideo Baruch. iij. dicit. O israel q̃ magna est domus dei. ꝛ ingẽs locus possessionis eius. magnus ꝛ nõ habẽs consummationẽ. Eius autem qualitates describuntur Apoca. vigesimoprimo vbi beatus Joannes, inquit. Ostẽdit mihi angelus ciuitatẽ scãz Hierusalẽ habentẽ claritatẽ dei. Et erat structura ei' ex lapide iaspide. Ipsa vero ciuitas de auro mũdo. Fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata. ꝛ porte eius erant ex margaritis. ꝛ platee ciuitatis aurũ mũdũ. Hec ciuitas nõ eget sole neq̃ luna vt luceant in ea. q: nox non est illic. nam claritas dei illuminat illam. ꝛ lucerna eius est agnus. hec ibi. Qð quidẽ celum Franciscus petrarcha in suis triũphis appellat suauissimũ montẽ oĩs iocunditatis. De quo btũs Tobias loquẽs dicebat sui lib. c. xiij. Beatus ero si fuerint reliquie seminis mei ad videndã claritatẽ hierl'm. s. superne. Et sequit Porte hierl'm ex sapphyro ꝛ smaragdo ꝛ ex lapide ꝑcioso oĩs circuitus muri eius ꝛ ꝑ vicos eius cantabat alla. In hoc ergo admirabilissimo celo introducta ipsa bñdicta virgine. quis enarrare valeat ineffabiles sonos diuersorum instrumentoꝝ: qs melodias: qs cantus dulcissimos angeloꝝ: qs apparatũ indicibilẽ explicare sufficiat: qs laudes ꝛ grãꝝ actiones et ab olb' sanctis redditas poterit cõtẽplari: Uidere aũt mihi videor patriarchas inter se dicentes. Hec est illa bñdicta filia nr̃a q̃ de lũbis nostris venit. ꝛ nos de omni maledicto eripuit Prophetas vero cantantes ꝛ illã digito signãtes ꝛ dicentes. Hec est ille de qua tam mira et stupenda ꝓphetauimus. Martyres vero dicebant. Hec est illa gl'iosa virgo per quã animati sumus ꝛ ad prediũ incitati. Confessores quoq̃ ꝛ anachorite dicebant. Jã iã veni beata. iã veni desiderata olbus nobis. Post quos ꝓcedebat maxima ꝛ pulcherrima turba virginum in

capitibus florida serta habentiũ. q̃ omnes bñdicta virgini reuerẽtiã facientes dicebãt. Grãs tibi innumerabiles referimus sacratissima virgo que tuo exẽplo nos de mũdi fetore ꝛ corruptione eduxisti. ꝛ ad locũ istũ amenissimũ peruenire fecisti. Tunc beatus Johannes baptista de ipsa bñdicta virgine ait omnibus angelis ꝛ sanctis. Dñs in celo parauit sedẽ suã. ꝛ regnũ eiꝰ omnibꝰ dñabitur. ps. cij. Ista eñ est q̃ ascẽdit sup celũ celi ad oriẽtẽ. ps. lxvij. Ad ipsam aũt virginẽ conuersus dixit. Aperuit tibi dñs thesaurũ suũ optimũ celũ Deut. xxviij. Uñ in veritate tibi dicere possum illud ps. lxxxviij. Sui sunt celi ꝛ tua est terra. Te eñ fecit deꝰ dominã ꝛ imperatricẽ vniuersi orbis. Et ideo tu potes dicere illud Job. xlj. Oia q̃ sub celo sunt mea sunt. In hoc ergo loco permane o bñdicta virgo locꝰ eñ est spaciosus ad manẽduꝫ Gen. xxiiij. In optimo ergo eiꝰ loco fac habitationẽ Gen. xlvij. Et ascẽde in locũ habitationis glie tue. ps. xxv. Et tũc dicere poteris cũ eodẽ propheta ps. xxx. Statuit in loco spacioso pedes meos. Tũc aũt Dauid. i. xps. ꝛ oẽs filij israel. i. angeli posuerũt arcã dñi i locũ suũ. ij. Reg. vj. ꝛ salomõ. i. xps. cũ pplo dei. idest vniuersa curia celesti ipsam arcam collocauit in tẽplo. iij. Reg. viij. ꝛ. ij. Paral. v. idest in celo empyreo in loco altissimo. Et tũc beata virgo filiũ amplexata dixit. Inueni quẽ diligit aĩa mea tenebo illum nec dimittã Cañ. iij. Dixit quoq;. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo qm̃ elegi eam ps. cxxxj.

¶ Pars tertia huius sermonis que dicit introductionis. A



Beatam virginẽ super oẽs celos debere ascendere prophetatũ fuit Esa. ij. vbi dicitur. Et erit in nouissimis diebus preparatus mõs domus dñi in vertice mõtium ꝛ eleuabit sup colles. Nostra aũt translatio dicit super colles. i. super oẽs brõꝝ ordines. In olbꝰ ergo celis debuit introduci bñdicta mr̃ dei ꝓpter singularia preuilegia q̃ ipsa habuit. Uñ dicit qdã deuotus theologꝰ. ꝙ ipa introducta fuit in duodeciꝫ celis materialibꝰ. Quoꝝ primũ fuit aereũ quod quidẽ ascẽdit ꝑ virtutẽ humilitatis singulariter in ea renitẽtis plus q̃ i ceteris creaturis. Quia sicut hoc celũ est inferius ceteris. ita corpꝰ ipsius virginis humilꝰ oĩbus sensit dũ dixit angelo. Ecce ancilla dñi. Luce. j. Uñ dicit Ber. sup Missus est. ꝙ corvirginis gliose i hoc ṽbo penetrauit centrũ terre ꝑ humilitatẽ. ꝛ tõ meruit exaltari. B

Et hanc causam exaltationis sue assignauit ipsa beata virgo Elizabeth dicẽs in suo cantico Lu. j. quia respexit humilitatẽ ancille sue ꝛc. Secundo ascẽdit celũ ethereũ siue olympium. Licet aũt phs faciat differentiam inter istos celos. vt refert in lib. de ꝓprie. re. tñ nunc possumus ꝑ eodẽ accipere. Ether autẽ grece dr̃ splendor latine ẛm Isid. in lib. ethymo. Et dr̃ ether suprema regio aeris in qua est perpetuus splendor ꝛ nunq̃ est obscuritas. qr vmbre terre nõ põt illuc ꝑuenire vt dr̃ in ꝑdicto li. de ꝓprie. re. Et figurat beatãvirginẽ q̃ semper fuit splendida. ꝛ ad quã nũq̃ peruenit vmbra peccati. Unde de ipsa semper dici potuit illud Esa. xviij. Sicut lux meridiana clara ẽ. Olympus aũt vt dr̃ in preallegato lib. de ꝓprie. re. est mõs macedonie excelsus nimis. i. valde. ita vt sub illo nubes esse dicanẽ. Unde ait Uirgilius Nubes excessit olympus. Et ideo appellaẽ celum. Tante enim est altitudinis ꝙ oẽs excedit aeris turbines ꝛ passiones. Uñ phi ibi ascendentes vt cursus ꝛ situs stellarũ inspicerẽt. vt ibi possent viuere portabãt secũ spõgias aqua plenas. vt per attractionem aque aerẽ reddentes spissiorẽ ꝛ grossiorem. Est eñ ibi aer summe puritatis. vt dixit magister historiarũ. Et figurat beatissimã virginẽ que super oẽs mundi turbines semper illesa permansit. Et vt ait Anselmus. tãta puritate renituit q̃ sub deo nequit maior intelligi. istud aũt celũ ethereũ siue olympiũ intrauit virtute fidelitatis Sicut eñ hoc celum oẽs tenebras expellit. sic ipsa singularius ceteris creaturis per suã excellentem fidem omnẽ heresim extinxit. Unde illi canit ecclesia. Gaude maria virgo cunctas hereses sola interemisti in vniuerso mundo. Nam cuꝫ in passione dñi obscuritas infidelitatis intrasset corda omniũ discipuloꝝ. ꝛ apostoꝝum. ꝛ fidem eoꝝum extinxisset. lumen ꝛ claritas fidei in ipa virgine sola rẽmansit. Et ꝓpter hoc oẽs candele accense in die parasceues in matutinis extinguuntur preter vnam. C

In tertio celo lune bñdicta virgo meruit exaltari per gratiã sanctificatiõis. Quia sicut testum lune ꝓpter frigidã influentiã contemperat caliditatẽ inordinatã ignis ꝛ solis in hec inferiora. ita gratia sanctificatiõis sue nedum fomitẽ ꝛ ignẽ cõcupiscentie tẽperauit: sed etiã penitus extinxit. Unde sup illis ṽba Luc. j. Spũssanctus superueniet in te. ꝛ ṽtus altissimi obũbrabit tibi. ait Aug. in lib. de concordia euã. ꝙ illud obũbrare fuit fomitẽ extirpare. D

Quartum celum mercurij introiuit ꝑ virtutem patientie. qr sicut. s. diuinꝰ in pte precedenti. Sicut Mercurius dr̃ dñari aquis. ita ipsa ꝑ tolerantiã super oẽs aquas tribulationũ illesa permanens eis dominata fuit. Habuit eñ virtutẽ patientie in aduersis sup oẽs alios viatores. Qð patuit in martyrio anime ab ipsa tolerato tpe passionis xp̃i. eius eñ animã ptransiuit gladius doloris Lu. ij. Cũ ergo martyriũ anime ꝛ spũs sit nobiliꝰ martyrio carnis. sequit ipsam benedictam virginẽ sup oẽs

meruisse exaltari supra hoc celum per patientie virtutem. E

In quinto celo veneris exaltata est p virtutē pietatis. qr sicut hoc celū est causatiuum amicitie ppter suā benignā influentiā ita ipa vgo gl'iosa post ipm maiores causauit amicitias q̄ oēs mūdi hoīes q̄ vnq̄ fuerūt vel erūt. qr pacificauit deū et hoīes. et amicitiā etiā cōtrahi fecit inter hoīez et angelū adeo q̄ in celo sunt cōiuncti simul. nō solū p amorē. sz etiaz per habitatione. Amicitia aūt est vnius ad alterū cōiunctio. vt no. in. l. si fuerit ff. de re. du. F

Sextum celū solis ascēdere pmeruit propter suā mirabilē sapientiā. Sicut eñ p ipsius solis illūinationē. oia visibilia vident. ita bñdicta vgo sua illūina ta sapiētia oia intelligibilia intellexit. et luce clarius cognouit. Unde in eius psona exponi possunt illa verba que predixit dauid ps. cxxxviij. Et anima mea cognoscet nimis. Et nos illi dicere possumus illud qđ in eodem ps. dicitur. scz Tu cognouisti omnia nouissima et antiqua. G

In septimo celo martis p virtutē fortitudinis meruit exaltari. Quia sicut hoc celum vt p̄diximus in pte p̄cedenti ad actū fortitudinis est inductiuū. Sic ipsa benedicta virgo nos ad fortitudinē inducit dicēs nobis illđ qđ canit ecclia in festo aplo℞. Estote fortes in bello. et pugnate cum antiquo serpente &c. De eius autē fortitudine dicit Salomon Prouer. viij. Mulierem fortez quis inueniet? quasi di. nullam similem ei inuenire poterimus. H

Super octauo celo iouis exaltari pmeruit ppter vtutē tēperantie. Quia sicut iupiter est in qualitate tēperatissimus. ita dñi mater fuit modestissima et temperatissima in suis sensibus. Seruauit nāq̄ modestiā nō solum in interiorib⁹ sensib⁹: sed etiā in exteriorib⁹. iuxta illđ Phil. iiij. Modestia vr̄a nota sit oib⁹ hoib⁹ Nonū celū saturni ascēdit p vtutē paupertatis. Quia sicut saturn⁹ dr̄ maliuolus oib⁹ istis inferiorib⁹. sic ipsa p vtutē paupertatis hec oia inferiora ɔtēpsit. Un̄ de mūdo ipsa dicere potuit illđ Judith. ix. Cōtēnā illū et vtutē ei⁹. Decimū celū stellarū ascēdit p vtutē sue mie. Sicut eñ hoc celū hz influentiā gñalē ad hec inferiora. sic ipsa post deū gñaliter influit tā iustis q̄ petōribus salutis remedia. Unde ps. xxiij. inqt. Misericordia dñi plena est terra. Que quidē terra est illa de qua idē ppheta dicit deo ps. lxxxiiij. Benedixisti dñe terram tuam. I

Undecimū celū. l. crystallinū vgo bñdicta introiuit p virtutē pseuerantie. Sicut ei predictū celū lz sit de aq̄s formatū q̄ de sui natura sunt fluxibiles. tñ vt in p̄cedenti pte diximus. nō fluit sed soliđū pmanet. Ita benedicta vgo lz p creata sit de iudeis q̄ erāt fluxibiles p peccatū. tñ ipsa nunq̄ fluxit. sed cōtinue in dei grā stabilis et firma pseuerauit. et in omnibus virtutibus solida pmāsit. Un̄ de ea dici pōt illud Eccli. l. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. K

Duodecimū celū. s. empyreū ascēdit vtute sue gl'ificationis. Sicut eñ hoc celū est magis gl'iosuz oibus alijs celis iuxta illud ps. lxxxvi. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ita beatissima dei mater gloriosior est omnibus sanctis. et ideo debuit in loco gl'iosiori exaltari. et ibi sup oēs beatos collocari. De qua glorificatione predixit deus Esa. lx. dicēs. Domū maiestatis mee glorificabo.

¶ Pars quarta huius sermonis que dicit transgressionis. L



Scēdēs btā virgo ad preparatū sibi a filio habitaculuz visitauit māsiōes oim btoℝ. vt q̄dā deuotus p̄dicator cōtēplat. de quib⁹ inquit saluator Joh. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. Et p̄mo visitauit decimū chorū. in quo vt inqt sctūs. Bon. in. ij. sen. di. ix. sunt pueri post baptismū statiz decedētes et alij q̄ nō fuerūt tāti meriti vt mererent puenire ad ordines angelorū. sz solūmodo saluati sunt merito passiōis xpi. Isti aūt beati rogauerūt beatissimā vginē vt in eo℞ societate moraretur. Cui ipa rñdit. Quasi balsamū non mixtuz odor meus Eccli. xxiiij. et ego fui impermixta et intacta ab oi tetro re pcti. Uos aūt oēs corrupti fuistis pctō salrē originali. Et ideo vobiscū nō remaneo. sed tñ vos cōtinue glorie mee fulgoribus illustrabo. Uisitauit quoq̄ virginū ordinē. oēs genib⁹ flexis obsecrarūt eā vt in earum societate remaneret dicentes. Tu fuisti magistra nostra. dña nostra. et mater ac abbatissa nostra. ordinē q̄ nostrū instituisti ordinasti. tenuisti et consecrasti. Decet aūt magistram morari cū discipulis dñam cū ancillis abbatissā cū subditis ac matrem cū filiabus suis. et eo maxime qr tu fuiste habuisti tres excellētias. s. puritatē in mēte virginitatez in carne. et claritatē in cōuersatione. de quibus dr̄ Sap. iiij. O q̄ pulchra est casta generatio cū claritate. Nos aūt quātū nobis possibile fuit tibi similes fuimus. Cū ergo similitudo sit causa dilectionis cōiunctiōis et associationis. Eccli. xiij. et viij. eth. Ideo in nr̄o debes cōsortio pmanere Respōdit aūt bñdicta virgo. Omnes vos aliquo modo perdidistis puritatē vestrā saltē p peccatū veniale. Qr de vobis illud Prouer. xxiiij. verificatum est. s. septies in die cadit iustus et resurgit. Et illud. iij. Reg. viij. Nō est homo qui nō peccet. Ego autē quasi libanus nō incisus euaporaui habitationem meā Ecclesiastici. xxiiij. Puritas enim mea nullo vnq̄ v el minimo peccato fuit incisa vel deprauata. Quapropter vobiscuz remaq̄

nere non debeo. Sed tamen faciam vos a filio meo coronari. cui canit eccl'ia. Jesu corona virginum. Itē decorabo vos sequela filij mei. cui iterum canitur. Qui pascis inter lilia sept⁹ choreis virginum. Et rursum. Quocunq; pergis virgines sequunt̄. atq; laudibus post te canentes cursitāt. hymnosq; dulces personant. M

Visitauit insup cōfessores ꝛ anachoritas. Qui dixerunt ei. Utinam tibi placeret o domina gloriosa habitare cū seruis tuis. que deū corde. ore ꝛ opere cōfessa fuisti sicut ꝛ nos ad tui imitationē confessi fuimus. seruantes consiliū archangeli Raphaelis dicētis Tob. xij. Confitemini ei scilꝫ deo. quia fecit vobiscū miam. Opera enim dei reuelare ꝛ confiteri honorificum est. Respōdit beata virgo. Cōfitebor dn̄o nimis in ore meo ꝛ in medio multorū laudabo eum. ps. cviij. Ueruntamen vobiscū nō permanebo. q: sicut cedrus exaltata sū in libano Eccl'. xxiiij. i. sicut cedrus libani est alta sup omnes arbores. ita ego exaltari debeo super omnes confessores. vbi perpetuam de vobis memoriā ego ꝛ filius meus corā patre eterno faciemus. Ipse enim ait Mat. x. Omnis qui confitebit̄ me coram hoībus. cōfitebor ꝛ ego eū coram patre meo qui in celis est. N

Postea vero visitauit martyres qui ipsam similiter inuitauerunt ad secum permanendum dicentes. Tu in mundo diuersis afflictionibus vexata fuisti. vnde Thren. ij. tibi dr. Magna est velut mare ꝯtritio tua. In hoc aūt dolore inexplicabili decorata fuisti constantia inestimabili. Nos vero tui exēplo multas patienter tolerauim⁹ passiones. Unde de nobis canit ecclesia. Omnes sancti quanta passi sunt tormenta ꝛc. Et ideo sicut tibi fuimus socij passionum debemus etiā esse consolationū. c. j. de sepul. Respondit aūt beata virgo. Uos fuistis martyres. ego aūt plus q̄ martyr ꝑ passionem filij mei. In qua meā. ipsius animam pertransiuit gladius. vt mihi predixit sanct⁹ Symeon Lu. ij. Quādo eñ latus filij mei lancea perforauit aīa eius in suo corpore non erat aīa vero mea in meo corpore erat quā ipsa lancea pforabat. Dissecabaturq; caro mea vidēs carnē vnigeniti mei laniari. Dissecabaturq; aūt aīa mea videns aīam eius tam grauiter cōtristari. Dissecabatur quoq; spiritus meus videns diuinitatē ipsius tam ignominiose tractari. Quia ergo aīa est dignior corpore. c. cum infirmitas. de pe. ꝛ re. Et. c. sedulo. xxxviij. di. Ideo martyrium anime qḋ est dignius martyrio corporis meret̄ altius exaltari. Et ꝓpter hoc ego quasi palma exaltata sum in cades Eccl'. xxiiij. Per palmā aūt victoria intelligit̄. Cades vero interpretat̄ sancta. per euā vos estis significati. qui estis sancti. id est sanguine tincti. Licet aūt in vestro choro nō morabor vos tn̄ mirum in modum consolabor. Nam sicut meus filius est rex vester. cui canit ecclesia. Rex gl'iose martyrum. Ita ego ero vestra regina. O

Visitauit quoq; mansiones apostolorum. In quibus lꝫ apostoli tūc nō essent. tamē si ibi fuissent inuitata esset. vel si forte tunc aliquis eoꝝ ibi erat potuit eam suo noīe ꝛ aliorū oīm sic ad ibi manendū exhortari. De nobis o virgo intemerata dr. q̄ sum⁹ sal terre. lux mundi. lucerna ardens. ꝛ ciuitas supra montē posita. Tu autem tanq̄ optimum sal terre q̄ plurimus a peccati putredine preseruasti. ꝛ insipidum mundū conuiuisti. ac tanq̄ fulgentissima lux mundi ad dei cognitionē illuminasti. ꝛ mūdum tenebrosum illustrasti. ac tanq̄ lucerna ardentissima ad dei amorem multos inflammasti: ꝛ mundum frigidum charitatis igne accēdisti. Et tanq̄ ciuitas supra montem posita viscera ꝛ sinum misericordie tue omnibus aperuisti. Cum sis ergo apostolorum magistra et gubernatrix. debes in eorum collegio demorari. Respondit beata virgo. Non relinquā vos orphanos. sed continue videbo vos. ꝛ gaudebit cor vestrū. Ego enim sum tanq̄ plantatio rose in hiericho Ecclesia. xxiiij. Hiericho nāq; interpretatur luna ꝛ significat ecclesiam. id est apostolorum cōgregationem qui ipsam ecclesiam plantauerunt. Quilibet autem vestrū o apostoli fuit vna rosa per aliquā specialē gratiam qua redoluit. Ego vero fui tanq̄ plantatio rose. quia in me fuerunt vniuersaliter omnes gratie que in vobis fuerunt singulares. Uos ergo estis rose corā deo redolentes. ego vero sum plantatio rose que inter vos non loci situatione ꝛ mansione. sed per gratias quas habetis familiariter maneo. Nam maneo cū Petro per diuinitatis ꝛ humanitatis filij mei cognitionē. Quia ipse dixit et vt habet̄ Matt. xvi. Tu es christus filius dei viui. Cū Paulo per altam cōtemplationē. qui ait ad Ephe. iij. Nostra aūt conuersatio in celis est. Cum Andrea per precordialē ad crucem deuotionē qui cū deberet ꝛ ipse in cruce poni. salutauit deuote ipsam crucē dicēs. Salue crux preciosa. que in corpore xp̄i dedicata es. ꝛ ex membris eius tanq̄ margaritis ornata. Suscipe discipulum eius qui pependit in te magister meus christ⁹. Cum Jacobo aūt sum per vitiorū euitationē. Cum Joanne per virginitatis conseruationē virgo enim electus a domino. virgo in euum permansit vt canit ecclesia. Cum Thoma per fortium operū aggressionē. Ipse eñ dicit alijs apostolis Jo. xi. Eamus ꝛ nos ꝛ moriamur cū eo. Cum Jacobo alphei. sum per singularē in vtero sanctificationem. Cum Philippo ꝑ specialem cum filio meo familiaritatem sicut patet Johannis sexto. ꝛ xiiij. c. Cū Bartholomeo per feruentem orationem. vnde vt in eius le-

genda habetur clamabant demones dicentes Bartholomee incendunt nos orones tue. Cū mattheo p terrenoꝝ despectionē. Cū simone per mandatorū dei promptā executionem. Et cū thadeo p mundiciā ꝛ puritatē. nam in historia ecclesiastica vocatur corculus. i. cordis cultor. Uisitauit postmodū chorū ꝓpheta rum qui eam rogauerunt vt secū manere dignaret dixeruntq͂. Tu habuisti spiritū ꝓpheticum sicut ꝛ nos. quare ergo nō erit etiā cōmunis habitatio. Pares enī cū paribus veteri ꝓuerbio facile congregant vt inquit Terentius. P

Respondit beata virgo. Aliqui ex vobis ꝓphetauerūt de preteritis. alij vero de presentibus occultis vel lōginquis. alij autē ꝛ cōiter oēs de futuris. Ego aūt ꝓphetaui de preteritis p̄ntibus ꝛ futuris. Et sic in syon firmata sum ꝛ in ciuitate sanctificata similiter requieui. ꝛ in hierl'm ptās mea. Eccli. xxiiij. Syon q̇ppe speculatio interpretat. ꝛ significat visionē ꝓpheticā. in qua ego super oēs eleuata sunt. Unde etiā dicere possum illud qđ in eodē. c. habetur. scꝫ ꝛ quasi cypressus in monte syon. Per cypressum nāq͂ cuius folia vt dicit Platearius sunt medicinalia. significat spūs ꝓphetie. Uerba enī ꝓphetaꝝ fuerūt aīabus valde salutifera ꝛ medicinalia. Quia igit requieuit in me spūs multiplex ꝓphetarū multiplici debes super oēs ꝓphetas gl'ia sublimari. De me enī verificatū est illud. ij. Pet. j. Habetis firmiorē ꝓpheticum sermonē. Et illud Eccli. xlvj. Exaltauit vocē illius in ꝓphetis. Non tñ vos desolatos relinquā. Filiꝰ enī meus vult reddere mercedē seruis suis ꝓphetis Apoc. xj. Uñ nūc totaliter cōplebit desideriū vestrū. de quo scriptū est Mat. xiij. ꝛ Lu. x. Multi ꝓphete voluerunt videre. s. dñm iesum in carne ꝛ nō viderunt. Q

Nam nō solū eū nūc videtis regē vestrū gl'iosum. sed etiā me reginā vestram in eternū videre poteritis sup oīa sydera incōparabiliter renitentē. Uisitauit postremo chorū patriarcharū. q̇ ei dixerunt. Tu es filia nr̄a. tu es os ꝛ caro nostra. tu fuisti baculus ꝛ virga senectutis nr̄e. Ergo tāq͂ filia debes p̄res tuos tua p̄ntia honorare. tanq͂ caro nr̄a debes tua p̄ntia nos souere. tāq͂ virga nostra debes tua presentia nobis consolationē impendere. Dauid aūt qui appellat patriarcha Act. ij. subiunxit dicens. Fac vt adimpleat ꝓphetia quā ego ꝓgenitor tuus posui ps. xxij. dicens. Uirga tua ꝛ baculus tuus ipsa me consolata sunt. Rñdit aūt beata v̄go. Ego quasi oliua speciosa in cāpis. Eccl'. xxiiij. Solus enī deus dicitur esse ipsa oliua. per quam figuratur misericordia qꝛ ipse deus est ipsa mīa. Uos vero habuistis oleum misericordie. cuius operibꝰ dediti fuistis. Ego autē fui sicut oliua. qꝛ misereri est mihi quasi conuersum in naturā. Sum etiam quasi oliua speciosa ꝛ formosa atq͂ pulcherrima in ramis folijs. ꝛ fructu. quia illam habui in corde exhibendo materne compassionis affectū. ꝛ in ore pro salute mundi apud deū aduocando ꝛ intercedendo. ac in opere conferendo miserationis auxilium vniuersaliter oībus ꝛ vbiq͂. ꝛ in omni necessitate atq͂ oībus tēporibus. Item vos saluandorum numerū carnaliter auxistis ex filiorum vestrorum ex ꝓpagatione. Ego aūt quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Ecclesia. xxiiij. Illum enī fructum ꝓtulit sine quo nullꝰ potest saluari. ꝛ qui orbem vniuersum salutari odore repleuit. Unde dicere possum illud qđ in preallegato capl'o continet. s. Ego quasi terebinthus expandi ramos meos. Uestre enim generationes ꝛ vestre nuptie repleuerunt terram. Mea aūt virginitas repleuit paradisum c. nuptie. xxxij. q. j. Et ideo debeo in altiori loco sublimari. ꝛ maioris ac dignioris fructus mercedem excellentiorē. ꝛ copiosiorem reportare. Non enim de me dictum fuit illud Tob. vj. In copulatione sanctorum patriarcharum admixteris. Sed in persona mea prenūciauit sapiēs Eccl'a. xxiiij. dicens. In habitatione sancta coram ipso ministraui. Non tamē vos desero patres neq͂ derelinquo. licet maiora mihi conferantur in celesti regno premia. Ego enī omnibus sine inuidia cōmunico. Sap. vij. Unde de vobis dicitur. j. ad Cor. x. Patres nostri omnes sub nube fuerunt. Et illud Mat. xvij. etiam de vobis dici potest. Ecce nubes lucida obumbrauit eos. Ego nāq͂ sicut nubes roris in die messis Esa. xviij. communicabo vobis consolationes meas. ꝛ obumbrabo vos radijs gl'ie mee. Ita q̇ verificabitur de vobis illud Exodi. xiij. Non defuit eis columna nubis per diem. qui erit ꝑpetuꝰ. et illđ Exo. xxiiij. Operuit nubes mōtē. ꝛ illđ eiusdē lib. xl. ꝛ Num. xvj. Operuit nubes tabernaculū. i. chorū patriarcharum. Et illud Exodi. xvj. Gloria dñi apparuit in nube. R

Nunc ergo ascendente me supra vos verificabit illud Num. x. Eleuata est nubes de tabernaculo. Possumus quoq͂ deuote meditari q̇ ipsa benignissima virgo visitauit oēs beatoꝝ spūum ordines. eosq͂ trāscenderit. licet ab eis vt ibi moraret inuitata fuerit. De q̇bus angelicis ordinibus inquit Rabanus in li. de mysterio crucis. Nouem sunt ordines angelorum vt scripture sancte nobis commendat autoritas. Hoc est angeli. archangeli. principatꝰ. ptātes. v̄tutes. dñatiōes. throni. cherubin ꝛ seraphin. Cū ergo p̄mū ordinē angeloꝝ ingressa fuisset dixerūt ei. Tu nosti o v̄go bñdicta q̇ officiū angelicū est custodire hoīez. iuxta illđ ps. xc. Angelis suis deꝰ mādauit de te vt custodiāt te in omnibus vijs tuis. Sicut enī tyroni eūti ad bellū de bono ꝓuidet magistro. qui sciat oīa ad bellū necessaria illi ostēdere. videlꝫ que

ex parte hostem aggredi debeat. ictusque cauere. Sic misericors deus humanam fragilitatē cognoscens esse inexpertam et ineptiam ad bellandum et resistendum fraudulento hosti internali ne in aliquo ab ipso sathana decipiat et per fraudulentiam vincatur dedit vnicuique homini vnum ex nobis. angelis suis fidelibus tanq̄ magistrum expertum scientem omnia necessaria pro humana salute. sicut dicunt theologi in .ij. distinc. xi. Item sicut ambulanti per per viam non tutam sed periculis plenam dantur custodes et ductores. ita cuilibet homini quamdiu est viator deputatur vnus ex nobis. ne fallatur ab illis malignis ac superbis spiritibus. de quibus inquit ps. cxli. In via hac qua ambulabā absconderunt superbi laqueum mihi. Unde et Aristo. in lib. de secretis secretorū ad alexandrum ait. Nescis ꝙ teste Hermogene egregio doctore duo sunt spiritus qui te custodiunt quorū vnus stat ad dexterā et alius ad sinistrā custodiētes et scientes opera tua. et referentes factori tuo quicquid feceris. hoc solum in veritate debet o Alexander te retrahere ab omni inhonesto opere hec ille. Per quos angelos intelligit vnum ex nobis qui stat ad dexteram. et alium angelum sathane qui stat ad sinistram. vel qz erat prelatus duos habebat bonos angelos custodes secundum quosdā. Nos ergo angeli dei custodimus hominem multipliciter. s. remouendo ab eo peccatum preteritū. increpando eum vt ab eo recedat. Unde vt habetur Judicū. ij. cum angelus increpasset filios israel ipsi eleuauerunt vocem cum fletu. Itē eripiendo a peccato presenti. vt patet in eductione Loth et vxoris eius de sodomis. i. de peccati cōsuetudine Genes. xix. Itē impediēdo peccatū futurū vt patet Numeri. xxij. de balaam qui ad maledicendum pplo israel pergens ab angelo impeditus est. Unde Ber. inquit. Quotiēs grauissima cernitur surgere tentatio et tribulatio vehemens imminere. inuoca angelū custodem tuū directorem tuū. adiutorem tuum in omnibus opportunitatibus tuis. in tribulatione enim nō dormitat sed quandoque ad tempus dissimulat. Nos quoque o bona domina protegimus hominem. et in bono gratie studemus illū conseruare multipliciter. s. omne impedimentū ad bonū remouēdo. Unde Exodi. xij. angelus percussit primogenita egypti. vt ꝓpter hec pharao dimitteret populum dei sacrificare in deserto. et non suffocare eum sicut prius faciebat. Itē a pigritia excitando. Unde Zacharias inquit sui lib. c. iiij. Angelus dñi excitauit me quasi hominem qui excitatur a somno. Item in viam penitentie ducēdo et reducendo. Unde vt patet Tob. v. angelus domini Tobiam duxit in itinere suo. et sanū reduxit incolumē. Nos etiā iustificationem hominis procuramus multipliciter. Primo mouendo ad contritionem. quod in figuram patet Tob. xi. vbi ad documentum angeli de felle p. quod intelligitur contritio. liniti sunt oculi. scilicet cordis Tobie ceci. Secundo purgando labia ad confessionē. Unde Esa. vi. Labia Esaie purgātur calculo ignito. Tertio gaudēdo ad satisfactionem. iuxta illud Luce. xv. Gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiā agente. Nos etiam defendimus hominem multipliciter. Primo potestatem demonis refrenando. Unde Tobi. viij. Angelus religauit demonem in deserto superiori. Et Apocalyps. xx. Angelus ligauit demonem et misit eum in abyssum. Secundo cōcupiscentiam ipsius hominis debilitando. Unde Gen. xxxij. Angelus tetigit neruum femoris Jacob et emarcuit. Tertio memoriam passionis xpi humanis mentibus imprimendo. Unde angelo dictū fuit Ezechie. ix. Signa thau super frontes virorū gementiū et dolentium. Defendimus insuper hominem ab inimicis. Unde Apocalyps. vij. dixit angelus Nolite nocere terre et mari neque arboribus Terra enim sunt pueri nouiter de terra nati. Mare sunt adolescentes et iuuenes velut mare feruidi et instabiles per cōcupiscentias. Arbores sunt senes in vita prolongati. De quibus omnibus inquit ps. xxxiij. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum et eripiet eos. Nos quoque consolamur hominem primo verbis. Unde zacharias inquit sui li. c. j. Angelus loquebatur in me verba consolatoria. et bona. Secundo corroborando et fortificando. Unde Tob. v. inquit angelus. forti animo esto etc. Et Dan. x. dixit angelus danieli qui corruerat in terrā. noli timere. pax tibi. confortare et esto robustus. Tertio spem dando. Unde suo angelo pōt quilibet homo dicere illud Hieremie. xvij. Spes mea tu in die afflictionis. Quarto refrigerando. Unde Dan. iij. dr. ꝙ angelus dñi descendit cum tribus pueris in fornacē et excussit flammam ignis de fornace et fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantem. et non tetigit eos omnino ignis neque cōtristauit. nec quicquam molestie intulit eis. Nos etiam o gloriosa dña adsumus homini ad presentandū eius vota in cōspectu altissimi. Unde Bern. inquit sup Can. Discurrit angelus medius inter dilectū et dilectam vota offerēs et referēs dona etc. Itē presentamus orones hominis corā deo. Unde Tob. xij. dixit angelus. Quando orabas cum lachrymis ego obtuli orationē tuā dño. Allegamus insuper corā deo pro ipso homine. Unde Job. xxxiij. dr. Si fuerit pro eo angelus loquēs miserebitur eius. Et Zach. i. respondit angelus dño dei. Dñe exercituū vsque quo tu nō misereberis hierlm et vrbium iuda quibus iratus es. Item annūciamus ei iram et voluntatem dei. Unde Dan. ix. dixit angelus Danieli. Ego veni vt nūciarē tibi: qz vir desideriorum

tu es. Reuelamus quoq; homini saluationē aie sue. Unde angelus dixit Esa.lv. In leticia egrediemini. et in pace deducemini &c. Item a periculis hominē preseruamus. Unde Judith xiij. dixit ipsa iudith Uiuit dñs quia custodiuit me angelus eius. et hinc euntem et ibi cōmorantem. et inde reuertentē. Et Gen.xxxij. Cū iacob valde timeret esau angelos sibi obuios habuit ipsum adiuuare paratos. vñ ait Castra dei sunt hec. Itē nos preparam⁹ hoi viaz que ducit ad vitam. Unde Malach.iij. inquit deus Ecce ego mitto angelū meum qui preparabit viā ante faciē tuā. Ipm quoq; hoiem per viaz preparatā in celū deducimus. Unde Exo.xxiij. dixit deus. Ecce ego mittā angelū meum q̄ custodiat te in via. et inducat in terrā quā pmisi pr̄ibus tuis. Et Luc.xvj. dicit. Factū est vt moreret lazarus. et portaretur ab angelis in sinū abrae. Que ola cū in o bñdicta virgo exhibeas homini debes. in hoc angelico collegio remanere. q̄ nostro fungeris officio. Rñdit btā virgo. Officiū vestrū est regulariter circa singulares personas. Nam vnus angelus vnū hominem custodit. et aliū angelū custodientē habet vir. et alium mulier. Uñ sup illud Matth.xviij. Angeli eorū semp vidēt faciez patris. dicit gl. Hiero. Magna est dignitas animarum vt habeat vnaqueq; ab exordio sue creationis angelū adsui custodiā deputatū. Ego vero nō tm̄ vnū virū vel mulierē. sz oēs mūdi hoies custodio. protego et cōserno. Uñ Ber. inqt. Maria olb⁹ sinū misericordie sue aperuit vt de plenitudine ei⁹ capiāt vniuersi &c. Qua propter suz figurata p gallinā q̄ pullos suos custodit sub alis suis. vt dr. Mat.xxiij. Quia ergo officium vestrum supgredior. iō supra vos debeo eleuari. Tunc aūt oēs angeli decantauerunt ei illō ps.xliiij. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. S

Ascēdit ergo ad fm̄ ordinē spūuz btōz q̄ sibi eam inuitauerūt dicētes. Nr̄m officiū est custodire multitudinē gentiū et ciuitatē vel pūinciā. Uñ Esa.lxij. dixit dñs. Super muros tuos hierlm cōstitui custodes. vbi gl. inqt i. archāgelos. Respōdit btā virgo. Ego nō tm̄ vnā ciuitatē seu gentē vel pūinciā custodio: sz vniuersum orbē et oēs pūincias ciuitates et gētes. Uñ Bern. inqt de me. Ipa preclara stella suis radijs totū illuminat mundū &c. Et iō sup archāgelos debeo sublimari. Tūc illi decātauerūt ei. Felix nāq; es sacra virgo maria et oi laude dignissima. et iō super nos ascende. quia maiori glīa digna es. T

Cū igit ascēdisset ad ordinē principatuū ab eis q̄z inuitata fuit vt ibi moraret. qr sicut ipa facit offm̄ eoz est custodire pricipes et preesse regnis vñ appellant principatus eo q principib⁹ psint vel qr eos custodiāt. Rñdit aūt btā virgo. Ego nō solū principib⁹ terrenis prefui: sz etiā principi celesti. et de eo curā et custodiā habui q̄ vt dr Apoca.xix. Est rex regū et dñs dñantiū. Item in oi pplo in omni gēte primatū tenui Eccli.xxiiij. Et iō officiū vr̄m excessi. et alti⁹ mereor eleuari. Tūc principatus et cecinerunt. Speciosa facta es et suauis in delitijs tuis sancta dei genitrix. Et ideo ascende superius. qr nostra excedis pulchritudinem. Peruenit ergo ad ordinē potestatum a quib⁹ etiā inuitata fuit vt cuz eis pmaneret. quia officium eorum est arcere potentiam demonum. Unde Isid. in ii. etym. ait. Potestates sunt q̄ aduersis potestatibus principatū. et sua potestate refrenāt nequitiā spūum malignoz. ne plusq̄ p mittunt a deo exercere audeāt nequitiā suam vel hūanis sensib⁹ inherere. Ipsa aūt Cañ.vj. appellat terribilis vt castroruz acies ordinata Rñdit b. virgo. Ego nō solū demonibus in aere habitātibus vel in terra dominor. sed etiā cōtra oēs infernales demones imperiū ptātis mee exerceo. Uñ dicere possuz illud Eccli.xxiiij. Oim sublimium et excelloz colla ppria virtute calcaui. et pfundū inferni penetraui. Et hoies a me a demonib⁹ liberati. dicere mihi possunt illō Judith.xiij. Benedict⁹ de⁹ q̄ p te ad nihiliū redegit inimicos nr̄os. Tūc ptātes dixerūt ei. Scriptū est. Ois ala ptātib⁹ sublimioribus subdita sit. ad Roma.xiij. xi.q.ij. ca. magnū. et xxiij.q.v.c. pdest. et q.viij. in prin. et de cēsi.c. ois anima. Et iō tibi subiecti erimus. Quapropter ascēde supra nr̄az regionē. quia maiorē nobis habes potestatem. X

Ascendit ergo quoq; virtutū. a q̄bus sibi ad secū manēdū fuit inuitata. qr ipa multa fecit et cōtinue facit miracula. qd ptinet ad officiū virtutū. Uñ Bern. in ii. de cōsideratiōe ait Uirtutes sunt quaz motu vel ope signa et prodigia fiūt. Sz btā virgo rñdit eis dicens. Ego officiuz istud excellētius oibus vobis habui. Qr nūq̄ de⁹ fecit ad alicui⁹ vestrū instātiā illō stupēdissimū miraculū qd ad instātiā meā fecit. s. q vna cratura respectu eiusdē effect mr̄ filia. et q in partu et post partū remaneret virgo incorrupta. et q creatorē generaret creatura. et q minor cōtineret in se maiorē. qd fuit oim nouitatū nouissimū iuxta illud Hierem.xxxi. Nouum faciet dñs sup terrā femina circūdabit virū. Quia ergo in vtero meo deus fecit miraculū miraculorū in cui⁹ cōparatione miracula vr̄a sunt minima iō maiori debeo collocari in glīa. Tunc virtutes oēs dixerūt ei. Scit ois pplūs mulierez te esse virtutis. Ruth.iij. et q in manu tua virtus et potētia. i. Paralip.xxix. Te igit laudat ois virtus celorū. et tibi est gloria in secula seculorum amen. ij. Paral.viii. V

Ascendit ergo ad ordinem dñationuz. a quibus etiam inuitata fuit vt cum eis

maneret. Quia officiū ipoꝝ est. vt ait Isid. vij. ethy. alijs inferiorib' angelis p̄siderec eis p̄ci pere ac eos mittere. Un̄ Zach. ij. dr ꝙ vn' angelus p̄cepit alteri di. Curre cito ad pueꝝ istū ꝛc. De quo btūs Gre. inqt. Quādiu mūd' durat angeli angelis ꝛ demones demonib' presunt. Ipsa vero b̄ndicta virgo mittit angelos vbicūqȝ sibi plz ꝛ eis preest ꝛ dn̄at. Rndit aūt gloriosa dei mater. Uos solū mittitis iferiores angelos ꝛ eis p̄estis. ego aūt mitto oēs ꝛ oib' presum. qꝛ omniū sum dn̄a ꝛ regina angelorū ꝛ ideo dixit mihi deus illud Deut. xv. Tu dn̄aberis dn̄ationib' plurimis. Tūc dixerūt ei dominatiōes. Tua est glīa: ꝛ tu dn̄aberis oim. j. Paral. xxix. ꝛ regnū tuū oibus dn̄abitur. ps. ciij. Tu igit collocari debes cuz filio tuo super omnem principatū ꝛ potestatem ꝛ virtutem ꝛ dominationem ad Ephe. j. Z

Ascēdit igit ꝟgo beatissima choꝝ thronoꝝ q̄ inuitauerūt eā dicētes. Nostraz debes tua p̄sentia illustrare societatē q̄ similē nobis habes dignitatē. De nobis enim inqt Isid. in. vij. ethy. Throni sunt agmina angelorū q̄ sedes eloquio latino dicunt. sic vocati qꝛ ꝛ illis cōditor p̄sidet. ꝛ sua iudicia p eos disponit. iuxta illud ps. ix. Sedes sup thronū q̄ iudicas iusticiā. Et ibidē parauit in iudicio thronū suū. De te vero dixit deus ps. lxxxviij. Thronus eius sicut sol in cōspectu meo. Respondit aūt virgo benedicta. Hoc officiū valde excellenti' in me fuit in qua deus sublimi' requieuit ꝛ sedit ꝙ in vobis. Qꝛ in vobis solūmō spualr requiescit. ꝛ in me nouē mēsib' spualr ꝛ corporaliter resedit. Unde dicere possum illud Eccli. xxiiij. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Et ideo etiā dicā illud qđ ibidē habet. s. Ego i altissimis habito. i. habitare volo. ꝛ thronus me' in colūna nubis. i. iuxta nubē humanitatis filij mei q̄ sole tegit diuinitatis. Et tūc mihi dici poterit illud. ij. Reg. vij. Thron' tu' erit firm' in ppetuū. Et prouerb. xxix. Thron' ei' in eternū firmabit. Ego quoqȝ suz thronus tuici multo excellētior ꝙ vos. qꝛ p me thronum gratie ꝛ mie eius. Heb. iiij. Judicat de' populos in eqtate ps. xcvij. De me etiā intelligitur illud Esa. xxviij. Spūs iudicij sedet sup thronū. Tunc dixerūt throni. Eleuetur thron' dauid sup israel. ij. Reg. iij. ponaturqȝ thron' matris reg' ad dexterā ei'. iij. Re. ij. B

Ad choꝝ aūt cherubicū cū pruenissz inuitata fuit vt ipsa q̄ sapiētissima extitit sup oēs hoīes. cū eis pmaneret in qb' singulari munere est scla dei. vt inqt Grego. sup Mat. ꝛ propter hoc cherubin plenitudo scīe interp̄tat. Respōdit beata virgo. In me maior est scīe plenitudo ꝙ in vobis. Un̄ Bern. de me ait. Profundissimā diuine sapiētie penetrauit abyssum. Et iō oportet verificari illud ps. xvij. Ascēdit sup cherubin ꝛ volauit. Debeo em̄ sociari filio meo cui dicit ps. lxxix. ꝛ. cxlix. ꝛ Esa. xxxvij. q̄ sedes sup cherubin tunc dixerunt omnes cherubin. videntes gloriosam virginem supra se eleuari. Glīa dn̄i dei assumpta est de cherub Eze. ix. B

Ascēdit ergo ꝟgo b̄ndicta ad choꝝ seraphicū. In quo etiā ad manēdū fuit inuitata. Nā ille q̄ erat prim' in illo ordine allegauit excellētiā tuā quā ponit Isid. vij. ethy. ꝛ c i xit. O virgo beatissima tu nostiꝙ nos seraphin idest ardētes appellamur. eo ꝙ iter nos ꝛ deū nulli alij intersunt. et ideo quanto ei vicinius collocamur. tāto magis claritate diuini luminis inflammamur. et tanto maiori claritate illustramur. quanto ardentiori motu dilectiōis intime inflāmamur. vnde nostrum propriū officium est ardere charitate ꝛ dilectione. Tu aūt o super oēs hoīes charitate dei ꝛ primi exarsisti seruans illud qđ de te in figuram dictum fuit a deo Exo. xxvij. Ardeat lucerna semper in tabernaculo. Et illud Leuit. vj. Ignis in altari meo semp ardebit. Mane ergo in ordinē isto in quo sunt pfectiōes oim inferioꝝ ordinum. vt inquit Diony. in li. de ange. hie. Quia tu in te habuisti oēs dtōꝝ spūum ppietates. Angelus em̄ interpretat missus. vt ait Isido. vij. ethy. Omnes namqȝ angeli sunt administratorij spūs missi ppter eos qui hereditatem capiunt salutis ad Heb. j. Unde Bernar. ait deo Dn̄e quid est homo qꝛ innotuisti ei. aut filius hoīs qꝛ reputas eum. Deniqȝ mittis ei vnigenitū tuū. imittis spm̄ tuū. pro mittis vultum tuum. ꝛ ne q̄d va. et in celestib' ab opere sollicitudinis. illos etiaz beatos spiritus ppter nos mittis in ministeriū nostrum. hec ille. Angeli enim inferioris ordinis mittuntur ad singularium personarū defensionē et reuelationē. qđ patuit. iij. Regū. xix. vbi angelus portauit Helie subcinericiū panē ꝛ vas aque. qui comedit ꝛ bibit. et ambulauit in fortitudine cibi illius vsqȝ ad montem dei. Archangeli vero mittuntur ad singulorum rectorum eruditionem ꝛ ad secretorum maiorem reuelationem. vnde Gabriel vt archangelus zachariam pontificē docuit et natiuitatem christi tibi o virgo sacratissima nunciauit Luc. j. Principes mittuntur ad principum instructionem. vt patet Dan. x. vbi ponuntur tres principes. Persarū grecoꝝ ꝛ medorum. quos omnes angelus domini instruxit. Potestates mittuntur ad demonum et tentationum repressionem. quod patuit Exo. xiiij vbi angelus interposuit se inter egyptios persequentes filios israel ac exercitum pharaōis ꝛ ipsos filios israel. Uirtutes mittuntur ad miraculoꝝ opationē. qđ patuit Tob. xj. de angelo qui tobiam illuminauit. ꝛ filiuz eius a deglutione piscis eripuit. Dominatiōes mit-

tunt ad sensuũ sub dñio rõnis subiugationẽ qõ patuit in figurã Gene. xvj. vbi angel' dixit Agar ãcille. vt ad dñaz suã rediret ⁊ ei se subij ceret. Throni mittunt ad iudiciũ. informationẽ. habet em̃ informare iudices vt legẽ intelligãt ⁊ obseruẽt. Un̄ Act. vij. dr̃. Accepistis legem in dispositiõe angeloꝝ. Cherubin mittunt ad sciẽtiaꝝ eruditionẽ. qõ patuit Apoc. x. de angelo q̃ habebat librũ in manu. Et eiusdẽ li. xviij. de angelo a cui' claritate terra illuminata est. Nos ṽo seraphin mittimur ad cordiũ inflammationẽ. qõ patuit. iiij. Regũ. ij. in angelis q̃ in curru igneo ⁊ eq̃s igneis apparuerũt. Hec autem om̃ia bñficia tu exhibes humano gñi. ergo fiet fides habitatrix nr̃i tabernaculi. Tũc oẽs seraphin ceperũt eã rogare dicẽtes. O sancta dei mr̃ ⁊ olm. o sacra virgo virginũ. o sctĩssima mediatrix dei ⁊ hoim. o dña ⁊ regina celoꝝ. o imperatrix exercituũ cũctoꝝ angeloꝝ decet te ardore ⁊ incẽdio charitatis feruẽtissimã in supremo isto ordine nostro nobiscuꝫ residere. vt tuo felici ꝯsortio pfruamur. Rñdit aũt. b. ṽgo. Ualde mihi cõplacet ⁊ summe congratulor de vestro diuino ardore. Sed tñ decet me altius ascẽdere. q2 vos supat in amore. Si em̃ de' ab holb' est amãd'. multo magis ab illa cuius est filius. Nõ est aũt mirũ si ego mr̃ dei pl' diligã filiũ meũ q̃ alij ei' subdiũ cuiusmodi estis vos o seraphin ⁊ oẽs alij angeli. Ego em̃ sum mater pulchre dilectionis Eccli. xxiiij. Preterea opꝫ impleri scripturã Gen. ij. vbi de' ait. Nõ est bonũ hoiem esse solũ faciam' ei adiutoriũ sĩle sibi. Cũ ergo oẽs sancti et sancte dei associari sint vobiscũ ⁊ aliys ordinib' iferiorib'. ⁊ omnes alij in posteꝝ glificãdi sint mõ debeant vobis sociari. ita ꝙ nullus beatus solitari' erit ſꝫ homines cũ angelis erũt societate cõiuncti sicut predictũ fuit Deut. xxxij. vbi dr̃ de deo. Constituit terminos populoꝝ iuxta numeꝝ filioꝝ. i. angeloꝝ. Fili' tñ meus deus et homo sup oẽs angelicos ordines merito eleuat' nõ hꝫ ibi societatẽ sibi quoad humanitatẽ. Et iõ sicut ego in mũdo fui ei socia in tribulatiõib'. ita etiam ei debeo associari in ꝯsolationib'. Et sicut ille ibi ascendit vt continue appareat vultu deiꝑ hoibus ad Heb. ix. Ita ego debeo ibi ascendere vt apparcã vultui ipsius filij pro pctõribus. Et sic humanũ gen' habeat semp ante faciem dei adiutoriũ simile. christo ad pcurandũ suã salutẽ. Unde sancta mater ecclesia in oratione secreta vigilie mee assumptionis orat deũ di. Munera nostrã dñe apud clemẽtiam tuã dei genitricis cõmendet oratio. quã de hoc seculo transtulisti vt pro peccatis nostris apud te fiducialiter intercedat. Ascendam igitur sup vos ad patrẽ meũ ⁊ patrẽ vestrũ. deũ meum ⁊ deũ vestrũ. Ipse em̃ me vocat dicẽs. Ueni dilecta mater mea veni charissima genitrix mea ⁊ ponã in te thronũ meũ. Ascẽdẽte aũt illa dixerunt quidam angeli obstupescentes de immẽsitate glorie eius. Que est ista que ascendit de deserto delitijs affluẽs: innixa super dilectum suũ Can. viij. Quibus respõderunt alij angeli. Ista est speciosa inter filias hierl'z. Merito aũt beatissima virgo Maria oẽs angeloꝝ ordines trãscẽdit q̃ oẽs eoꝝ pfectiões excellẽtius mõ possedit. Un̄ Alb. sup missus est. c. cxciij. cõcludẽs inq̃t. Patet ergo q̃liter btĩssima virgo oẽs ꝓprietates angeloꝝ habẽs: sup oẽs angelos ⁊ oẽs hierarchias est exaltata. ita ꝙ singulorum ⁊ omniũ ꝓprietates ⁊ dona ipsa sola vniuersaliter ⁊ singulariter in summo possidet vniuersa.

¶ Pars quinta huius sermonis que dicit obuiationis. C



tato.ceciderũt angeli primã antiphonã.s.Ex-altata est sancta dei genitrix sup choros ãgelorum ad celestia regna. Secũdam vo antiphonã decãtauit tota humana natura dicẽs Paradisi porte per te nobis aperte sunt: q̃ hodie gloriosa cũ angelis triũphas. Tertiã aũt antiphonã decãtauit btũs Joã.bap.di. Benedicta tu in mulierib⁹ ⁊ bñdict⁹ fruct⁹ vẽtris tui.q̃ hodie te portauit in celis quẽ tu sepe portasti in terris. Quartã antiphonã cecinit Jacob⁹ maior dicẽs. Specie tua ⁊c. Quintã sanct⁹ Stephanus protomartyr dicẽs. Adiuuabit eã ⁊c. Sextam omnes cognati ⁊ affines ipsi⁹ beate virginis dicentis. Sic vt letantium omnium nostrũ ⁊c. Et similiter alias antiphonas diuersi intonabãt prout eis Michaeli ⁊ Gabrieli cãtores pncipales recõmittebãt. Primã aũt añaʒ ad laudes decãtauit dñs Adam dicẽs. Assumpta est Maria ⁊c. Secundam sanctus Noe dicens Maria virgo assumpta est ⁊c. Tertiam abraam dicens. In odorem ⁊c. Quartam oẽs patriarche a quibus ipsa descenderat dicentes. Benedicta filia tua a dño ⁊c. Quintã omnes prophete dicentes. Speciosa facta es ⁊c. Completis autem psalmis et antiphonis: dominus Jesus sacerdos magnus paradisi.hebdomodarius in hac solennitate dixit orationẽ scʒ Domine sancte pater omnipotens eterne deus qui gloriosum habitaculum nostrum benedicte matris mee fulgoribus illustrasti atq̃ totã curiam nostram eius dulci presentia letificasti.concede propitius. vt quisquis ipsius sacratissime virginis deuotus extiterit in terris.eius felici cõsortio perfrui mereatur in celis. Qui mecum ⁊ cum spiritusancto viuis ⁊ regnas in secula seculorum Omnes auteʒ angeli et beati responderunt Amen. O dies iocũdissima. O celebritas stupendissima. O solẽnitas incomparabilis qua nunq̃ paradisus habuit maiorem: cum regina Saba cum tot aromatibus est in Hierusalem ingressa.iij. Regũ x.cum scilicet gloriosa celorum regina repleta omnium virtutum aromatibus super omnes angelicos choros ⁊ ordines atq̃ hierarchias in quarta hierarchia prope filium suum est exaltata.vt probat Albertus super Missus est ca.cxc. Ubi etiam dicit q̃ ipsa magis distat ab ordine seraphico in dignitate ⁊ gloria q̃ seraphicus ordo ab alijs inferioribus. De cui⁹ virginis exaltatione inquit Augustinus in quodam sermone eã alloquẽs ⁊ dicens. Tibi thronus glorie regis collocat in aula regni. Tecq̃ ipse rex glorie vt matrem voram ⁊ decorã spõsam pre omnibus diligens. amoris amplexu associat sibi. Que verba exponens Alber. vbi s.ait. Ex hac autoritate quatuor sequũtur cõclusiones. Si positus est ei thronus regis. ergo idem suus thronus ⁊ regis dicitur. ergo super omnes thronos. Iteʒ si mater regis. ergo iuxta regem. Item si sponsa regis. ergo iuxta regem. Item si ipsam improportionabiliter pl⁹ omnibus creaturis diligit. ergo improportionabiliter superomnes collocauit. O dilectissimi hodie facte sunt nuptie in paradiso. Hodie rex assuerus idest deus fecit parare conuiuium per magnificum principibus suis: et fecit nuptias Hester.i.gloriose sponse sue: nunciauitq̃ pacem cunctis populis suis. Hester. ij. O igitur regina nostra ad connubium eterni regis adducta si nõ vis nobis seruulis tuis porrigere de pinguibus ⁊ delicatis cibis nuptiarum tuarum. saltem aliqua fragmenta micarum que cadunt de mẽsa tua nobis sicut catulis porrige. vt de tua ineffabili iocunditate aliquid vel minime gustare valeamus. Uos vero o deuoti christiani considerantes q̃ hodierna die ipsa virgo ascendit ad taʒ sublimẽ gloriam ne sinatis illam abire nisi vt dicebat quidaʒ deuotus predicator: Prius dimittat vobis la bene andata. Tanta autem est solennitas huius diei q̃ ecclesia statuit in.c.alma mater.de senten.excom.lib.vi.q̃ etiam si esset interdictum in aliqua terra vel ciuitate. debent in ipsa solennitate aperiri porte ecclesiarum ⁊ pulsare cãpane: ⁊ officiũ solẽnit dici ad honorẽ ipsi⁹ rgis hodie sic venerabilr coronate. ¶

VErum quia in prima parte precedentis sermonis probauimus ipsaʒ gloriosam virginem esse imperatricem mundi. ad quam dignitatẽ sublimata fuit impuncto cõceptionis filij dei. Ideo de eius coronatione loqui volentes. dicimus q̃ ẽm glosam in clemen.romani principes.de iureiuran. Imperator coronatur triplici corona scilicet ferrea vitra montes in aquisgrano: quam accipit ab archiepiscopo coloniensi et significat eius fortitudinem. Argentea ab archiepiscopo mediolanensi modoetie: ⁊ significat eius mundiciam ⁊ puritatem. Et aurea rome a papa: ⁊ significat eius superioritatem et excellentiam super omnes reges. principes. gentes ⁊ nationes. Dicit tamen predicta glosa q̃ Henricus imperator recepit argenteam coronã mediolani i ecclia sancti Amb. Alb. aũtẽ de ros. in suo reptorio siue dictionario i l̃ra corona inq̃t. De istis trib⁹ coronis ueni i q̃dã ser. in festo beati stephani hoc mõ. Impator recipit tres coronas. Primã in alemania ab archiepõ magũtino: ⁊ hec est argẽtea. Et q̃n ipẽ archiepõ dat ipsaʒ sibi coronã dicit ei. Istã coronã mihi cõserues.q.d.q̃ in aia sua ⁊ corpore suo dʒ eẽ mũd⁹ ⁊ pur⁹ sicut argẽtũ qd est purũ iter alia metalla. Scdaʒ coronã recipit in mediolano ab archiepõ mediolanẽsi i ecclia cathedrali: ⁊ ẽ ferrea: ⁊ recipit eã genuflexo: ⁊ archiepiscop⁹ dicit ei. Istam coronã mihi defen-

deo. nō intelligēs de ipsa corona materiali. sʒ sicut ferrum est metallū ex quo fiūt infiniti labores. et est durissimum ꝛ fortissimū. ita. imperatorꝫ paratus esse ad sustinendū omnē laborem corporalē ꝑ posse. et esse cōstantissimus et fortissim⁹ in iusticia exhibenda. maxime pupillis. ꝛ viduis. ac miserabilib⁹ ꝑsonis. Tertiā coronā recipit rome a sūmo pōtifice. vel ab alio loco ei⁹: ꝛ ista est aurea. Et qñ papa eā sibi imponit dicit. Esto fidelis vsqꝫ ad mortē: ꝛ dabo tibi coronā vite. Apoc. ij. Et ista designat fidelitatē ꝛ prudētiam sciēdi discernere malo a bono. Sicut eñ auꝝ est ꝑciosi⁹ oibus alijs metallis, ita scire discernere bono a malo est digni⁹ alijs sciētijs. Istis ergo trib⁹ coronis fuit coronata mater dei. Cū eñ corona detur ꝑpter habitā victoriā de hostib⁹. iuxta illō. ij. ad Tim. ij. Nō coronabit nisi q̄ legitime certauerit. Ipsa bñdicta ꝟgo debuit coronari q̄ petm̄ ex oi parte debellauit ꝛ deuicit vt inquit. Augu. in lib. de natura ꝛ gratia. Nulla nāqꝫ fuit tam victoriosa ꝓstratrix vt ipsa que caput serpētis antiqui cōtriuit Gen. iij. Et ideo in signū fortitudinis et cōuenienter data fuit corona ferrea. Item argētea ratione puritatis: que tāta fuit ẜm Anselm. in lib. de cōceptu ꝟginali ꝙ illa maior nulla sub deo ꝟꝫ intelligi. vñ Hier. i ser. assūptiōis ait. Nihil est cādorꝫ nihil ē splēdorꝫ nihil est luminis qꝺ nō resplēdeat in virgine gloriosa. Aurea quoqꝫ corona debuit coronari ratione superioritatis ꝛ sufficiētie. Unde ẜm seraphicū Bonauētura in. iij. sen. di. iij. Ipsa tante fuit ꝑfectiōis etiā ante cōceptionē filij. tātiqꝫ luminis ꝛ aptitudinis regēdi ꝙ ꝟe digna erat esse monarcha totius mūdi. Considera ergo anima deuota ꝙ si qñ coronat̄ papa vel imperator fit celeberrima festiuitas. multo maior facta est in celo de coronatiōis ipsi⁹ gloriosissime regine paradisi. Si vero corona accipiat̄ pro gloria victorie. vt. l. j. C. de athletis. lib. x. ꝛ de re iudi. l. cōmodis. ꝑfecto ipsa gloriosa virgo victorijs innumeris illustrata in perpetuū coronata triūphat. vt dicunt verba thematis nostri. Super quibus duas tantum coronas ipsius domine nostre declarabimus.

Prima dicetur excellentiatiarum.

Scđa vero lapidū preciosorum.

¶ Pars prima huius sermonis de corona excellentiarum beate virginis. U

INnumerabiles sunt excellētie btē ꝟginis quib⁹ tāqꝫ fulgētissima corona illustratur quaꝝ ꝑma pōt dici mūdissime puritatis. De qua satis dixi in. j. parte ꝑncipali hui⁹ opis. In qua ꝓbaui ipsaꝫ intemeratā dei matrē purissimā fuisse: ꝛ ab omni labe peti penit⁹ elōgataꝫ qꝺ fuit cōueniēs ꝑpter tria q̄ ponit scūs Bonauē. in. iij. di. iij. Primo ꝑpter diaboli cōfusionē. Cōgruū eñ erat vt illa q̄ opprobriū nostrū auferre debebat: ꝛ nos ꝑ filiū suū de diabolica seruitute eripere veniebat: ipsum inimicuꝫ vinceret ꝛ superaret. vñ Ber. ꝛ Aug. exponēs illud Gen. iij. Ipsa cōteret caput tuū ꝛc. i. suggestionē tuā: qꝛ nulle diaboli suggestio in mēte ipsi⁹ virginis ingredi potuit: ꝛ sic ab omni pctō imunis fuit. Scđo hoc cōueniēs fuit propter nostrā intercessionē. Cōgruebat enim vt illa q̄ humani gñis aduocata esse debebat tāta puritate fulgeret vt nullū petm̄ haberet qꝺ eius cōsciētiā remorderet. Tertio ꝑpter diuinā desposationē. Cōgruū eñ fuit vt illa q̄ placuit altissimo deo. ita vt fieret eius spōsa ꝛ mater vnigeniti filij sui sic esset imaculata mente sicut erat intemerata carne. Indecēs nāqꝫ fuisset ꝙ peccatorum aduocata esset peccatrix corona ꝛ gloria iustoꝝ illusta. Spōsa dei polluta Specialissimum reclinatorium verbi dei fractum ꝛ infectum. Sacrarium spiritussancti violatum: totiusqꝫ trinitatis triclinium contaminatum: ꝛ ideo inquit Bern. Decuit reginā virginum singulari priuilegio sanctitatis absqꝫ peccato ducere vitam. que dum peccati mortisqꝫ pareret peremptorem munus vite ꝛ iusticiam pre omnibus obtineret. hec ille. Ut ergo dei genitrix esset purissima super oēs puras creaturas deus eā preseruauit non solū a peccato actuali: sed etiā ab originali. Nā procul dubio illud est magis mūdū ꝛ purū qꝺ nunqꝫ fuit sordidatum q̄ illud qꝺ semel fuit infectuꝫ ꝛ postea purgatum. Hec autem prima excellētia mundissime puritatis beate virginis alio nomine appellari potest imunitatis ab omni peccato. X

SCđa excellētia ē gratificatiōis quā tetigit angel⁹ Lu. j. Nam cū dicēdo Aue: demōstrasset ꝑmā excellentiā ꝑdictā: postea subdidit secundam dicens gratia plena. Est aūt sciēdum ẜm Augustinū ad Bonifaciū. ꝛ in libro enchiridion: ꝛ in. vj. de trin. c. viij. ꝙ gratia est forma que meretur augeri: non quidem augmento ꝛ quantitate molis: vt dicit Rich. noster in. j. distin. xvij. sed quantitate virtutis. Et consequenter etiam aliquando meretur diminui: quia circa quodcūqꝫ habet fieri vnum oppositorum: habet fieri ꝛ reliquum ẜm philosophum. Sicut ergo non omnia alba sunt equaliter alba: nec omnia calida sunt equaliter calida. Unum enim habet duos gradus albedinis seu caliditatis: ꝛ aliud tres vel quatuor: et ideo vnum est albius ꝛ calidius altero. Similiter omnes sancti habent gratiā: sed nō equaliter. Nam vnus habet vnā alius aliā. Unus habet duos gradus alius tres: ꝛ sic de singulis. Oēm aūt grām quā per grad⁹ dedit deus

alijs

alijs sanctis.ipsi benedicte virgini dedit plenarie ⁊ vniuersaliter.vt inqt Hiero.in sermõe ad Eustochium di.Ceteris per partes ⁊c. Y

Tertia excellentia est virginalis secunditatis.de qua angelus vbi supra illi dixit. Paries quidẽ filiũ. ⁊ virginitatis nõ patieris detrimentũ.Quia igit ipsa beatissima regina nostra sola fuit mater ⁊ virgo incorruptissima ideo bñdicta super oẽs mulieres appellatur. Quod eñ vna mulier sit virgo ⁊ mater simul ⁊ semel est impossibile ꝑ naturaꝫ. Oportet ergo ꝙ illa q̃ vult esse virgo nõ cõcipiat filios. Et si vult habere filios oportet ꝙ amittat virginitatem.Unde oẽs phĩ naturales habuerunt pro impossibili virginẽ cõcipere ⁊ parare.atq; inuiolatam virginitatem seruare. Maria tu sola ⁊ virginitatẽ illibatissimã obseruasti. ⁊ filiũ concepisti ac peperisti.⁊ ideo tibi soli hec excellentia cõpetit.ꝙ scꝫ virginitatẽ ⁊ secunditateꝫ simul habuisti. Hoc autẽ singulare priuilegiũ ille tibi contulit apud quẽ nõ erit impossibile omne verbũ Lu.j.Qḋ eñ mulier nõ possit esse simul mater ⁊ virgo:hoc ideo est.qr deus dedit hunc ordinẽ rebus ꝙ nõ possit mulier cõcipere sine sui cõtaminatione.Cũ ergo eius sit tollere cuius est dare.l.qui dãnare.ff.de re iudi.ꝑfecto ipse deus hũc ordinẽ potuit mutare i matre sua vt virgo cõciperet.immo mutare posset in oibus mulieribus si vellet.Ut eñ dicit beatus Tho.in.j par.sum.q.cv.art.vj. ⁊ habet ab Augu.xxvj.contra Faustũ. Deus sic rebus certum ordinẽ indidit.vt tñ sibi reseruaret ꝙ ipse q̃nq; aliter esset facturus.Non eñ deꝰ ẽ subiectus ordini secundariũ causarũ.immo talis ordo est subiectus deo.qr ab ipso deo ꝓcedit.nõ per necessitatẽ nature.sed ꝑ arbitriũ voluntatis.Potuisset eñ ⁊ aliũ ordinẽ rerũ cõstituere. vnde Hugo in li.de sacramentis ait.Qui fecit vt vnũ corpus esset in vno loco:fecit quõ voluit Et si voluisset aliter facere potuisset hec ille. Ex quibus oibus ptꝫ ꝙ nõ recte locutus est ille qui dixit ꝙ ad hoc vt mater dei cõciperet sine pctõ originali necesse erat ꝙ cõciperetur de virgine incorrupta remanente post cõceptum quasi deus nõ possit facere mundũ de immundo conceptũ semine.qḋ est ꝯtra diuinã scripturam Job.xiiij. Sicut ergo deus qr ab eterno elegerat gloriosam virgineꝫ in matrem suã in ea mutauit ordinẽ generalẽ conceptionis sue. vt s.conciperetur sine infectione peccati.Ita etiã mutauit ordinẽ cõceptus sui.vt scꝫ ipsa cõciperet seruata virginitate qḋ fuit mutabile.vnde Orig.in homelia natiuitatis dñi ait.O magne admirationis gratia . O inenerrabilis suauitas.O ineffabile magnũq; sacramentuꝫ . Ipsa beata virgo.ipsa mater dñi.ipsa eius ancilla. plasmatio eiꝰ ipsa quẽ genuit? Quis vnq̄ ista audiuit?Quis vidit talia? Quis cogitare potuit similia:vt mater virgo esset intacta ⁊ generaret ac virgo permaneret?Hec etenĩ virgo scĩtã genuit dñm.sed intacta permãsit.Mater effecta est.sed virginitatẽ nõ amisit.Uirgo genuit ⁊ virgo ꝑmãsit.Mater filij facta e sꝫ castitatis sigillũ nõ perdidit.hec ille. Z

Quarta eiꝰ excellẽtia est.qr ipsa sola fuit mater dei ineffabilissima.⁊ ista excellẽtia potest dici maternitatis.Hoc aũt priuilegiũ si bñ cõsideret est maximũ ⁊ stupẽdũ. Licet eñ magnum priuilegiũ fecerit xp̃s cecilie Lucie. Katharine.Agneti. Agathe Ursule.⁊ alijs virginibus scꝫ ꝙ sint eius cõmites.Uñ ipsi canit ecclesia.Quocunq; pergis virgines sequuntur ⁊c.Itẽ licet magnũ priuilegiuꝫ fecerit Ade. scꝫ licet ꝙ in lũbis eius fuerint oẽs hoĩes mundi: gloriose tñ virginis priuilegiuꝫ hoc est maius. Oẽs eñ supradicti licet sint excelsi.sublimes ⁊ digni.tñ deo sunt subditi.⁊ nõ prelati.Ipsa aũt bñdicta virgo licet sit subiecta deo inquantum creatura superior tñ illi dicit ⁊ ꝑlata inquãtũ est eius mater.Uñ Luc.ij.de xp̃o deo ⁊ homine scriptũ est ꝙ erat subditus illi.O ineffabilis dignitas.Marie que imperatori olim meruit imperare.De hac quarta excellẽtia loquẽs Ber. inqt. Ista est nostre virginis singularis gl'ia ⁊ excellens prerogatiua ꝙ vnũ eũdẽq; filiũ cum deo patre meruit habere cõem.Et Ambro.sup Lucã.ait Bñ gratia plena dicit qr gratiã quã nulla alia habuit a deo autore cõsecuta est: qr mater dei est effecta.Et Ansel. inquit Maria ꝑpter pctõres facta est mr̄ dñi. qr ea sanctior. ea castior.ea hũilior i gñe hũano nulla potuit inueniri.Merito ergo i tãta debuit excellẽtia collocari.hec ille. A

Quinta eius excellentia dicitur familiaritatis.Ipsa eñ super omnes fuit ⁊ est deo familiarissima. Uidemus ꝙ seculi homines habent familiaritatem dñoꝝ valde charẽ.⁊ reputãt magnã gratiã ꝙ sint eoꝝ intrinseci ⁊ domestici.Et quanto maior est princeps. tanto ceteris paribus maiores se reputãt cubicularij.camerarij ⁊ secretarij eius.Quis autem est maior princeps?nõne deus qui est princeps principũ.⁊ dñs oĩm dñoꝝ? Ergo qui habet magnã familiaritatẽ ipsius:habet magnũ priuilegium siue excellẽtiã.Licet aũt magnaꝫ familiaritatem habuerint apostoli cum christo.Uñ illis dixit Luc.x.⁊ Matt.xiij.Beati oculi qui vident que vos videtis.Multi enim prophete ⁊ iusti cupierunt videre que vos videtis ⁊ non viderunt.Quia licet aliqui antiqui patres ⁊ prophete viderint xp̃m per fidem a longe prospiciendo. nõ tñ ipsum viderũt presentẽ inter eos cõuersando ⁊ docendo sicut apostoli.Et ideo dicũtur beati ꝑm Nico.de lyra quia in eis fuit completum qḋ antiquis patribus erat promissum.Quãuis etiaꝫ magnam fami-

hꝛitatem ostenderit ipse dñs Joanni euangeliste. quia in pectore suo illū recumbere permisit. Jo. xiij. de quo etiā fit mentio eiusdē euangelij. xxi. c. Licet quoqꝫ magnā familiaritatem ostenderit Magdalene cui ꝑmisit ꝙ lauaret sibi pedes. ac crine tergeret oscularet ⁊ vngeret Luc. vij. incōparabiliter tamen maioꝛ fuit familiaritas quā secuꝫ habuit beatissima virgo. Quis enim est magis domesticus alicuius filij ꝙ̄ mater eius. Nōne domestica ⁊ familiaris fuit virgo benedicta dñi Jesu que illū nouem mēsibus in vtero suo poꝛtauit. ⁊ ex vētre suo ꝓtulit ⁊ peperit. ⁊ sui pectoꝛis mām̄as ei dedit. ⁊ ꝓprijs manibus pluries lauit. ⁊ fascia ac pānis inuolutum alligauit. ⁊ ipsum amplexibus amoꝛosis sepius cōtrectauit. ⁊ dulcissima oscula labijs eius impressit. ⁊ suis manibꝰ pluries cibauit. ⁊ cū eo vsqꝫ ad moꝛtē eius conuersata fuit. Jpsa igitur filio suo super oēs fuit intrinseca. quia erat eius genitrix dulcissima que eū carne vestierat. ita ꝙ totam humanitatem ei dederat. Unde inquantū homo patrem nunꝙ̄ habuit. ⁊ ipsa fuit sibi pater ⁊ mater ⁊ oīa. Eapꝛopter inquit Aug. Nec mirum Maria si dignatur tibi congaudere deus regnās in celis quem paruulum ex te hominem natum totiēs osculata es in terris. B

SExta excellentia eius dicitur potestatis. Jpsa enim vt inquit sanctus Ber. in quodam sermone potuit facere de deo qꝺ deus facere nō potest de seipso. Jmpossibile enim est deū ex se generare filiū nisi deū eternum infinitum ⁊ immoꝛtalem. ⁊ tamen beata virgo et deo concepit ⁊ genuit filiū nō solū deū. sed etiā hoīem tempoꝛalē. finitum ⁊ moꝛtalē. Jpsa quoqꝫ super oēs creaturas est potentissima. Licet enīꝫ oēs sancti in celo potentes sint apud deū tamen ipsa oēs excēdit in potentia. nec immerito. Jpsa enim est mater celestis imperatoꝛis Jtem qꝛ sancti sunt potentes apud deū ꝓpter merita. Unde qꝛ vnus meruit plus alio. ideo ē potentioꝛ eo. Jpsa aūt glorioſa virgo plus meruit sola ꝙ̄ oēs sancti simul. ergo apud deū cūctis est potētioꝛ. ⁊ ideo ipsa ait Eccli. xxiiij. Jn hierusalē potestas mea. s. super oēs alios sanctos. Sed quid tanta potentia marie nobis ꝓdest. si illa de nobis non curaret. Sed o xp̄iane bonū nouū nuncio tibi. Sicut maria apud deū omnibus sanctis potentioꝛ est ita ⁊ pꝛo nobis apud deū diligentius intercedit ⁊ feruentius. Et ideo peccatoꝛ ne permittas te desperationis baratro demergi. sed confidenter ad istam potentissimā ⁊ clementissimā aduocatā recurre. Jpsa eñ omnino tibi succurret. qꝛ ⁊ poterit Si enim potuit deū facere hoīem. ⁊ creatoꝛem creaturam. infinitū finibilē: impassibilē moꝛtalem. immēsum paruulū. eternū tempoꝛalē. inuisibilē ⁊ incoꝛpoꝛeū visibilē ac coꝛpoꝛeūꝫ. atqꝫ diuinā maiestatē sub foꝛma serui. Etsi suis blādicijs ⁊ virtutibus potuit deū trahere de celo in terrā Multo magis ⁊ facilius poterit nos trahere de terra ad celū. O igitur serenissima regina nostra. qꝛ subest tibi cū volueris posse Sap. xij. tu misereris oīm qꝛ oīa potest Sap. xi Tu eñ seruas illud Tob. iiij. Quō potueris. ita esto misericoꝛs. Septima excellētia dꝛ nobilitatis. de qua dixi l. ij. parte principali huius operis sermone. i. parte. ij. Ubi declarauimus ꝙ oēs dignitates et nobilitates que possunt esse in aliquo indiuiduo humano ſm̄ originē sanguinis fuerūt i ipsa btā virgine. Et ideo debemus eā preferre in nobilitate omnibꝰ principibus ⁊ principissis. regibꝰ et reginis impatoribus ⁊ imperatricibꝰ. ⁊ oībꝰ pātībꝰ ⁊ dñis. ceterisqꝫ hoībus ꝗbuscūqꝫ. qꝛ ipa iter oēs puras creaturas obtinet nobilitatis ꝑncipatū. Excedit eñ oēs ꝗs appellat impatoꝛ nobiles ꝓbatasqꝫ ꝑsonas. l. oīm. C. de test. Jtē illos de ꝗbus dicit in. l. nobilioꝛes. C. de ꝯmer. ⁊ merca. Nobilioꝛes natalibꝰ ⁊ honoꝛū luce cōspicuos ⁊c. D

OCtaua excellentia dꝛ preseruationis. de qua sic inquit sanctꝰ Bernardinꝰ in quodā sermone. Maria sola ꝑ multa annoꝝ milia ante ꝙ̄ nasceretur pꝛimo et pꝛincipaliter Adā ⁊ eua et totā posteritatē ꝓseruat in esse. Cōstat nēpe ꝙ ex ꝓpꝛia transgressione. Adā ⁊ Eua nō solū moꝛtis sꝫ etiā annihilationis exterminiū meruissent. et diuina vltio ꝗ̄ ꝑsonaꝝ acceptionē ignoꝛat. sicut nec culpā angelicā. sic nec etiā humanā dimisisset impunē. Sed ob precipuā reuerētiā et singularissimā dilectionē quā habebat ad virginē preseruauit. qꝛ eam ab eterno sup oēs creaturas deo nōdum venīēdas ꝗ creande erāt superexcessiue dilexit. Propterea preseruati sunt ꝓtoplasti nec vt merebant in nihilū sunt redacti. Rō huius est. qꝛ hec bñdicta puella in lūbis erat Ade ſm̄ seminalē rōnem. Potētiaqꝫ ꝓducēde puelle in pꝛimis parētibꝰ impressa erat donec educeret in actum. De ipsa nāqꝫ nasci debebat filius dei iesus qui soluꝫ ſm̄ coꝛpulentam substantiam in adam existēs erat solum de virgine ⁊ de nulla alia educēdꝰ Jndulsit ergo misericoꝛs deus parentibus pꝛimis: nec eos annihilauit. qꝛ sic non fuisset exoꝛta hec virgo. nec per ꝯñs chꝛistus siue de carnē vestisset humanam. Ergo ꝓpter istā nobilē creaturā deus saluauit pꝛimos parentes pꝛima coꝝ trāsgressione. Gen. iij. Noe de diluuio inundante. Gen. vij. Abraā de cēde regis codoꝛlaomoꝛ. Gen. xxi. Jsaac de ysmaele. Gen. xx. Jacob de Esau. Gen. xxvij. Judaicū ꝑplꝫ de egyptoꝛ de impia pharaonis manu. Exod. xij. Et de mari rubꝛo. Exo. xiiij. De vitulo i deserto. Exo. xxxij. De manibꝰ diuersoꝝ regū tyrānorū. s. de nabuchodonosoꝛ. Da. iij. De captiuitate babylonis. vt ꝑdictuꝫ fuit Esa. xiij. ⁊ xiiij. Et

assyriorũ. iiij. Reg. xvij. Dauid de leone ⁊ vrso.
j. Reg. xvij. De golia eodẽ. c. ⁊ de Saule. j. Reg.
xviij. Et vt breui sermone cuncta cõprehendã
omnes liberationes. ⁊ indulgentias factas in
veteri testamento nõ ambigo deũ fecisse solũ
pro huius benedicte puelle reuerentia ⁊ amo-
re. quibus eã deus in sua predestinatione pre-
honorandam cũctis operibus suis ab eterno
preordinauit. hec sanctus Bernardi. E

Nona eius excellẽtia dicit̃ meritationis.
de qua idẽ sanctus vbi. s. ait. Plus me-
ruit gloriosa virgo in vno suo cõsensu. s. cõceptio-
nis filij dei q̃ oẽs siue angeli siue hoĩes in cũ-
ctis suis actibus. moribus ⁊ cogitationib⁹. Et
quidem oẽs qui meruerunt. nihil amplius me
reri potuerunt. nisi ſm diuersos status ⁊ grad⁹
felicitatis gloriã eterne. Hec aũt virgo in illo
consensu meruit primatũ orbis dñium mundi
super oẽs creaturas sceptrũ regni plenitudi-
nem oĩm gratiarũ. oĩm virtutũ. oĩm donorum.
oĩm beatitudinũ. oĩm fructuũ spũs. oĩm scien-
tiarum ⁊ maxime altissime theologie. interpre-
tationis sermonũ. spũs ꝓphetie. discretionis
spirituũ. operationis virtutũ. gratie sanitatũ.
Meruit fecunditatẽ in virginitate. maternita
tem filij dei. ꝙ sit stella maris porta celi. Et su
per oĩa ꝙ diuine mĩe sit regina. ⁊ ꝙ regina mĩe
nominet̃. hec ille. Maximũ aũt meritũ ipsi⁹ vir
ginis fuit ꝙ ipsa sola meruit esse mater dei. qđ
quante sit excellentie ostendit sanctus Bern.
vbi. s. di. Persona virginis tante superexcellẽ-
tie est ꝙ nec in personis increatis. nec in ange
lis vel hoĩbus inuenitur hec l cogitabilis digni
tas. s. ꝙ habeat deũ filiũ. nisi in persona diui-
na que est patris. ⁊ in vna humana q̃ est mrĩs.
Maxima ergo dignitas ⁊ excellentia gloriose
virginis que gloriã eius magnã ostẽdit est ꝙ
sit mater dei. qđ maius est q̃ ꝙ sit dña creatu
rarum dei. hoc eñ depẽdet ab illo sicut ramus
a radice sua. Ergo certitudinaliter tenendũ
est ꝙ ipsa est super oẽs ordines angelorũ tãq̃
per se implens ⁊ cõtinens vnũ integrũ ac tota
lem statũ. cui ſm rectam rõnem persona con-
grua nõ potest addi. qꝛ ipse status ex sui rõne
ꝓpter dignitatem incõicabilẽ exigit vnitatẽ.
Sicut enim nullatenus decet plures esse chri-
stos nec deum plures hoĩes esse. sic nullo mo-
do decet dei filiũ nisi vnã solã matrẽ naturalẽ
habere. Itẽ rõ naturalis ex gratuita lege aper
te ac directe dictat ꝙ mr̃ regis oĩm est in sede
regia super omnes ordines ministrorum ⁊ mi-
litum collocanda. F

Vnde qꝛ est electa in matrẽ electa est ad
dignitatẽ transcendentẽ oẽm gradũ mi
nistrorũ ⁊ famulorũ. qꝛ rõ materni amo-
ris eius qui fertur in deũ vt in filiũ suũ realẽ.
a nullo alio effectu cuiuscũq; qui non est reali-
ter parẽs dei preter q̃ ab ipsa vnq̃ participa-
ri põt. Nam vt dꝛ ad Hebre. j. Sicut filius dei
Jesus sedet ad dexterã maiestatis in excelsis.
tãto melior angelis effectus quãto differẽtius
nomẽ pre illis hereditauit. qđ nomen est vt sit
vere deus ꝑ grãm vnionis sic ⁊ mater dñi Je-
su gl'iosa maria tanto melior angelus est effe-
cta. quãto pre oĩbus creaturis hereditauit vt
obtineret dignissime matris nomẽ. Vñ ꝓphe-
ta ait. ps. viij. Eleuata est mag. tua sup ce. de⁹.
Magnificentia eñ dei dicta est virgo Maria.
Nã sicut in prima cõditione magnificatus est
deus qꝛ de nihilo tã sublime vniuersum ⁊ tam
sublimes angelos cõdidit. Sic q̃ʒ in reparatio
ne nõ min⁹ magnificatus est. qꝛ de humana na
tura infecta. ꝑdita ⁊ dãnata xp̃m hoĩem ꝓpa-
gauit. ⁊ de muliebri sexu in ordine rõnaliũ ſm
cõem cursum infimo. ⁊ matrẽ sibi. ⁊ toti celesti
curie dedit. In quo quidẽ apparet ꝙ magnus
⁊ excelsus dñs humilia respicit. Et ideo respẽ-
xit hũilitatẽ ancille sue. vt ex hoc eũ magnifi-
cent oẽs gñationes angelice ⁊ hũane. Quia si-
cut magnificẽtia diuine ꝟtutis ⁊ imperiositas
in hoĩe xp̃o resplendet. Sic viscerosa tenera ⁊
materna magnificentia pietatis in xp̃i matre
splẽdescit. Et hoc quidẽ intãtũ q͛ sicut xp̃s spi-
ritualiter est genitus ⁊ cõceptus in corde vniu
cuiusq; beati vel iusti. Sic exemplo naturalis
matris filij dei oẽs in ipsum vt verũ filiũ inar-
descant. Hec aũt matris magnificẽtia ampli⁹
magnificat deũ q̃ omnis creatura alia simul
sumpta. Unde merito eleuata dꝛ super celos. ⁊
super angelos vniuersos. hec ille. G

Decimã excellentiã q̃ dꝛ famulatiõis po
nit sanctus Ber. vbi. s. di. Tot creatu-
re seruiũt gl'iose Marie ꝟgini quot seruiũt tri
nitati. Oẽs nẽpe creature quemcũq; gradũ te
neãt in creaturis. siue sint spũales vt angeli: si
ue rõnales vt hoĩes siue corꝑales vt corꝑa ce-
lestia vel elemẽta et oĩa q̃ sunt in celo ⁊ i terra
siue dãnati. siue beati. q̃ oĩa sunt diuino impe-
rio subiugata gl'iose ꝟgini sunt subiecta. Ille
eñ q̃ fili⁹ dei est ⁊ ꝟginis bñdicte. volẽs vt sic
dicã. pr̃no principatui quodãmõ ꝑncipatũ eq-
parare maternũ. Ipse q̃ deus erat matri famu
labat̃ in terra. vñ Luc. ij. scriptũ est de ꝟgine ⁊
gl'ioso Joseph. Et erat subditus illis. Preterea
hec est ꝟa. Diuio iꝑio oĩa famulant̃ ⁊ ꝟgo. Et
iterum hec est vera. Imperio virginis omnia
famulantur ⁊ deus. H

Undecima excellentia ei⁹ dꝛ succes-
sionis. de qua idẽ sanct⁹ vbi. s. in-
di. Lege successionis ⁊ hereditario
iure toti⁹ vniuersi debet̃ dicẽ ꝟgini
primat⁹ ⁊ regnũ. Quãuis aũt bñdi-
cta ꝟgo p⁹ sit filiũ fuerit nobilior ꝑsona q̃ fuerit
vel futura sit in orbe terrarũ. Tãte ẽt ꝑfectiõis
ꝙ etiã si nõ fuisset mr̃ dei: non min⁹ debuisset
esse dña mũdi. Tamẽ ſm leges q̃bus regitur

mundus.iure hereditario oēm mūdi huius p meruit principatū z regnū.qr filius eius in pri mo instanti sue cōceptionis monarchiā pmeruit z obtinuit vniuersi:sicut pphera testaf di. ps.xxiij.Dñi est terra z plenitudo ei⁹ zc.Ex iure ergo cōceptionis filij dei virgini incūbebat totum illud pcurare z administrare qd extunc filio datū est.vsqz ad etatē legitimā filij iur. sicut ipsius diligens nutrix z tutrix fm q volūt infra.de quo tractatur. C. qñ mult.os.tuto.vti possit.in auc.matri z auie.z ibi Cynus z Bart. ff.de test.tu.l.si qs sub cōditione.z specu.in ti. de tuto.§.nunc dicendū.versi. vt aūt.z ibi Jo. and.in addi.Sequit aūt sanctus Bernardin⁹ vbi.s.Nec tamen est mirū si tam generosa regina administrandi orbē curā omiserit.primo qr femina.scđo qr puella. tertio qr vtrius verecunda.quarto qr paupercula.quinto qr cure filij dei z sue erat totaliter dedicata. sexto qr nō credebat mater dei.nec recipiebat vt orbis domina.sicut nec filius eius q vniū totius orbis.z mores ordinabat.z tamen nō est vt deus agnitus nec vt orbis rex z heres receptus.vñ Joā. j.Ɩi mundus p ipsum factus est.z mundus euz nō cognouit zc.Sciens igit mater in filio vim latentis diuinitatis curam administrandi rēpublicam dereliquit.At vbi honeste poterat.p posse exequebat.sicut pz Jo.ij.q in republice solatium z augmentū vinū in nuptijs postulauit.Ac dolens querebat filiū ne mūdus perdi disset dñm.Quinimo cū filius eius vnicus moreretur in cruce.cū nec vllum habuisset in terris qui de iure succederet ei mater eius fm olatura successit.ac p hoc principatū olm acquisiuit.Successionē aūt hanc nusqz legimus reuocatam.sed diuino munere operante.z gra virginis impetrāte.cernimus expressius elucidari quotidie dū eam dñam z reginā oim pdicamus.De monarchia aūt vniuersi nunqz xpo testatus est eo q sine matris preiudicia nequaqz poterat fieri.Insup nouerat q pōt mater irritare filij testamentū si in sui preiudiciū sit confectum.Item pōt accusare vt iofficiosuz vt pz per glo.in.l.cū filius.ff.de inoff.te.Sequit aūt predictus sanct⁹ cōcludens z di.Et his oībus apertissime claret q mater iesu Maria hereditario iure olm q sunt infra deū hz regalem dominium.z inclytū obtinet principatum. J

Duodecima eius excellentia dr dispensationis.de qua sctūs Ber.vbi.s.ait. A tēpore quo virgo maria concepit in vtero verbū dei quandā vt sic dicā iurisdictionez seu autoritatē obtinuit in oī spūsancti pcessione tpali.ita vt nulla creatura aliquam a deo obtinere grām vel virtutē nisi fm ipsius pie mris dispensationē.Hinc Bern. deuotissimus ait. Nulla grē venit de celo ad terrā nisi trāseat p manus marie.Et Hier.in ser.de assump.inde. In xpo.fuit plenitudo grē sicut in capite influēte.In maria vero sicut in collo transfundente. Vñ Cañ.vij.de virgine ad xpm.Salomon ait. Collum tuū sicut turris eburnea.Nā sicut p collum vitales spūs a capite descendūt in corpus sic p virginē a capite xpo vitales grē in ei⁹ corpus mysticū trāsfundunt.vñ iste est ordo diuinarū grārum deflux⁹ vt prius a deo influāt in xpi aiam benedictā.Deinde in aiam virginis mris.Deinde in seraphin z sic successiue l alios ordines angelorū z sctōrū.Demū in ecclesiam militantē.Cū eni tota natura diuina totum etiā posse scire z velle diuinū intra pginis vterū extiterit clausum.nō timeo dicere q ois efluxus grārū quādā iurisdictionē habuit hec virgo de cuius vtero quasi de quodā diuinitatis oceano riui z flumina emanabāt olm grārū. Reuera maternitas dei hāc in mūdo naturalē iure obtinuit dignitatē vt regina mie sicut pre dictū est merito nuncupet.z hoc pter filij magnificentiā q est rex regū z dñs dñantiū. Reperio nāqz in rege nrō xpo duas dignissimas dignitates videlz q sit eternus deus genitus ab eterno.z eternū pducat.eo q spmsanctū spiret z ipse clausus in virginis vtero in eternitate a deo patre deus generabat eternus. Et in eadē eternitate ipse in ventre matris deū inspirabat z pducebat.Istā filij dignitatē.s.q sit generatus a deo:tā infinito modo virgo bndicta participat vt iesus nō dicat veri⁹ filius dei qz filius pginis.nec maior.nec minor quoad diuinitatem.nec dignior est dei filius in throno paterno sedens vestitus claritate quā habuit añ qz mūdus fieret.qz pannis pauperibus inuolutus.z intra fenū in presepio reclinatus.Et qr beata virgo est mater talis filij que pducit spiritumsanctū ideo ola dona virtutes z grē ipsi⁹ spūsancti quibus vult.quō vult. z quantū quibus vult.qn vult.quō vult.z quantū vult.p manu a ipsius administrant.hec ille. Sed de hac excellentia etiā dicet in.xxj.excellentia. Te

Ertiadecima excellentia eius dr cōsummationis.de qua idē sanctus vbi.s.inqt. Oēs mūdi naturas z pfectiones vltima sua pfectione virgo sacra complexa.Lz eni de⁹ i mūdi creatione nihil pduxerit imperfectū.sz ola pfecta sicut eorū exigebat natura.tñ vltime pfectionis ꝯsummatio vsqz ad partū pginis dilata est.z soli virgini reseruata.Ola nāqz entia vnū ens nobilissimū appetebāt. viuentia vnū nobilissimū viuens. Cōceptiones nobilissimū cōceptū Natiuitates optimū nascibile.Rationalia singularissimū rōnale.Spūalia excellentissimū spūale.Et breuiter oēs creature appetebant vnū quoddā purum creatū.His aūt sic existentibus pfectio.pulsum est mūdo de vna femina sup oēs bndicta q vnico solo partu oībus generibus rerū summā z vltimā pfectiōe

nē adduxit. Aduerte diligēs aīa q̄ hec benedicta puella tātam pfectionem attulit vniuerso q̄ vlterioris pfectiōis nō est capax. Nec deus pōt ordinata potestate ipm̄ pficere vlteriori pfectione. imo si ipe pr̄ vel spūsctūs de femina nascerēt nihil accresceret orbi. Qr q̄cq̄d nobilitatis quicq̄d deitatis. ⁊ quicq̄d eternitatis est totū in orbe diffusum est. ⁊ pductū p virginem in illo eterno supposito qd̄ generauit btā virgo. Nec virgini magnū est q̄ perfectionibus orbis vltimā pfectionē adduxit cū ⁊ ipsi vniuersitatis autori vt ita dixerim nōnulla adduxerit puta eterno principio inceptiōis exordiū. Eternitati diuine tpalē periodū. Infinitati imense quātitatē corporeā. Speciei eterne pulchritudinē nouā p q̄b⁹ scriptū est. Oīs cōsummationis vidi finē q.s. btā v̄go maria. Hec ille. L

Q Uartadecima excellentia ei⁹ dr̄ ofonis: de q̄ inq̄t sanct⁹ Bernardin⁹ vbi. s̄. De carne v̄ginis bn̄dicte ⁊ in pte corpis ei⁹ p̄celsa ɔsistit pficit ⁊ terminat totūr pōd⁹ sacramētoꝝ eccle dei. Certū est em̄ q̄ oīs institutio sacroꝝ ⁊ oīa alia sacr̄a tāq̄ in vltimū finē: ad sacramētū oīm sacramētoꝝ excellētissimū scȝ eucharistie ordinant qd̄ q̄dē sacr̄m cōficit dū panis in corp⁹ xp̄i cōsecrat. qd̄ ipsa v̄go bn̄dicta de suis purissimis sanguinibus generauit. M

Q Uintādecimā excellentiā ponit idē sanctus Bernardinus vbi. s̄. q̄ appellat retributiōis sic dr̄. Sola bn̄dicta virgo maria pl⁹ fecit deo vel tantū vt sic dicā quantū fecit de⁹ toti generi humano. De hoc autē dictū in sexta parte principali ser. ij. parte. iij. S. vide ibi. N

S Extandecimā excellētiam eius q̄ dr̄ incōprehēsibilitatis. ponit idē sanctus vbi. s̄. dr̄. Sicut diuine perfectiōis oī intellectui incōprehēsibiles sunt. sic pfectiōes grāꝝ q̄s v̄go suscepit i cōceptiōe filij dei soli itellectui diuino ⁊ xp̄o ac sibi cōprehēsibiles extiteiūt. ⁊ quidē q̄ de⁹ generaret deū nulla reqrebat i deo dispōcū et ex natura cōueniret vt pvtā intellect⁹ pduceret verbū p oīa sibi equale. Immo impossibile est q̄ nō generet deū ppter suam fecūditatē. sȝ q̄ femina cōciperet ⁊ pareret deum est et fuit miraculum miraculorum. Oportuit em̄ vt sic dicam feminā eleuari ad quandaȝ quodāmodo equalitatē diuinā p quandā quasi infinitatē pfectionū ⁊ grāꝝ. quā equalitatē nūq̄ cratura expta est. Vn̄ credo q̄ ad illā abyssum impscrutabilem oīm charismatū spūsctī q̄ in beatā virginē descenderūt in hora diuine ɔceptiōis intellect⁹ angelicus vel human⁹ nunq̄ potuit attingere. qd̄ declarās angelus gabriel Lu. i. cū ab eo quereret btā virgo dr̄. Quō fiet istud ⁊c. rn̄dit se tn̄ mysteriū ignorare dr̄. Spiritusctūs superueniet i te ⁊c. q̄si diceret. qd̄ a me q̄ris ignoro. sȝ eterno sapie autor q̄ sibi hoc altissimum mysterium reseruauit te per illuminatissimam experientiam edocebit. hec ille. O

D Ecimaseptima eius excellentia dr̄ confirmitatis quā ponit etiā sanctus Ber. vbi. s̄ dr̄. Anima xp̄i. ⁊ xp̄s inquantū homo trāscendit oēm ordinē pure creature nature. Gradus aūt matris ɔformis est ipsi homini in xp̄o cuius humanatio intantū transcēdit oēm ordinem prime ɔditionis. q̄ est oīno extra et supra integritatē ordinis vniuersi. ⁊ pptereа nō potuit ɔtineri ab vniuerso. Sed dignitas maternitatis dei sic operi incarnationis ɔnexa est q̄ oīno aliter nō potuit dari. Unde eccl̄ia ad v̄ginē ait. Quē celi capere nō poterāt tuo gremio cōtulisti. Hinc etiā ipsa beata virgo Eccl. xxiiij inquit. Gyrū celi circuiui sola. Igit huius maternitatis atq̄ m̄ris dignitatis ordo est supra totalē integritatē p̄mi ordinis vniuersi. Et per ɔn̄s supra totalē integritatē angelicoruȝ ordinum atq̄ hierarchiaꝝ. Vn̄ Bern. in quodā ser. ait. O venter capacior celis diffusior terris. latior elementis. qui illū continere voluit quem totus mūdus cōprehendere nō potuit. ⁊ q̄ tribus digitis molem terre appendit. P

D Ecimaoctaua eius excellentia pōt dici tranq̄llitatis de qua inq̄t idē sctūs vbi s̄. Xp̄i filialis aspect⁹ ad m̄rem singularissim⁹ ⁊ amorosissim⁹ ac trāscendentib⁹ esse dȝ. ita q̄ totā celestē curiā simul sumptā p̄ter matrē nō dȝ aspicere sub tali reuerentia. nec sub ordine talis aspectus seu amoris. Quāto aūt dei aspectus altius fertur in aliquē beatoꝝ: tāto fortius et altius p beatitudinē se imprimit illi ⁊ tanto altius suscipit ⁊ conspicit ac acceptat ab eo. Igitur inexplicabile est sub quāta altitudine ⁊ latitudine ⁊ glīe intimitate dei filius se ingerit sue matri. Et consimiliter sub quanta altitudine. latitudine. ⁊ intimiditate suscipitur ab eadē. Tolis aūt dei ad eos fixio glīe in hmōi aspectib⁹ btōꝝ. coꝝ sī quidē glīe sedes est. vn̄ antedictus aspectus dei ad matrem sua regia sedes est. Et eius in eo sessio seu fixio est ei⁹ regalis ⁊ glīosa corona. vnde Hiero. in sermone assumptiōis ait. Nō est in celis sublimior loc⁹ regali solio q̄ mariā morte filī⁹ sublimauit. Q

D Ecimanona excellentia eius dr̄ capacitatis de qua idē sctūs vbi. s̄. ait fȝ Dionysium in regno celoꝝ oīa inferioꝝ dona in superioribus in tanta preexcellentia sunt. q̄ quasi nulla cōparatio est nisi sicut est circunferentia ad suū centrū. Cū ergo beata virgo supra oēm ordinē sit in tantū q̄ se facit ordineȝ incōicabilem sicut predictū est. sequit q̄ sup inferiores oēs ordines tam angeloruȝ q̄ hoīm simul sumptoꝝ. ipsa improportionabiliter est plena. Et quicquid est glīe in omni iferiori glificata natura tā angelica q̄ hūana. ⁊ multo p̄excellētius est in virgine m̄re dei Nec dubiū hoc reddat alioꝝ beatoꝝ multitudo numerosa et ma

gna qr hoc nihil facit ad rē maioris glie essentialis seu substātialis. nā in spūalibus illō magis qd est melius reputat. vnde plus de substātiali glia est in vno seraphin ꝙ sit in oibus inferioribus angelis si ꝑ impossibile fm numeꝝ multiplicarent in infinitū. Sup addendū quoqꝫ est ꝙ nullus inter puras creaturas ordo in celis tantū superat ordinē immediate sibi coniunctū quantū glia matris dei superat omne qd ei inferius est. Et ad hanc intelligentiam manuducere pōt consideratio graduū ⁊ ordinum ecclesiasticaꝝ. Nā quicqd possunt ordines inferiores. pōt etiā sacerdotalis gradus. ⁊ incomparabiliter plus. Sic eps sup sacerdotes. ⁊ pape super epos. Idē quoqꝫ intelligi valet in corporalibus vniuersi. Nam oia superiora cōtinent oia inferiora. ⁊ etiā plus. Et similiter in gradibus glie infinita sapia dei plenissime ordinauit. Nam fm apostolū ad Rom. j. inuisibilia dei a creatura mūdi ꝑ ea q̄ facta sunt intellecta cōspiciunt. i. conspecta intelligunt hec ille. Uigesima eius excellentia dicit. vnionis quā idē sanctus vbi. s. sic declarat dicēs. Quāto beati magis vniunt cū deo: tanto gloriosiores fiunt in eo. Oēs aūt creature simul iuncte non tantū vniunt deo quantū sola btā virgo. R

AD cuius intelligentiā notandū est ꝙ sex sunt ascēsus seu gradus vnionis in deū quibus creature in eū gradatim ascendūt. primus est creationis. scds cognitiōis. tertius dilectionis. quart⁹ glificationis. qntus mrnalis cōceptionis. sextus ꝑsonalis vnionis. Primus aūt vnionis ascensus est creationis. i. ꝑ participationē essendi ꝑ quā entia coniungunt deo vt cause efficienti ⁊ finali. Scds scꝫ cognitiōis fit per vim cognitionis siue intelligendi. per quā intellectualia vniunt deo vt subiecto intelligibili per gratiā fidei qua vniunt ei vt supernaturali credibili. Tertius scꝫ dilectionis fit ꝑ donū gratificātis amoris. per qd vnimur deo tanꝙ amico ⁊ amato. Quartus scꝫ glificatiōis fit per visionē ⁊ fruitionē glorie sempiterne ꝑ quā anima vnitur deo vt obiecto beatificato facialiter viso. Quintus scꝫ maternalis conceptionis factus est in incarnatione verbi ꝑ quā beata virgo facta est mater dei ita vt vna atqꝫ eadē esset caro virginis ⁊ caro xpi nō considerata in xpo diuinitate eius. Sextus aūt scꝫ ꝑsonalis vniōis soli xpo cōpetit. In quolibet aūt istoꝝ existens excedit in infinitū quēlibet alterius inferioris grad⁹. Quia inferior in sua spe infinities multiplicatus superiori equiparari nō valet. qd sic patere pōt. Primū eni patet. qr esse in infinitū excedit nō esse. qr talia infinita nō equiualēt minimo pūcto essendi. Scdꝫ etiā ptꝫ. qr infinita intellectualia itellectu carentia vni itellectui equalere nō possunt. Tertiū etiā ptꝫ. qr infideles ⁊ inimici deo nō equalent vni fideli ⁊ amico dei. Un̄ Prouerb. xvj. scriptū est: Melior est vnus timēs deū ꝙ mille filij impij. Quartū etiā ptꝫ. quicqd dari pōt citra visionē dei non equiualet vni btō qr oia simul sumpta non facerēt vnum beatū ꝙuis ꝑ quāto maior gradus glie. spe ⁊ meritorie ⁊ ꝑ modum seminarij in domo glie cōprehēdat. ⁊ quodāmodo tale donū dici valeat quoad qd excedere inferioris glie gradū. Quintū qꝫ pꝫ nam illa vnio q̄ est ꝑ originalē siue maternalē ꝯceptionē trāscēdit oēs inferiores i infinitū ꝓut in hac vnione siue ascensu includitur maternus amor sibi correspondens vt plenarie consummatus. qr sicut cōis amoris gradus cōsummatur in glia sic matern⁹ dei amor cōsummat i maria. Sextū ⁊ vltimū insup. ptꝫ nā ascensus q̄ est ꝑ personalē vnionē tāte trāscendētie est ꝙ reliq̄ citra ipm infinities mltiplicati nō possent equalere Et loquor ꝓut in ꝑsonali vnione includit btificata intlexio mentis personaliter deo vnite. Ecce ergo ꝙ quintus ascēsus vnionis in deū. s. ꝑ maternalē cōceptionē: i infinitū excedit oēs alios ꝑcedētes. Ex quo manifeste apparet ꝙ quātū in pn̄nti seculo talis vnio excessit alias vniones in grā tantū nūc in paradiso excedit in glia. hec ille. S

UIgesima prima excellentia eius quā predictus sctūs tangit in verbis propositis dr glificationis. vnde etiam alibi. s. sicut excepto xpo tanta grā a dño ꝟgini data est quāta alicui creature dari possibile erat ita data est illi largitas glie. nā in paradiso diuine glorie participatio ceteris quodāmodo ꝑ partes dat. sed fm Bern̄. Beata virgo maria diuine sapie ꝓfundissimam vltra ꝙ credi valeat penetrauit abyssum. vt quātū sine ꝑsonali vniōe creature ꝯditio patit illi luci iaccessibili videatur immersa: hec ille. Qui etiā ait. Sci collocant in celo inter angeloꝝ hierarchias fm merita sua. Aliquis eni collocat inter angelos. alius ꝟo inter archāgelos. qr magis meruit. ali⁹ aūt altius qr plus meruit. Tu ꝟo mr̄ dei dignissima vbi collocata es? An in ꝑma hierarchia vel in scda. vel in terra? Certe nō. sed alti⁹. Data est eni tibi sedes altissima ꝓpe filiū tuū dulcissimū. Et ideo bn̄dicta tu sup oēs mulieres. i. sup oēs creaturas ꝓpter supradicta ꝑuilegia ⁊ innūerabilia alia q̄ tibi tulit dulcissim⁹ filius tu⁹ q̄ sit bn̄dict⁹ in scla sclorum amē. Idem qꝫ sctūs vbi. s. inqt. Dñs ait Jo. xiiij. In domo patris mei māsiones multe sunt. i. fm glosam diuersa ꝑmia meritoꝝ. ⁊. j. ad Coꝝ. xv. dr. Stella a stella differt in claritate. i. btūs ab alio btō in btitudine. Unde est aduertēdū fm Ric. ⁊ Bonauē. in. iiij. di. xlix. ꝙ in btitudine duo cōsideranda sunt. Primo btitudinis obiectū. i. increatū bonū qd extā vnū ⁊ idē ab oibus ꝑticipat. Scdo ꝯsiderāda est ipa dispositio btoꝝ ꝑ quā

illud bonū clare vidēdo ⁊ pfecte diligendo pti
cipant ipm. Ex parte igit̄ obiecti pticipati nul
lus alio beatioꝛ est. sꝫ oēs in glīa sunt equales
qꝛ idē est obiectū ꝙ pticipāt oēs. Sed ex parte
dispōnis btōꝝ. vnus altero beatioꝛ est qꝛ vnus
alio deū clari⁹ videt ⁊ pfectius amat. His igit̄
pmissis notādū est ꝙ imensa dilectio beatoꝛuꝫ
super caput iesu. Iste autē lapis significat in
corruptioneʒ ꝙ fuit in beata virgine sine qua
nō fuisset digna suscipe in se vnguentum pre-
ciosum paradisi.vt em dicit.j.ad Cor.xv. Cor
ruptio incorruptionem non possidebit. Econ-
tra vero dr Sap.vj. Incorruptio facit esse pro-
ximum deo. G

Secūdus lapis dr auripigmētū.⁊ alio no
mine vocat arsenic⁹.auri speciē pretēdēs
in colore. habet virtutē dissoluēdi.attrahēdi
⁊ mundificandi.vt dicitur in lib.de proprie.re
rum. Et significat inter beatam virginem ⁊ io
seph dissolutionem quantum ad carnalem co
pulam.⁊ mundiciam castitatis virtutisq; ac mū
dum ⁊ purum matrimonium cum maxima amo
ris attractione.⁊ quoad ola que ad essentiam
matrimonij requiruntur. de quo satis dixi in
quarta parte principali huius operis sermo-
ne viij. H

Tertius lapis dr adamas de quo dr in li.
de ꝓprie.rerū.ꝙ appellat gēma reconci-
liationis ⁊ amoris. Est autem adamas vt inquit
Isido.xvj.lib.etym.c.de crystallis.lapis indi-
cus duritiei maxime.et valde fortis. qui nulli
cedit materie.nec ferro quidem. nec igni nec
vnꝗ incalescit. Unde a grecis.vis indomita
appellatur. Sed cū sit inuictus ac ferri ignisq;
cōtemptor.rumpitur tamen sanguine hirci cali
do ⁊ recenti.cuius fragmentis sculptores in si
gnandis ⁊ perforandis gemmis vtuntur. que
omnia possent beate virgini conuenienter apta
ri.sed solum vnam assimilationem explanabo
breuitatis causa.⁊ similiter faciam de alijs la-
pidibus.licet ponam diuersas eorum proprie
tates relinquens perspicaci lectori eaꝝ appli-
cationem prout ei videbitur. Sicut ergo ada-
mas nulli cedit metallo seu malleo percutiēti.
ita beata virgo infragibilis stetit in patiētia ⁊
nulli cessit ꝑcussioni. Tacta tñ sanguine cali
do filij sui fuit mollificata ad cōpassionem ⁊ in
teneritudinem resoluta. I

Quartus lapis dr ametistus etiā ipse in-
dicus.ꝗ inter gēmas purpureas obti-
net principatū ꝑm. Isido. vbi.s.⁊ leuiter fundit
ac emittit qualdā flāmas.⁊ valet cōtra ebrieta
tem ⁊ facit vigilem. Et vt dr in li.de ꝓprie.rerum.
valet ad repellendam malam cogitationeʒ.et
ad bonum confert intellectum ⁊ inest ei molli-
cies ad sculpendum. Et sic beata virgo inter
omnes beatos charitate purpureos obtinet
principatum. Nam de illa dicitur Prouer.vlt.
Byssus ⁊ purpura indumentum eius. Ipsa eīs
tota facta est purpura.i.charitas.iuxta illud
Cañ.iij. Ascensum purpureum media chari-
tate constrauit. K

Quintus lapis dr achates. a flumine eiusdē nois existētis in Sicilia. iuxta quē hec gēma prius fuit inuenta. vt dicit Isid. vbi s. Modo autē in pluribus locis inuenitur. Et habet diuersas proprietates s̄m diuersa loca. in quibus generatur que simul collecte sunt. Iste proprie ponitur in lib. de propriet. re. valere enim dicitur ad tempestates auertēdas. ad sistendum flumina ad regum fortunas. ad vitandum pericula. Item dicitur reddere hominem gratum et placentem et facundum acvires conferre. Item visum fouere. contra sitim prodesse. et contra venenum valere. Hanc autem gemmam merito posuerunt seraphin in corona ipsius virginis que super omnes creaturas fuit deo dilecta. atqȝ illi gratiosa. nosqȝ et reddit placidos et gratos. Unde de illa dicere possumus illud ad Ephes. j. Gratificauit nos dilecto filio suo. L

Sextus lapis dicitur albeston. qui etiam s̄m Augu. xxi de ciui. dei. dr assueston. Et vt ait idem Augu. inuenitur in archadia. et semel accensus nunqȝ extinguit. Unde dicit Isi. vbi. s. q̄ apud gentiles in quodam templo veneris erat factum candelabrum in quo erat lucerna sic ardens vt nulla tēpestate nulloqȝ imbre extingui posset. Et similiter lucerna beate virginis fuit inextinguibilis de quo in figurā dixit deus Moysi. Exodi. xxvij. Ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonii corā domino et perpetuus erit cultus. &c. et Sap. vij. dicitur. Inextinguibile est lumen illius O potētes seculi. O principes. O amatores mūdi. quātoto tempore durat lucerna laudum vestrarum Cito lucerna impiorū extinguet. Prouer. xxiiij Lucerna aūt virginea semper perseuerat semperqȝ lucet. nullas patit tenebras. Nunqȝ apud ipsam virginem est nox. sed semper meridies. quia vt dicitur Esa. xviij. Sicut lux meridiana clara est. M

Septimus lapis dicit absictos. de quo dicit Isido. vbi. s. q̄ est ponderosus et niger venis distinctus rubentibus. et calefactus ab igne septē diebus tenet calorem. Et ideo figurabat beatam virginē: que est pōderosa. i. plena diuino amore. Quia vt ait Augu. in lib. confess. Amor meus pondus meum &c. Erat etiam grauida et ponderosa diuine dulcedinis immēsitate. nigra vero humilitate. Unde indē Cant. j. Nigra sum sed formosa. Item distincta est venis rubentibus. i. omnium sanctorum et angelorum amoribus. qui per venas amoris tanqȝ per meatus quosdam feruntur in illā. Iste etiā lapis calefactus igne diuino septē diebus tenuit calorem. i. in omni tempore. Ait enim Gregorius in quodam homelia de magdalena. Quia septem diebus omne tēpus cōprehendit̄ recte septenario numero vniuersitas figurat. N

Post seraphin accesserunt cherubin offerentes septem alios lapides preciosos in corona ipsius virginis. Cherubin autē depinguntur in colore albo. quia vt ait Algazel. albedo causatur ex luci clara et multa in corpore perspicuo. et hoc bene conuenit cherubin eo quod post seraphin sunt viciniores diuine sapientie a qua claritatem maximam recipiūt Primus aūt lapis ab eis oblatus dicit Alabādina. et est gemma sic dicta ab alabanda regione asie. cuius color similis est calcedonio. vt dicit Isidorus vbi. s. s̄m aūt Diascoridē Alabādina est gemma clara et subrussa vt sardius cuius virtus est sanguinem prouocare et augmētare. et hec proprietas optime conuenit beatissime virgini. Nam cum redemptio humani generis nullo alio modo congruentius fieri posset quam per effusionem sanguinis Iesu christi vt probat Paulus ad Hebreos. ix. vbi etiā ait Et sine sanguinis effusione non fit remissio. Beata virgo istum sanguinem prouocauit dū ipsum dei filium ad assumendam carnem humanam induxit. et consequenter ad effundendum sanguinem in ara crucis pro salute mundi Unde Bernar. in quodam sermone ait. Hec est que totius mundi salutem obtinuit et reparationem omnium impetrauit. Constat enim ipsam pro humano genere fuisse sollicitā. cui dictum est. Inuenisti gratiā apud deum. gratiam scilicet redemptionis nostre quā querebas. hec ille. Nos vero contemplari possumus q̄ beata virgo dixit filio illud. Nume. xviij. c. Sanguinē tantum fundes super altare et ipse ait. Hic est sanguis meus noui testamēti qui pro multis effundetur in remissionē peccatorum. Mat. xxvi. et Marci. xiiij. O

Secundus lapis dicit̄ agiristis qui habet colorem argenteum. et dicitur refrenare animorum impetus et iracundias. vt refertur in libro de proprietatibus rerum. Et recitat etiam Isid. vbi. s. in. c. de gemmis aureis et hec etiam proprietas optime cōuenit gloriose virgini. Nam deus adeo erat iratus humano generi q̄ nullius hominis prece flecti poterat. licet sepius propulsatus lachrymis sanctorum patrum. Adam namqȝ vixit nongentis et triginta annis. vt scribitur Genes. v. Semper in sacrificiis et orationibus et diuino cultu clamans et dicens. Parce domine parce. et ne des hereditatem tuam in perditionem Iohelis ij. Cui respondit deus. Non parcam. et non concedam. et non miserebor. Hierem. xiij. Idē quoqȝ orauit Seth filius Adam: qui vixit annis nongētis duodecim. Abel occiditur. et sanguis eius clamat vt misereatur et non est misertus. Noe vir iustus in simplicitate cordis sui exclamauit ad dominum. Similiter et Abraam volens immolare filium. sic Isaac consentiēs im-

molari.⁊ iacob cum duodecim patriarchis fi-
lijs sui. Moyses etiam ⁊ Dauid cum omnibus
prophetis obsecrarunt deum.⁊ tamen eos nō
ꝙ voluit exaudire. de quibus dici potest illud
ps.xvij. Clamauerunt ad dn̄m nec exaudiuit
eos. Ista aūt dulcissima virgo eius iram miti
gauit et humanuʒ genus et reconciliauit per
filium suum iuxta illud ad Col.j. Complacuit
per eum reconciliari omnia in ipsuʒ pacificās
per sanguinem crucis ⁊c. P

TErtius lapis dicit̄ astrion. qui est lapis
indicus crystalo similis. in cuius centro
lucet quasi stella. Sic autem dicitur ab astris
eo ꝙ eis opposita: earum fulgorem rapit. vt di
cit Isido. in.c. de cristallis. ⁊ ponitur in libro de
proprietatibus rerum. Et similiter hanc pro-
prietatem hʒ virgo benedicta. Stelle eñ di-
cuntur oēs boni et sancti. vt declaraui in ter-
tia parte principali huius operis sermone se-
xto in exordio. Quartum stellarum fulgorē iste
lapis id est beta virgo rapit. quia sua sancti-
tas aliorum omnium beatorum sanctitatem
obumbrari in sui comparatione facit. Q

ET ad hoc applicari posset illud Johel.
ij. Stelle retraxerunt splendorem suum.
Quart⁹ lapis dicitur allectorius. de quo dicit̄
in lib. de ꝓprie.re. ꝙ valet ad faciendū hoīem
constantē ⁊ victorē. discretū ⁊ oratorē. ⁊ ad re
formandum amicos. atꝗ sitim extinguit. Has
autem ꝓprietates. ⁊ sitr aliorū lapidū p̄dictorū
⁊ infra dicendorū licʒ recitē vt ab alijs positas
nō tñ ex hoc approbabo nec in omni parte ve-
ras esse credo: sed solū ab alijs descriptas refe
ro. ⁊ aliquas earū ad veras beate virginis ꝓ-
prietates assum. Istius ergo lapidis ꝓprieta-
tes licet oēs habeat benedicta dei mater. vnā
tamen nō minimā hʒ scʒ extinctiōis sitis. Oēs
enim sitim habemus febricitatis eterne. ⁊ tan
ꝙ canes fessi aridā emittimus linguā anhelā
tes ad aquā salutis perpetue quā beata virgo
nobis ꝓpinauit. De qua ipse dicere potest illō
Jo.iiij. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei.
fiet in eo fons aque salientis in vitam eternā.
Ipsa namꝗ ꝓtulit fontē paradisi. i. filium suū
qui aquas gratiarū suarum omnibus sitienti
bus gratis ⁊ abundanter effundit dicēs Esa.
lv. Omnes sitientes venite ad aquas ⁊ que nō
habetis argentū ꝓperate ⁊c. Similiter ⁊ bea
ta virgo nos inuitat ad extinguēdam hanc si-
tim ⁊ ait Cañ.v. Bibite amici mei. ⁊ inebriami
ni charissimi. Hec enim est illa aqua ab ipa
dña nostra nobis ꝓcurata q̄ sola inebriare fa
cit ebrietate perpetua. de qua ꝓpheta inquit
deo ps.xxxv. Inebriabuntur ab vbertate do-
mus tue ⁊ torrēte voluptatꝭ tue potabis eos. R

QUintus lapis dicitur asterida. ⁊ est gē-
ma candida inclusam continens lucem
sicut stellam intus se mouentē. redditꝗ solis
radios candidantes. vt dicitur in lib. de pro-
prie.re. Ex qua figuratur ipsa gloriosa virgo
que fulsit vt stella. vnde de ea predictuʒ fuerat
Nume.xxiiij. Orietur stella ex iacob ⁊c. Reddi
ditꝗ radios solis candidantes. Sol enim iste
est christus qui habet radios igneos quoad di
uinitatem. iuxta illud ad Heb.xij. Deus no-
ster ignis est. ⁊ ideo dr̄ Dan.vij. Fluuius igne⁹
rapidusꝗ egrediebat̄ a facie eius. Sed iste la
pis in se recipiēs hos radios. iuxta illud Job.
xl. Sub ipso erāt radij solis. fecit eos canden-
tes p̄ hūanitatē vñ dr̄ Dañ.vij. Antiquus die-
rum sedit vestimentum eius albū sicut nix. S

SExtus lapis dicitur amatistes: qui vt ait
Isido. lib.xvj. ethi.c.x. si tangit vestē igni
apponendam ignis non appropinquat et in
igne positus non comburitur. ⁊ omnibus ma-
gorum maleficijs obuiat ⁊ resistit. Que proprie
tas virginis immaculate preseruationē a pec
cata significat. Nam vestis vīr dr̄ corpus eius
aūt anima tangens. i. intrans eius corpus qd̄
rōne originis erat igni cōcupiscentie apponē-
dum. ex virtute sibi a deo indita ipsam ab om
ni cōcupiscētia ⁊ igne carnalis voluptatis pre
seruauit. atꝗ ingrediens naturam humanam
peccato originali ignitam cōbusta nō fuit. qn̄
immo illesa penitus in illa permanens omneʒ
magorū. i. demonum maliciā debellauit. T

SEptimus lapis dicitur berillus. qui vt dr̄
in lib. de proprie.re. venit de india. et est
coloris aurei. ⁊ dicit̄ habere virtutē contra pe
ricula hostium. ⁊ cōtra lites facere inuictum ⁊
mitem. ⁊ valere ad bonum ingenium. ⁊ hoiem
magnificare ⁊ amorem coniugalē nutrire. Sʒ
horum determinatione dimissa. vnam solaʒ ꝓ
prietatem eius declarabimus que ponitur in
predicto libro scilicet ꝙ oculos humidos sanat
Si quis ergo ex aliqua humiditate cecitateʒ
incurrerit. virtute huius lapidis visuʒ recupe
rabit. Sicut igitur cecitas vt ait Constātin⁹.
est miserrima omnium passionum: ita iste la-
pis curatiuus cecitatis est maxime preciosus.
Cecitas autem has malas conditiones habet
Primo enim sine vinculo carcerat ⁊ ligat. Se-
cundo iudicium tollit. Unde inquit philoso-
phus. j. Phy. ꝙ cecus iudicat de colorib⁹. Ter-
tio decipit in accipiendo vnum de altero vt ar
gentum pro auro. ⁊c. Quarto transeundo pon
tes vel malos passus cogitur plus credere ce-
cus cani quam sibi: Quinto sepe timet vbi non
est timendum et econtra. Sexto sepe cadit. Se
ptimo nunquam est securus: Octauo aliquan-
do se putat tectum et omnibus est conspicuus
Nono faciem eleuat versus solem. ⁊ a sole nō
illuminatur: nec aliquid videre potest. Deci-
mo si puerum ductorē suū verberat. ab eo pu-
nitur ⁊ deseritur. Licet aūt magna infirmitas
sit cecitas hec corporalis. maior tñ est spiritua

lis. scilicet peccati. Que primo facit animã captiuaz diabolo. quia a quo quis superatus est eius et seruus est. ij. Pet. ij. Secundo iudicium rationis obnubilat sicut de peccato ire dicit. Cato. Impedit ira animum ne possit cernere verum Et de istis duobus malis inquit Boetius in. j. de consol. loquens de anima passionibus inordinatis ceca. Nubila mens est. vinctaq; frenis hec vbi regnant. Tertio talis cecus magis eligit mundi vanitates q̃ celestes eternas diuitias. Quarto plus credere vult latrantibus et susurantibus q̃ dei predicatoribus. Quinto timet vbi non est timendum iuxta illud ps. xiij. Trepidauerunt timore vbi non erat timor. Timet enim offensam hominum et non offensam dei timet mala tẽporalia et non eterna. Sexto sepe cadit in aliquo aliud pctm̃ quo nihil est abominabilius. vt ait Augu. in meditationibus suis. Dicit namq; Gre. immo. Pctm̃ qd̃ p penitẽtiam nõ diluitur mox suo põdere ad aliud trahit. Septimo semper est in periculo dãnationis sciens q si sic moreretur esset dãnatus. iuxta illud qd̃ pctõribus inquit ps. liiij. Descendant in infernum viuentes Octauo scelera sua sũt publica: et ipse cecus credit se non videri. et ab oĩbus signatur digito et non credit nihil enĩ occultũ quod nõ reueletur. Mat. x. Nono orat et non exauditur. quia peccatores deus non exaudit. Joh. ix. Decimo angelum suũ ductorẽ cõtemnit: q̃ non facit fm eius monita. et ille deserit eũ dicẽs illud Hiere. lj. Curauimus babylonem et nõ est curata: derelinquamus eam. vbi glo. ait. Medici sunt angeli. quos a nobis repellimus dum eorum consilio non acquiescimus: qd̃ est intelligẽdũz fm. s. Bonauẽ. in. ij. di. ij. q angelus tunc nos dr̃ deserere q̃ eius custodia non habet effectũ est sine fructu quoad nos. O grandis infirmitas. O maxima egritudo. O misera mortaliũz cõditio. Attẽde et cõsidera vñ optatam possis recuperare salutem. O cece pctõr: quẽ mundanarum voluptatum humiditas excecauit. de qua dicitur Job. xl. Habitat in locis humentibus. s. diabolus. vt excecare possit voluptuosos: Recurre ad medicam q̃ te potest et desiderat perfecte sanare. Ipa enĩ quia multos quotidie sanat cecos. dicere potest illud Job. xxix. Oculus fui ceco. Dic ergo ei. O alta. O suprema. O incomparabilis cherubina. illumina oculos mentis mee. vt aliquando videre merear i patria celesti filiũ tuũ speciosum forma p̃ filijs hoĩz et faciẽ tuã decorã et pulchrã nimis.

Tertio loco throni coronauerunt beatam virginẽ. septem alios lapides preciosos in eius corona imponẽtes. Dicuntur aũt throni sedes equitatis vel sedes dñi. eo q dñs per eos iudicia sua discernat et in eis iudicando sedeat. In ipsis enim singulariter relucet iudicij rectitudo: secundum q ait Dionysius vbi s. et isti depinguntur in colore flauo qui est medius inter rubeum et album et significat rectitudinem iudicij participãtis de iusticia et misericordia equitas enim dicitur mediare misericordiam et iusticiam. Primus aũt lapis dicitur calculus. qui vt dicitur i libro de proprie. rerum est rotundus atq; durissimus. purus et ex omni parte leuissimus. vnde et tactum delectat. Huic autem contrarius est alius lapis q̃ dicitur scrupulus. Est enim asperimus et si inter pedem et calceum inciderit valde nocet. et ab eo saxa dicuntur. scrupea. i. aspera vt ait Isid. xvi. li. etym̃. c. iij. Hic autem calculus significat purissimam virginem mariam. que est leuissima inquantum nunq̃ habuit aliquod põdus peccati. rotunda. quia totum orbem gyrat sua misericordia. iuxta illd̃ quod ipa ait Eccli. xxiiij. Gyrum celi circuiui sola. Est autem durissima demonibus: sed mansueta hominibus vnde ei cauit ecclesia. Uirgo singularis inter omnes mitis. Ei autem est contrarius scrupulus. i. diabolus qui insidiatur calcaneo eius. vnde dixit deus ipsi demoni. Gen. iij. Inimicitias ponam inter te et mulierem et semen tuum ac semen illi⁹. et tu insidiaberis calcaneo ei⁹. x

Secundus lapis dicitur sardonicus siue sardonix: qui vt dicit Isid. xvi. etymo. et ponitur in lib. de proprie. re. constat ex tribus coloribus Nam niger est in imo candidus in medio et rubeus quasi minium in supremo. Item hec sola gemma in sigillando de cere substantia nihil euellit. Inuenitur autem apud arabes et indos et luxuriam repellere dr̃. ac valere ad humilitatem et pudicitiam. Huius autem lapidis proprietas dñe nostre corone optime conuenit que fuit nigra in imo per humilitatem iuxta illud Cant. j. Nigra sum et c. sed candida in medio: per puritatem mentis et carnis virginitatem. iuxta illud Eccli. xlviij. Pulchritudinem candoris eius admirabatur oculus et c. Itẽ rubea in supremo per feruentem charitatem iuxta illud Prouerb. vltĩ. Purpura indumẽtum eius. Purpura enĩ rubeũ habet colorẽ Itẽ ipsa sola bñdicta virgo generando filium: nihil de pcti corruptiõe accepit. Et docet suos deuotos eẽ castos in corporib⁹. hũiles in cordibus et pudicos in morib⁹. Recte ergo figurat p gẽmã sardonicã. de qua dr̃. Job. xxviij. Nec lapidi sardonico preciosissimo. Ipsa enĩ est preciosissima nobis vtilissima gẽma. y

Tertius lapis dicitur carbũculus. qui est preciosissimus. sic dictus q̃ lucet vt carbo ignitus. et lucet in tenebris adeo vt flãmas ad oculos vibret vt ignis. Color eius est igne⁹ et cãdidã hrẽ venã. et a grecis dr̃ antros. a vulgo rubinus. a qbusdã balagius. Sed sunt diuerse species carbunculi. quarũ. xij. assignat Isid. li.

xvj.etymo.c.xiij.et gignitur in libia secūdū eundem. Hic autem lapis significat beatissimam virginem: que nobis peccatoribus lucet in nocte huiꝰ vite.et mittit ad oculos nr̄i intellectus radios suos nos illuminātes. Candidā ꝗ3 habuit venā.q2 mūdo lacte de celo misso i sua vbera filiū suū portauit tā lucis vena. Huius etiā sunt.xij.species.q2 ipsa.xij.aplis doctrinā dedit de filio suo.et taliter eos illuminosos fecit. vt postea p vniuersu3 orbē discurrētes radijs veritatis corda mortaliū illustrarēt. Z

Quartus lapis dr̄ chrysopassus q venit de ethiopia: quē lux celat.et pdit obscuritas. De nocte eni est ignē de die aūt aureꝰ. vt ait Isid.vbi.s.et ponit in li.de pprie.re. Recte igit hic lapis ponit in corona vginis vt significet q ipsa genuit eū qui p chrisopassu3 figurat.s.dnm nr̄m iesum xpm: quē lux inaccessibilis claritatis sue diuine celat ab oculis mortaliū iuxta illud qd ipse ait Exo.xxxiij. Non videbit me hō et viuet. Deū eni nemo vidit vnq3 Joh.j. Sed in nocte huiꝰ terrene vite passibilis est visus et cognitus in nostra infirmitate ac vestitu hūana carne.vn dicebat aplo thome. Uide manus meas etc.et sequit. Quia ego ipse sum. Johan.vlti. A

Quintus lapis dicitur calcedonius. qui figurat beatam virginem ratione generationis.quibꝰ vt dicit Isid.vbi s.superno imbre generatur. Et silr ipsa btā virgo fuit generata superno imbre.i.diuina grā cooperante scilicet p miraculū ex sterilibus parentibus sicut legit in historia de natiuitate eiꝰ. De hac autem generatiōe fit mentio Apo.xxi.vbi dr̄. Fundamentum tertiū calcedonius. Tria enī sunt humani generis fundamenta. Primū est gratia.sicut in his qui pducti sunt immediate a deo.vt Adā per creationem.et Eua per miraculū de costa.quod totu3 fuit ex grā liberali Secūdū fundamentu3 est natura: sicut in his qui producuntur per viam generationis absq3 miraculo: sicut omnes cōmuniter generantur hoies. Tertium vero est mixtū ex grā et natura sicut in his qui producti sunt p grām de parētibus sterilibus.et sic fuit beata virgo.et io ipsa fuit calcedonius habens tertium fundamentū. Dicitur etiā calcedonius ratione inuentionis. Nam vt ait Isid.vbi.s. Ad repercussum lune plene inuenitur. Quasi enim plenitudo lune.i.plenitudo gratie fuit quādo beata virgo nata est et mater saluatoris inuenta. Propter quod inquit apostolus ad Gala.iiij. Ad vbi venit plenitudo temporis: misit deus filium suum factum ex muliere etc. Item dicitur calcedonius ratione colorationis.quia calcedonius pallido colore est coloratus. Pallor autem conuenit timenti quia timentes palescūt Item conuenit abstinenti.vn abbas Isaac de lyria in suo lib.de vita solitaria siue monastica ait.q decor monachi est pallor: et macies. Quod autem beata virgo habuerit pallorē et motus patet Eccli.xxiiij.vbi ipsa appellatur mater timoris. De abstinentia vero eius satis dixi.in.iiij.parte.ptin. huius opis.sermōe.iij. parte.iij. Et sit.. de dono timoris eius in eadē parte sermōe.vj.pte.v. Dicit etiā calcedonius rōne vigoris.quia vt dr̄ in li.de proprie.re. hic lapis sculpture resistit. Nam tante soliditatis est vt non sit susceptiuus incisionis et extranee susceptionis. Et similiter btā virgo nulliꝰ carnalis impressionis seu corruptionis susceptiua fuit quia virgo ante partum in partu et post partum extitit. Dicit autem Diasco.vt recitatur in li.de proprie.re.q iste lapis valet ad vicendas causas et contra illusiones demonū. Que pprietas cōuenit gloriose virgini q aduocādo pro nobis apud deū nos vincere in omni causa facit.et cōtra demonū impugnationes et illusiones defendit. B

Sextus lapis dr̄ chrysolitꝰ veniēs de ethiopia.de quo dr̄ in li.de pprie.re.q lucet vt aurū: et q terret et fugat demones et iuuat cōtra timores nocturnos.et cōfortat intellectum sm Diasco.que oia cōpetūt btē virgini. Itē ibidē dr̄ q iste lapis melancholiā minuit aut depellit. Est aūt melancholia hūor spissus et grossus et fece et turbulentia sanguinis generatus.et dr̄ a melan: qd est nigrum.et choli qd est humor. vnde melācholia dr̄ niger humor.et a phisicis cholera nigra appellatur.cuiꝰ sunt plures mali effectus. Primo eni istā cholerā nigram habētes semp tristes sunt sine cā alia ab ipsa cholera. Vn interrogati q̄re sic tristētur: respōdent se nescire. Scdo vt dicit galienꝰ. mortē timent plus q̄ debēt.q2 fumꝰ melācholie occupat cerebrū. Tertio sine causa plangūt. Quarto pertinaciter tacent. Quinto se putāt pluris esse q sint. Sexto melācholia infirmitates incurabiles facit. Septimo difficilis est cognitionis.de qua infirmitate fit mētio in.l.i.§.ff.de edili edi. Contrarios aūt effectus habuit beata virgo. que primo semp leta fuit pre conscientie serenitate dr̄.cu3 aplo.ij.ad Cor.i. Gloria nostra hec est testimoniū conscientie nostre. Secūdo mortem non timuit transitura ad vitam infinitam plenam gloria. Unde dicebat cum eodem apostolo. Mihi viuere xp̄s est.et mori lucrum. Ad philip.i. Tertio pepit eū q cām fletꝰ abstulit. vn Aug.inqt. Eua lachrymas. Maria gaudiū in vētre portauit. Quarto non tacuit pertinaciter.sed cito respondit. Ecce ancilla dni. Luc. primo. Quinto non se putauit pluris esse. sed se vilem reputauit di. Respexit humilitatem ancille sue. Sexto semp fuit sana et fortis. De ipsa eni sola dr̄ per excellentiam Prouer.vlti. Mulierē fortē qs inueniet? Septimo fecit deū

nobis cognoscibilē ꝛ habitu carnis silem no-
bis. Cōgruit ergo hic lapis corone virginis q̄
fuit plena leticia ꝛ nō melācholia. ꝛ que ipam
a nobis melācholiā expellit. ꝛ leticiā atq̄ exul
tationē animis nostris infundit. ꝛ ppter hoc
appellat leticia israel Judith. xv. Unde quili
bet eius deuot⁹ pōt illi dicere illud ps. iiij. De
disti leticiā in corde meo. C

SEptim⁹ lapis dī chelidoni⁹. cui⁹ due sunt
spēs. Aliq̄ eñ celidonij sūt nigri. ꝛ alij ru
fi. Chelidoni⁹ niger vt dī in lapidario: ꝛ in lib.
de ppꝛ. re. facit ꝯ nociuos hūores ꝛ febres ꝛ lo
tus aq̄ sanat oculos. Rufus aūt vt dī in locis
p̄allegatis iter alias ppꝛietates valet ꝯtra anti-
quum dolorē ꝛ cōtra insaniā ꝛ cōtra lunaticaz
passionē. Lunatici aūt dicunt illi q̄ incremētū
lune ei⁹ decremētū timēt: ꝛ maxime in capite.
Corpora eñ nostra subiecta sunt corporib⁹ ce
lestib⁹. vt dī. Alber. in suo itroductorio i astro
logia. Et cerebrū maxime patit ex influētia lu
ne. Huic aūt b̄ndicte virgini luna nō est dña-
ta. sed ipsa illā hz sub pedib⁹ suis Apo. xij. Itē
et oia corpa celestia obediūt sup quib⁹ est exal
tata. Unde ipsa p̄dixerat illud Esa. xiiij. Sup
astra celi exaltabo solium meum. Et ideo me
rito est chelidonio coronata. D

IN scda quoq̄ hierarchia dicunt eē tria
loca triū colorꝫ fm ꝯditiōes triū ordinū
angelorꝫ. Prim⁹ loc⁹ dī purpure⁹. i q̄ sūt dñatio
nes. Color aūt purpure⁹ pl⁹ hz de rubedine q̄
de albedine ꝛ plus hz de albedine q̄ de nigre
dine. ꝛ inuenit in q̄busdā cōchulis marinis p
modū guttarū sanguinearꝫ que addite colori
rubeo acuūt illū colorē vt ait Isid. xix. Ety. c.
de tincturis. Et hec color cōuenit ordini dña
tionū q̄ vt ait Dio. vbi. s. suadēt ꝛ istruūt nos
deponere seruilē timorē ꝛ totaliter in deū fer-
ri. Et iō ꝯgrue describunt in loco purpurei co
loris. q̄ acuit rubeū. i. acuit sanguinē spargen-
dū pro xp̄o. vt nō timeam⁹ eos q̄ occidūt corp⁹
Mat. x. Iste aūt dñationes ponunt sepiē lapi-
des p̄ciosos in corona virginis. quorꝫ primus
dicit Crystallus. qui ex aquis vertitur in gla
ciem. ꝛ ex glacie multi tpis verti in lapidem
durū. ꝛ tritus ac cū melle potat⁹ vbera replet
si ex causa calida lac sit amissum. vt ait Dias.
ꝛ ponit in lib. de ppꝛie. re. Qd aūt crystall⁹ ge-
neretur ex aqua probat Ari. in lib. meta. ꝛ Gre
go. in mora. de scriptura sacra expressam men
tionem facit. Eccli. xliij. di. Flauit aquilo ꝛ cō
gelauit crystall⁹ ab aqua. Iste aūt lapis conue
nit beate v̄ginis corone in signū q̄ ipsa fuit in
multitudine aquarū. i. tribulationū de quib⁹
dixi in. x. parte principali hui⁹ operis sermo. i.
Unde poterat dicere cū ppheta ps. lxviij. Sal
uum me fac de⁹ qm̄ intrauerunt aque vsq̄ ad
aiam meā. Sed ipsa ipsis aqs facta est magis
forma solida ꝛ dura. i. cōstās qꝛ diuine in om-
nibus se cōformabat volūtati. Item ex aquis
generata est. i. multitudine ac plenitudie gra
tiarꝫ cōstipata ꝛ ornata. Ipsa quoq̄ vbera scīe
matris ecclie in quib⁹ defecerat lac ex nimia
caliditate persecutiōis. repleuit lacte doctri-
ne p educādis pueris. i. nouellis in fide. vnde
dicere pōt cū aplo. i. ad Corꝫ. iij. Lac vobis
potū dedi non escā. Oēs ergo debemus illud
lac mellifluum ꝛ suauissimuz degustare. iuxta
illud. ij. Pet. ij. Quasi modo geniti infantes lac
concupiscite. E

SEcundus lapis dicitur ceramus habēs
colorē ceruleuz. ꝛ inuenitur in germania
alter autem inuenitur in hispania. rutilans
vt flamma. ꝛ vterq̄ cadit de locis tonitrui. et
dicitur contra vim fulgurum opitulari. vt ait
Isid. xvi. Ety. c. xiij. ꝛ ponitur in lapidario. ꝛ in
lib. de propꝛie. re. vbi etiam dicitur q̄ valet in
pretijs vincēdis. ꝛ ad dulces somnos. O stul-
ti. o populares. qui vota facitis solum aquib⁹
sanctis. credētes q̄ hi soli habeant autoritatē
contra grandinem ꝛ tonitruū ꝛ celi sagittam.
Uerum est q̄ ipsi possunt iuuare. sed non sine
virgine benedicta. Sagitta celi est pestilētia.
fames bellum. infirmitas. ꝛ casus repentinus
ac omnis aduersitas. de quibus inquit Deut.
xxxij. Inebriabo sagittas meas sanguine. et
Dauid secūdi Regum. xxij. de ipsis ait. Misit
sagittas suas. ꝛ dissipauit eos. fulgura multi-
plicauit. et conturbauit eos. Si vis ergo ab
his sagittis liberari. recōmēda te deuote btē
virgini. Et tunc verificabitur in ea illō ps. xc.
Scuto circundabit te veritas eius. non time-
bis a timore nocturno. A sagitta volāte in die
a negocio perambulante in tenebris ab incur
su ꝛ demonio meridiano. Si vis etiam habe-
re victoriam in prelijs cōtra quoslibet hostes
ad ipsam victoriosissimam dominam recurre.
ꝛ sperare poteris ab oipotente assuturā victo
riā. ij. Mach. xv. Faciet quoq̄ te habere dulcis
simum illū somnū de quo dicit ps. cxxvj. Cū de
derit dilectis suis somnū ecce he. dñi filij mer
ces fructus ventris. F

TErtius lapis dicitur corallus. de quo di
cit Isid. in. c. de gēmis rubeis q̄ nascitur
in mari rubeo. ꝛ q̄diu tegitur aquis lignū est
sed statim quando extrahitur ꝛ tangitur aere
in lapidē indurat. sunt aūt rami ei⁹ sub aqua
candidi. ꝛ molles ꝛ extracti cū rhetibus rube
scunt ꝛ lapidificant. Quāto aūt apud nos pre-
ciosior est indica margarita. tanto p̄ciosior est
corallus apud indos. vt ait idem Isido. vbi. s.
vbi etiam ait q̄ magi hūc dicūt resistere con-
tra fulmē. ꝛ idem etiā dī in lapidario. ꝛ in lib.
de ppꝛie. re. scriptū est. Ipsius. s. coralli est mi-
ra ptās. Fulmina typhones. tempestatesq̄ re
pellit. Est autē duplex scilicet albus ꝛ rubr9. ꝛ
nunq̄ vltra semipedem longior iuenit. Ru-

sanguinē vomētibus.⁊ dissentericis singulare presidiū est habet etiā virtutem cōtra venenū ⁊ serpētis morsum. Sed de his ꝓprietatibus. q̄ omnes ponunt in preallegato li. ꝓprietatū. rerū.⁊ singule pñt btē virgini applicari solum dico ꝙ sicut serpens antiquus momordit protoplastos pctō superbie q̄ est initium oīs pcti. vt dicitur Eccli.x. Ita iste lapis diuinus lanauit eos.i. beatissima virgo sua humilitate. immo etiam ipsum serpentem cōtriuit. Unde beda in quadam homelia inquit. Decebat vt sicut serpentis morsu Eua corruit. ita serpentis interitu per mariam resurgeret. Sicut aūt ex superbie radice oīa vitia nascunt. sic ex fonte humilitatis oīa bona generant.⁊ iō curata plaga.⁊ interfecto serpēte sanguis pctōrū restringit. et effluere cessat virtute huius lapidis. Sāguis in quā ille de quo indit deo ꝓpheta Dauid ps. l.vi. Libera me de sanguinibus.⁊c. R

Tertius lapis dicit electropia.⁊ est gemma viridis. guttis puniceis aduentis sanguineis superspersa. Que si ponat in aqua radijs solis opposita. eam ebulire facit. et aquā in vase positam resoluit in nebulam. et post paululū resoluit in guttulas pluuiales vt dicitur in dicto li. de ꝓprie.⁊c. vbi etiam sic habetur Hec gēma videtur posse facere mira. Nam posita in pelui in aqua clara radios solis mutat: ⁊ ex aeris repercussione obūbrare videtur radiorū solarium claritatē.⁊ quendam inducere in aere sanguineum colorē ita vt quandā solis eclypsim facere videat. Et propter hoc electropia.i. solis auersio nuncupat.⁊ hoc expresse dicit Isi.⁊ Dia. et in lapidario dicitur Ex re nomen habens est electropia gēma. Que solis radijs in aqua subiecta bacillo. Sanguineum reddit mutato lumine solem. Eclypsimq̄ nouam terris effundere querit. ⁊c. Et dicit Isi. ꝙ p hoc manifestatur incātatorū ⁊ magorū stulticia q̄ in suis prodigijs gloriantur. Illudunt eñ hoim aspectus in his q̄ operant sicut facit gemma supradicta hec ille. Hec aūt gemma figurat beatam virginem mariā q̄ quasi palliauit diuinitatem hūanitatē ⁊ potentiā infirmitate.⁊ sic sol diuinitatis xp̄s quasi obscuratus induit sanguineum colorē in colūna.⁊ in cruce qñ exiuit de corpore eius sanguis p̄ciosus. Et de hoc tangit Eccles.xij. vbi dr Tenebrescat sol ⁊ lumē ⁊ reuertant nubes post pluuiam. Et Johel.ij. Sol vertetur in tenebras:⁊ luna in sanguinem. O

Quart⁹ lapis dr enidros. qui dr in li. de ꝓprie.⁊c. semp desudat ⁊ emittit lachrymas. nec tñ liq̄scit aliquo mō. nec fit minor. vñ in lapi. canit. Perpetui flet⁹ lachrymis distillat enidros. Qui velut ex pleni fontis scaturigine manat. Hec autem gēma figurat virginem piissimā. Quis eñ curare poterit continuum eius fletum. amaras eius lachrimas. suspiria gemitusq̄ de morte filij sui. q̄n eum videbat in cruce agonizātem ⁊c. de quibus satis dixi in .x. parte principali huius opis sermo.j. Licet aūt multū plorauerit iuxta illud Thren.j. Plorans plorauit in nocte.⁊ lachryme eius in maxillis eius. tñ eius patientie virt⁹ aliquo immimuta. nō fuit. q̄ semp volūtatē suā cū diuino bñplacito cōformauit. Uñ de illa dici potest illud ps. lxxxiij. Ascēsiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum in loco quem posuit. P

Quintus lapis dr epistites. de quo dr i li. de ꝓprie.⁊c. ꝙ est lapillus rutilās ⁊ rubicūdus q̄ opposit⁹ igne ⁊ radios emittit. et si in aquā feruētē fuerit pieci⁹ cessat eius ebullitio. et post modicum frigescit. vt dicit Isi. et Diasco. Item dicitur coercere locustas ⁊ volucres.⁊ nebulas nociuas ac grandines a fructibus terre. Et similiter btā virgo existēs iuxta solē iusticie filiū suum tres radios emittit. Primū cōtra locustas q̄ saliendo parum eleuātur a terra:⁊ significāt auaros q̄ q̄si vipere repant sup terrā.⁊ oīa deuorare volūt sua auiditate iuxta illō Deut.xxviij. Locuste deuorabunt oīa. Sed btā virgo radio suo illuminās auaros ipsos ab illa auiditate liberat. vñ de ipsa dici potest illud Exod.x. Flare fecit ventum ab occidente vehemētissimum.⁊ arreptam locustam piecit in mare rubrū ⁊c. Scōm radiū mittit cōtra volucres.i. superbos. q̄ alte volare nitunt. et eos deijcit ad humilitatē iuxta illō Eccli. xxij. Mittēs lapidē in volatilia deijciet ea. Tertiū radiū mittit cōtra luxuriosos.⁊ facit frigidam aquam que prius feruebat igne luxurie. Q

Sextus lapis dicitur exacolliceros. qui inuenit in libia.⁊ est distinctus .xl. colorib⁹.⁊ ideo tale nomen accepit. atq̄ oculos aspiciētis hominis facit tremulos. vt dicitur in li. de proprie.⁊c. q̄ propietas etiam ipsi bñdicte virgini cōgruit. Nā q̄ deus conquerebat ꝙ quadraginta annis offensus fuerat a generatiōe hac ps .xciij. iō virgo btā quadraginta diebus post filij resurrectionem assidue orauit deum pro pctōribus tāq̄ pia mr Act.j. et isti quadraginta dies fuerūt quasi quadraginta colores istius lapidis preciosi. Hic q̄ lapis virgineus oculos mentis facit tremulētos: q̄ nemo tantij ingenij est q̄ recte intueri possit ipsi⁹ virginis dignitatē. Possum⁹ ergo tremere sꝫ ad plenū intelligere nequimus. R

Septimus lapis dr gagates. q̄ primo in sicilia i gagāte flumine fuit repertus et ab eo nolatus. de quo dr in. li. de ꝓprie.⁊c. ꝙ incēsus odore suo serpētes fugat demoniacosq̄ ꝓdit.⁊ demonib⁹ cōtrarius esse putat. Itē virginitatē ꝓdit fm Diasco. q̄ ait ꝙ aqua ei⁹ dibita si bibēs est virgo nō vrinabit. Si nō est virgo statim vrinā emittet etiā cōtra volūtatē suā. Itē

hec gemma vt in dicto li. dicitur, attritu digitorum calefacta paleas leues sibi appositas attrahere cõsueuit. Itẽ potata cõfert hydropicis q: noctuũ cõsumit humorem. ⁊ dr cõfortare epar. Itẽ eius puluis appositus dẽtibus roborat debiles et laxatos. Item multũ dicit̃ valere cõtra fantasmata ⁊ nocturnas demonum vexatiões. Item dicit̃ sedare dolores ventris qñ stomachus patit̃ casu aliquo subuersionẽ. Itẽ valde accelerat partum ⁊ adiuuat parturientẽ. vt dr in lapidario. De hoc etiam lapide dicit Isid. ꝙ in aqua accenditur. in oleo vero extinguitur. qḋ est mirum. hec ille. Licet ista sint mirabilia: tamen mirabilior est virgo benedicta. ⁊ ideo per hũc lapidẽ preciosum est significata. Nihil enim vnꝗ̃ mirabilius fuit q̃ ꝙ ipsius virginis corpusculum tam breue cõtinuerit totum deũ. totã dei potentiam: totãq; eius sapientiam ⁊ clementiã. Immo continuit oẽs creaturas. q: quod cõtinet vas etiam continet vinum vasis. Virgo igitur continens deum in quo sunt omnia: consequenter cũ creatore continuit omnia creata. O igit̃ admirabilis femina que deum peperit. filiũ lactauit virgo. ⁊ in vtero tenuit cuncta tenentem. tulitq; in brachijs omnia ferentem. Item ipsa produxit virginitatem. quia deus non elegisset corruptam in matrem. Item fugauit fantasmata ⁊ illusiones demonum. q: peperit eũ qui destruxit oĩa templorum idola. ⁊ eiecit diabolum de mundi principatu iuxta illud Joh. xij. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Recte igit̃ hic lapis ponitur in corona virginis q̃ in aqua accẽditur. quia in tpe tribulationis tanꝗ̃ bona aduocata ꝑ nobis feruentius orat. In oleo vero extinguitur: quia tpe ꝓsperitatis ad illã non recurrentes illius adiutorio priuant̃. S

Tertius loc⁹ istius hierarchie dr cimbrij coloris. q̃ a vulgo appellat̃ sanguis draconũ. Dũ eñ elephãtes iplicant̃ cõtra dracones: irruunt ipsi elephantes super eos. atq; ipsos dracones obruunt. quorum fusus cruor terram inficit. fitq; pigmentum quicquid terram tinxerit. Iste autem color congruit ordini potestatum. Ptãtes nãq; dicuntur q: maligni spiritus eorũ potentia coercentur ne tãtũ noceãt quantum cupiũt. vt dicit Diony. in li. de angelica hierarchia. Bene ergo in colore cimbrij diademata sua colocãt q: sunt quidã quasi elephãtes qui serpẽtes malignos humani generis hostes interficiunt. Quare in signũ victorie loca sue stationis rubricata dicuntur. Hi aũt sit̃r in corona virginis ponũt septem lapides preciosos. Quorum primus dr galactides qui habet colorem cinereũ ⁊ est gustu suauis. ⁊ si attritus fuerit quodam lac de se emittit. vt dicit Isi. Hic lapis in ore clausus turbat mentem. et circundant⁹ collo vbera lacte replet.

Et similiter beata habere dicit̃ colorem cinereum ratione humilitatis ⁊ est tota dulcis ac suauis ⁊ si atterat̃ ꝑ frequẽtẽ inuocationẽ. vel in collo. i. in corde alliget̃ ꝑ deuotionẽ replet lacte. i. spũali cõsolatione. Si autem quis eum in ore posuerit. mentem eius turbabit. quia si quis de ipsa gloriosissima virgine loqui voluerit. quid de illa sufficiẽter dicat penitus ignorabit. Nam vt Hierony. in sermone ad Eusto. ait. Quicqḋ humanis dici põt verbis minus est a laude virginis. T

Secũdus lapis dr heraxipẽ. q̃ vt dr in li. de ꝓprie. re. est niger. sed superat ꝟtutẽ colorẽ de quo etiã dr i lapidario ꝙ dilectũ reddit ⁊ amabilẽ eũ super quẽ est. Et sit̃r btã virgo maria nigra ꝑ humilitatẽ. suꝑauit virtute humanã cõditionem. q⁹ eñ dei mater sit effecta maius est q̃ cõprehendere possit mens humana. Ipsa quoq; si dilexerimus eam faciet nos deo dilectos ⁊ amabiles. Vñ dicere põt illud Joh. xiiij. Qui diligit me diligetur a patre meo. i. a deo q̃ est pater noster per creationẽ. ⁊ btẽ virginis per singularem electionem. V

Tertius lapis dr Jaspis q̃ est viridis coloris. ⁊ dr reprimere febres ac hydropisim in his q̃ gestãt ipm caste. ⁊ adiuuare parturientẽ ⁊ fugare fantasmata ⁊ inter pericula facere hominẽ tutũ atq; interiorẽ refrigerare ardorẽ. et fluẽtẽ cõpescere sanguinẽ ac sudorẽ ⁊ luxuriam cohibere. vlcera q̃; inueterata sanare. ⁊ sordes oculorum purgare ac visum acuere ⁊ confortare atq; maleficijs ⁊ incantationibus resistere. ⁊ tot credit̃ habere virtutes quot habet diuersas venulas ⁊ colores. vt dicit Diasco. et ponitur i li. de proprie. re. Quas omnes ꝓprietates habet btã virgo. sed solum declarabimus quõ curat hydropisim ⁊ sanat oclos acuens visum. Hydropicus eñ. i. auarus semꝑ sitit. ⁊ oculos suos nũꝗ̃ satiat. sed semper aliena desiderat ⁊ cõgregare maiores diuitias anhela. Unde autor astrolabij inquit. Hydropico simul nũꝗ̃ satiatur auarus. Ex lucro lucri multiplicando sitim. Hanc aũt infirmitatem curat beatissima virgo suo exẽplo. q: semꝑ pauperrime vixit. et ꝓpter hoc diuitijs spiritualibus a deo repleta fuit. Unde Lu. j. cecinit. Esurientes impleuit bonis ⁊ diuites dimisit inanes. De ipsis aũt hydropicis sic curatis ab hoc lapide ꝑcioso diuino dici põt illud Sap. xj. Data est illis requies de lapide. X

Quart⁹ lapis dicit̃ hyacinthus. q̃ vt recitat̃ in li. de ꝓprie. re. est mirabilis virtutis. quia aeri maxime se conformat. vt in nubilo sit nubilus. ⁊ in sereno sit serenus. Et istius virtus est conferre leticiam ⁊ contrariari melancholice qualitati est enim confortatiue virtutis. Resistit etiã diuersis pestilentijs que solent in aere sepius generari. Vigorem etiã da-

membris vegetat neruos.et dulcem ac salutiferum dat soporem. Item veneno obsistit. et toxico contrariatur fm Diasco. Has autem ꝓprietates omnes beatissima virgo habuit. Sed solum dico ad presens dico ꝙ ipsa tpe nubilo nubilosa fuit.s. tpe passionis filij sui.et tpe gaudij gauisa ē.declaraui in.x.parte p̄tin.huiusmodi operis.ser.ij. Ipsa quoqꝫ mundo leticiam contulit per suum benedictum partum. De quo angelus ad pastores ait Lu.ij. Annūcio vobis gaudium magnum ⁊c. Y

Quintus lapis dr̄ iris.q̄ p̄mo in arabia iuxta mare rubrū est inuēt⁹.nūc aūt i plurib⁹ locis inuenit̄.s.in germania et hybernia.et in multis regiōib⁹ aqlonis. Est aūt in colore per spicuus et crystallo sitis. vt dicit Isid. Et dicit̄ iris per sītitudinē arc⁹ celestis:qꝛ percussus sole sub tecto spēs et colores arcus celestis in proximos parietes oppositos representat. Et inter ceteras virtutes tollit dolores parturientis. Unde in lib.de ꝓpꝛie. re. fit dr̄ de illo. Hic lapis vt fert cooperat parturiēti. vel:vt citius pariat. vel saltē vt dolorē partus facilius sustineat.et non tantum de periculo pertimescat Recte igitur hic lapis ponit in corona ꝟginis vt significet ꝙ licet cōis maledictio data fuerit mulieri a deo. Gen.iij. vbi ait. In dolore et erūna conceptus tuos paries. ipsa tamen virgo ab ea fuit exempta. Unde illi canitur. Gaude qꝛ deo plena peperisti sine pena cum pudoris lilio. Item alias mulieres a cruciatu et periculo partus liberat.si ad eius auxilium deuote recurrant. Unde cuilibet earum que sine periculo filios peperunt eiusdem virginis interuentu.ipsa potest dicere illō ps.lxxx. Inuocasti me et liberaui te. Z

Sextus lapis dicit̄ iena. de quo sic dicit̄ i lib.de ꝓpꝛie.re. Iena est gemma q̄ si sub lingua hois fuerit posita ipsum dicunt predicere plurima futura vt dicit Isido. et Lapi.hec ibi. Hic igitur lapis merito in virginis corona collocat̄.que sup oēs ꝓphetas de futuris predicere sciebat.qꝛ lapidē istū.s.spiritus sancti dictatum cōtinue sub lingua deferebat. Uñ dicere poterat cum ꝓpheta ps.xliiij. Lingua mea calamus scribe velociter scribētis. A

Septim⁹ lapis dr̄ kauma q̄ vt dr̄ in lib. de ꝓpꝛie.re.est coloris nūc albi.nūc sub nigri.nūc subrubicūdi.nūcqꝫ sub varijs colorib⁹ est distinct⁹. Est aūt sic dict⁹ a kauma te qd est idem qd īncēdium.qꝛ in locis calidis inuenit̄. Cui⁹ virt⁹ fm Diasco. est curare hydropisim diuersam et diuersis imaginibus sculpit̄ et ponitur.hec ibi. Et sitr beatissima virgo.vt holez corda ad filiū suū volūtatem pertrahat.nūc blanditijs vtit̄.nunc minis.et aliquando nos flagellis percuti sinit.vt qui tanq̄ de genere seruorum amorē nō trahimur.saltē verberib⁹ emēdemur.aliquos etiā delitijs et cōsolationib⁹ spūalib⁹ allicit.ita vt cū suo bn̄dicto filio dicere possit illud Jo.xij. Oia trahā ad meipꝫ. Ipsa quoqꝫ ꝟgo bn̄dicta vī alba ꝑ māsuetudinem et gr̄e subministratione.nigra per sui subtractionē.qꝛ eius p̄sentia clarificat.obūbꝛa absentia. Itē rubere per punitionis ꝑmissionē:et per varios effect⁹ dr̄ mutari in colorib⁹.de qua mutatione admirat̄ Hiere.ꝓpheta Threñ.iiij. di. Quō mutatus est color optimus. B

In tertia quoqꝫ hierarchia sunt tria loca que dicunt̄ esse triū colorꝫ. Primus locus dicit̄ indici coloris. Indicus aūt color dr̄ aereus siue celestis.et reperit̄ in azurio.vt ponitur in lib.de ꝓpꝛie.re. Et iste locus cōuenit ordini virtutū.quorꝫ officiū vt inquit Greg.in iiij.mora.est operari miracula que solum fieri possunt virtute celesti et diuina fm Augu.in lib.de vtilitate credendi. Predicte autem virtutes celestes in corona virginis ponūt septē alios lapides preciosos. Quorum primus dicitur kabiates.qui vt dr̄ in li.de ꝓpꝛi.re.est trālucidus et crystallo similis.et dr̄ cōferre ad habendam eloquentiā.gratiā ac honorem.et defendere a noxijs et venenosis.ac curare tumorem epatis et splenis.vt dicit Diasco. Hic autē lapis in corona virginis merito collocatur.in signum sue clarissime eloquentie. De facūdia vero sermonis inquit Tullius secundo de oratore. Quid admirabilius q̄ res splendore illustrata verborum. Tantam vim habet illa que recte a bono poeta est vox. atqꝫ nimirum regina rerum oratio. vt non modo inclinantum erigere.aut stantem inclinare sed aduersantem atqꝫ repugnantem vt imperator bonus ac fortis capere possit. Et Seneca in lib. de consolatione ad Paulinum ait. Potest eloquentia que parua sunt approbare ꝓ magnis rursusqꝫ magna attenuare et ad nihil deducere. Immo tante virtutis est eloquentia vt sententias sermonis pro libito conuertere queat: et et falsa pro veris suggerere. Inquit enim Seneca ad Lucillum. Incredibile est quod facile magnos viros dulcedo orationis abducat a vero. Huius autem rei sunt exempla plurima. Refert enim Tullius in tusculanis questionibus quod Egesias cirenaicus philosophus Cirene ciuitatis Egypti adeo eloquenter disserebat de bono mortis et de malo vite presentis ꝙ multi mortem sibi male inferebant. Unde fuit prohibitus:a rege Ptolomeo illa amplius edocere. De tullio quoqꝫ ait Lactantius.iij.diui.insti.aduersus gen. Tullius summus ph̄s secte achademice ꝑfect⁹ oratorsua eloquentia corda hoim in manib⁹ habuit. Plutarchus etiam inquit ꝙ cū ipse Tullius oraret ꝓ quinto ligario q̄ ex aduersarijs cesaris erat.tāta grā facūdie admirabilis fuit

vt Cesar in plurimos colores vultum verterit manifestumque fuit quod animus cesaris vertebatur quare ipse cesar dulci victus oratione eum a crimine liberauit. De eloquentia quoque poetica inquit Oratius in poetria. Ut pictura poesis erit que si propius stes te capiat etc. et Gualfredus in ironia curie papalis ait. Sepius audisti quod vis sermonibus apta est et quod naturam callida verba mouent. Hec autem facundia maxime est necessaria doctoribus et magistris. C. de pro fes. et medi. l. magistros lib. x. et de profes. que in vr. constan. l. vnica lib. xj. Item aduocatis. vt no. in aut. de iudi. § ij. col. vj. Ista autem eloquentia licet fuerit in multis oratoribus tam christicolis quam paganis. In nullo tamen tanta fuit quanta in magistra ecclesie catholice et aduocata nostra virgine benedicta. que sua dulci facundia imperatorem celi et terre iratum pacificauit: et non vni tantum homini ipsi contrario. sed toti generi humano liberationem a morte eterna impetrauit. Intantum etiam aures dei sua oratione demulsit. vt illum attraheret a summo celo vsque ad terram. Et tam dulciter elocuta est: vt suaserit deo fieri hominem. Tamque suauiter cecinit quod se in filium deus illi donauit. O lingua diserta beate virginis. O aduocata eloquentissima que sua dicendi virtute et efficacia. chyrographum nostre damnationis de magni dei manibus cadere fecit. C

Secundus lapis dicitur italcophanus quod vt ponitur in li. de propri. re. est niger quodam colore depictus et gestatus in ore dicitur clarificare vocem et defendere a raucedine fauces. vt traditur in lapidario reddit quoque vocem sonoram que maxime est necessaria bono oratori secundum Quintilianum de oratoria insti. Hec igitur gemma est corone beate virginis appositionata ad innuendum dulcedinem et sonoritatem vocis eius qua ad deum pro nobis interpellat. De qua inquit illi eius sponsus celestis Can. ij. Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis. et. viij. c. Fac me audire vocem tuam. D

Tertius lapis dicitur ligurius de quo dicitur in lib. de proprie. re. quod valet contra dolorem stomachi: et stringit fluxum ventris perturbati. et valet ictericis et discoloratis. quia perditum colorem eis restituit. Hic etiam lapis recte ponitur in corona beatissime virginis que habuit optimum stomachum. Malum enim stomachum habentes assumptum cibum vel non retinent sed euomunt. vel retentum in malos humores conuertunt. Ipsa autem virgo benedicta cibum verbi dei auidissime et saluberrime assumpsit. de quo dicitur Jaco. j. Cum mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest saluare animas vestras. Unde quia ipsum cibum retinuit. et in nutrimentum bonum conuertit scilicet bonarum cogitationum et operum. ideo de illa dicitur Lu. ij. Maria autem conseruabat omnia verba hec conferens in corde suo. E

Quartus lapis dicitur liparea. qui vt dicitur in lib. de proprie. re. venit de sithia. Et secundum quod legitur mirabilis est. virtutis. Cum enim venatores persequuntur bestias ille pergunt ad istum lapidem et ipsum intuentur tanquam patronum. Quo presente nec venator nec canes illis nocent. Quid autem sunt canes. quid venatores nisi diabolus. caro et mundus qui nos capiunt retibus suis. Sed si inuenerimus hunc lapidem diuinum tuti erimus. Erunt enim omnes inimici nostri sicut canes muti non valentes latrare Esa. lvj. F

Quintus lapis dicitur margarita qui potest considerari quantum ad sui generationem qualitatem et virtutem. Generantur autem margarite secundum Isid. vt etiam dicitur in lib. de proprie. re. in conchulis marinis. vnde et a mari vocantur margarite. Certo enim tempore et maxime tempore veris et in autumno ipse conchule ad littus maris se transferunt et ibi se aperiunt. et rorem celestem inter viscera sua recipiunt. Ex cuius coagulatione margarite generantur. Et ideo in predicto lib. dicitur quod margarite nascuntur in carne conche sicut in piscium cerebro lapilli aliquando inueniuntur. Ista autem coclea siue conchula figurat beatam virginem que se aperuit vt rorem celestem reciperet: et margaritam. i. christum intra sua viscera conciperet. Nam aperuit angelo consensum suum vt deo in omnibus obediret quando dixit. Ecce ancilla domini. Item aperuit christo vterum suum vt eum ibi reciperet. Aperuit quoque spiritui sancto animum suum vt in eam superueniret. Et post talem apertionem consensus sui et vteri atque animi ros celestis spiritus sancti in eam descendit. et istam margaritam in eius vtero generauit. De hac autem roratione spiritussancti et ipsius beatissime virginis apertione dicitur Esa. xlv. Rorate celi desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet saluatorem. Secundo margarita potest considerari quantum ad suam qualitatem. Sunt enim ipse margarite pulchre candide et clare. Ille enim que sunt tales sunt meliores quam ille que flauescunt. Nam illas que sunt pulchre candide et clare generauit ros matutinus. Alias autem generauit aer vespertinus. Hec igitur margarita sit pulchra. candida et clara significat beatam virginem mariam que fuit pulchra in mente per puritatem. Candida in carne per virginitatem et castitatem. et clara in opere per sanctitatem. Unde Sap. iiij dicitur. O quam pulchra es etc. Ecce pulchritudo mentis. casta generatio. Ecce candor et virginitas carnis. cum claritate. Ecce claritas et sanctitas operis. Tertio margarita potest considerari quantum ad virtutem. Habet autem virtutem abstersiuam: quia membra a superfluis humoribus abstergit. Item restrictiuam quia fluxum sanguinis et ventris restringit. Uirtutem quoque confortatiuam. quia cor debile confortat vt dicit Plinius. Et eodem modo beata virgo per gratiam quam nobis infundit habet virtutem

abstersiuam

abstersiuā inquātū abstergit pctā pterita. Itē restrictiuā inquātū restringit animū ne fluat ad peccata futura. r confortatiuā inquātū cōfortat cor r fortificat ꝯ mala psentia. Et ideo ipa inqt Eccli. xxiiij. In me ois gra vie r veritatis in me ois spes vite et virtutis. Ipsa eñi dat nobis grām vite qñ de pctis pteritis ipetrat nobis veniā per quā a peccati morte resuscitat peccator. Dat grā3 veritatis qñ ꝯ futura picula dat cautelā p quā hō ipa picla vitare sciat. Itē dat grā3 virtutis qñ contra mala presentia dat cōstantiā per quā hoiez fortificat vt a malis presentib⁹ tueri ualeat. Dicit quoq3 in pdicto li. de ppte. re. ꝙ margarita est naturaliter perforata r rotunda est melior. Et silr beata virgo fuit naturaliter perforata. qr ab instanti sue cōceptionis fuit diuina gratia penetrata. Item fuit rotūda. i. olb⁹ virtutib⁹ circundata. Unde in figuram eius que thronus dei fuit dicit. iij. Reg. x. Summitas throni rotūda erat. G

Sextus lapis dr magnes et venit de india vt inquit Isid. xvj. ethy. Eius aūt virt⁹ inter alias est ferrum attrahere. Hoc autem lapide vtuntur marinarij cum ferro. qd virtute lapidis tertur versus tramontana. Ex quo scire possunt vbi sunt: r multa maris picula. scopulos r infortunia deuitant. Nos autē sumus in mari huius mundi varijs agitati procellis r periclitamur nisi dirigamur ad portum salutis mediante virtute istius diuine magnetis. Ipsa enim ferrum idest animam nostra3. hoc est induratam diriget versus tramontanam idest versus seipsum per deuotionem que est stella maris. facietq3 nos videre pericula in quibus sumus. r vtrum versus portum an vero in precipitiu3 pergamus. Et tādē ipsi⁹ directione ab olb⁹ fluctuatiōib⁹ liberati optatis superne patrie littorib⁹ applicabim⁹. Pertrāseo aūt hic illō qd ponit in li. de ppte. re. fz Diascor. r lapidariū. s. ꝙ hic lapis va3 ad recōciliandum maritos vxorib⁹ r auget grām r decorē in sermone. Item ꝙ puluis eius aspersus per quatuor angulos domus super carbones faciet subito videri existentibus in domo ꝙ domus ruat. et hoc procedit ex vertigine r commotiōe cerebri. Qd potest beate virgini applicari cuius sublimitate3 si quis voluerit ad plenum intueri: non solum cerebrū. sed etiam intellectus alterationem incipiet pati. H

Septim⁹ lapis dr mellectros. l3 a quibusdā appellet mellantes: r sic dr eo ꝙ dulcem r melleum emittit succu3 siue sudorem vt ponit in lib. de ppte. re. fm Isid. Hic aūt succ⁹ dulcissimus pcedit a beata virgine que tota repleta est dulcedine. Unde Bern. inquit Fili mei quid trepiditatis ire ad Maria⁹. Nō austera est: nō amara. sed mel r lac sub lingua eius. Hec peccatorum scala. hec mea magna fiducia. hec tota spei mee ratio. Quid enim mirum. potest ne filius repellere matrem aut a matre repelli. neutrum plane. Non ergo trepidet ad eā accedere humana fragilitas. Tota enim suauis est r dulcis. Iste autem succus virginalis gratie non solu3 nos deo pacificat sed etiam oculos cecos nostre mentis illuminat. Et ideo Bernar. orabat di. Domine Iesu christe qui illumias omnem hominem venientem in hunc mundum mitte in me radios illi⁹ stelle de qua natus es sol. qui illuminat tenebras mentis mee. Figura autem huius illuminationis habetur. j. Regum. xiiij. vbi dicitur quod Ionathe oculi illuminati sunt ex degustatione mellis. Iste etiam liquor suauissimus vulnera animarum sanat r ideo Aug. in quodam sermone exorat di. Eya o generalis omnium spes dulcis vulnerum nostrorum medicina. Tu nostris medere languoribus qui post salutare lauacrum tot abluenda cōmisimus: quot illicita perpetrauimus. I

Secundus locus istius vltime hierarchie dicitur spirici siue phenicei coloris. quo librorum capita notantur. r colligitur in littoribus maris rubri. vt dicitur in lib. de proprietа. re. Hic autem color competit archangelis idest principibus. Sicut enim principes ponūtur in capite mense. sic archangeli angelis preferuntur. r iste color librorum vt diximus intitijs preponitur. Hi aute3 archangeli. vij. alios lapides preciosos in corona virginis offerunt.

Quorum primus dr menophtrls. r venit de egypto de quo sic dicit in li. de proprie. re. Hec gemma talis est nature fm Isido. qd trita ac super loca que vrenda sunt vel secanda posita vel cum aceto linita: ita facit obstupescere corpus vt non sentiat cruciatu3. Hic igitur lapis in corona virginis debuit poni. que fm carnem debebat comburi fomite peccati originalis qui est quasi quidē ignis ardorem cōcupiscentie accendens. sed virtute lapidis diuini. i. grē preseruantis. ad insensibilitate3 reducta est ita ꝙ nullū penitus ignē cōcupiscentie sensit. Uñ dicere pōt illō Eccli. lj. In medio ignis non sum estuata. K

Secūdus lapis dr myrtes de quo dr in lib. de ppti. re. ꝙ in colore est similis myrte. q cōpressus spirat odorē sicut nardus. Btā autē virgo cōpressa. i. grauida. peperit filium miri odoris dicē. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. cui bndixit dñs. Gen. xxvij. r Cañ. j. Nard⁹ mea dedit odorem suauitatis. vñ totam domū i. vniuersum mundum repleuit odore vnguēti. Ioan. xj. L

Tertius lapis dr medio siue medus. r inuenit in medorū regiōe. Cui⁹ virt⁹ vt dr in li. de proprie. re. est contra cecitatem oculorū. Item sanat podagrā. si cum lacte mulieris.

masculum parturientis temperetur. Et simili mõ valet cõtra dolorẽ renũ ꝛ frenaticã passionem. Ipsa beata virgo freneticos peccatores sanat qđ pꝫ qꝛ frenetici tenenẽ ligati. c. nõ ols v. q. v. Et sitr pctm̃ ligat aiam iuxta illđ Esa. v. Quasi vinculũ plaustri pctm̃. Ipsa vero bñdicta virgo a pctõ liberãs: dicit illud Esa. lij. Solue vincula colli tui captiua filia syon. M

Quartus lapis đr melochitus siue melochites. q̃ vt đr in dicto li. de ppt. re. nascitur in arabia. ꝛ cunas infantiũ anociuis đr custodire. Beata aũt virgo custodit. nos filios suos ab oib⁹ malis. vñ illi dicit quilibet ei⁹ deuotus illud ps. xvj. Custodi me vt pupillã ocli sub vmbra alarũ tuarũ ptege me. N

Quintus lapis đr nosech. cui⁹ proprietas est vt đr i li. de pprie. re. c. ꝙ inclusus anulo vtat digitũ quẽ tãgit psente veneno. ꝛ etiã đr mutare colorẽ sic pdit venenũ vt possit vitari. Et sitr beta virgo pcti mortalis venenũ ꝛ maliciã nobis ostẽdit. ꝛ semp vtit tãgentis digitũ ideo cõsciẽtiã. in qua figit nouaculã. ꝛ stimulum de tali veneno. iuxta illud Prouer. xij. quasi gladio pungit conscientia. O

Sextus lapis đr onichinus. qui inuenitur in india et arabia. In hoc aũt lapide vt dicitur in libro de pprie. re. speculari possunt hoies. ꝛ astãtium imago videtur in eo quasi in speculo. beatissima aũt vgine olm sctõꝝ virtutes et merita videnẽ. nec aliquid põt esse iusticie vel virtutis q̃ nõ sit in virgine gloriosa. Vñ Augu. in sermone. j. de eius assumptione ait. Cuius iusticie cuiusue sanctitatis virgo hec indigere potuit. q̃ ad oia efficacia gratie plenitudinem accepit. Aut quis potuit in eius aia vel corpore locus esse vitiorũ qñ ad celi vicem continentis aia dei tẽpliũ est effecta. Hec reuera domus illa est. de qua per Salomonẽ dicit Sapientia edificauit sibi domum excidit colũnas septem. Septẽ nãꝗ virginalis hic domus colũnis fulcita est. quia veneranda hec mater dñi septez spũssancti donis dotata fuit Quam talem vtiꝗ eterna sapientia edificauit. vt digna omnino esset ex qua ipse carnem assumeret. Quid autem dignius hac virgine. Quid sanctius in humani gñis serie potuit exori. Cui nullus patriarcharum nullus pphetarũ nullus antiquorũ sequeriũ patruꝫ nullus prorsus hominum potuit cõpari. Naꝫ quomõ quisꝗ huic estimabitur cõparandus ꝛ cõferẽdus cũ hec admirabilis vgo cũctorũ celsitudinẽ trãscendat mortalium atꝗ partu suo beatorũ etiã excedebat meritũ angelorum. Idem quoꝗ in sermo. eiusdẽ diei inquit. Olm quidẽ sanctorũ memorie mirabiles. nihil tñ in gloria sicut pñs solennitas. Abel per sacrificium notatur. Enoch per contemplationem memoratur. Melchisedech sicut dei imago predicatur Noe per iusticiã laudaẽ. Abraam p fidem approbatur. Isaac per nouitatem memoraẽ. Jacob per luctamem beatificatur. Joseph per castimoniam honoraẽ. Job per patientiam magnificatur. Moyses sicut legislator extollitur. Jesus naue sicut dux prefertur. Helias sicut zelotes testificatur. Esaias sicut locutor dei scribitur. Dauid sic prudentissimus predicatur. Ezechiel sicut speculator. arcanorum admiratur. Salomon sicut sapiens nominatur. Sed nullus talis. in mũdo qualis genitrix dei maria. Quem enim omnes illi in enigmate viderũt ipsa tulit incarnatum in vtero. hec ille. P

Septimus lapis đr optaltus siue opulus fm Isi. qui vt đr in dicto lib. de proprie. rerum. est diuersarum gẽmarum coloribus distinctus. Est enim in eo carbũculi genuisgnis ematistaris. fulgens purpura. smaragdinitẽs viriditas. et singuli colores sub quadam varietate sunt lucentes. nomen autem habet a patria. Et ipsum lapidem india sola parit. vt dicit Isid. dicitur Et tot creditur habere virtutes quot colores. De quo dicitur in lapidario ꝙ oculos se portantis seruat illesos et acutos Sed aliorum oculos circunstantium obducta nube recondit. vt non videant vel aduertant que sunt coram eis. Hic autem lapis in virginali corona conuenienter ponitur. Ipsa enim et qui eam defert in corde per deuotionem: seruat oculos perspicacissimos. vt videre possit cuncta pertinentia ad salutez eta. vt de ipso dici queat illud Eccli. xxiij. Oia videt oculus eius. E contra vero de indeuotis ipsius dici põt illud ps. cxiij. Oculus habent et non videbunt. Et ps. lxviij. inquit propheta. O bscurentur oculi eorum ne videant. Q

Tertius ꝛ vltimus locus celi ꝛ empirei et tertie hierarchie dicitur esse purpurini coloris. Purpurina aũt apud pictores nomen a puritate sortita est cuius materia generatur in his locis que solis cursus illuminat affluenter. vt dicit Isido. in. c. de tincturis. De supradictis autem nouem coloribus tractat Plini⁹ lib. xxxv. c. ix. vsꝗ ad. c. xxxiij. ꝛ Isido. lib. xviij. ꝛ xix. ethymo. Hic autem vltimus locus competit angelis ratione sue puritatis. Qui septem alios lapides preciosos ponunt in corona virginali ad complementũ eius. Quorum primus đr pirites. a pir. grece quod est ignis latine. de quo đr in lib. de proprie. re. huic lapidi plurimus ignis inest. de facili enim scintillas emittit. ꝛ tenentis manum si vehementius prematur adurit propter qđ ab igne nomen accepit. de quo đr in lapidario. Tangi vult leuiter. blanda quoꝗ manu teneri. Nã pressus nimiũ digitos tangentis adurit. Et talis fuit benedicta virgo q̃ igne diuini amoris accensã emittebat scintillas ignitas. i. feruentes orationes

ad deum. et ignita exempla ad proximum. quibus eum ad feruorem spūs accendebat. Unde verificatum est in ea illud ps. xlix. In conspectu eius ex ardescet ignis. et ps. xvij. A facie eius exarsit ignis. Digitos quoqz eā nimiū premētis aduxit. q: si quis eius admirabiles excellentias ad plenum perscrutari et describere voluerit tanqȝ ad tactu ignis cito ad se manus ab incepto opere retrahere coactꝰ erit. Et ideo mihi hec scribenti. et ad indagationē atqȝ declarationem virginalis sublimitatis pertingere non valenti. dici potest illud. Exodi. iiij. Retrahe manum tuam in sinum tuum. R

Secundus lapis dicitur plonites. de quo sic habetur in lib. de proprie. rerum. Plonites est lapis qui dicitur esse femineus. Nam certo tpe cōcipit et parit cōsimilē lapidē et confert pgnantibus. vt dicit Diasco. hec ibi. Btā aūt vgo pulcherrima. sapientissima et sctissima genuit filiū sibi simile. scȝ pulcherrimū sapientissimum. et sanctissimum. vnde appellatur sanctus sanctorum. Dan. ix. S

Tertius lapis dr pateron de quo dr in dicto li. de pprie. re. q est multorꝫ colorum sparsorꝫ. et pariter distinctorꝫ. nā piger et rubeꝰ viridis pallēsqȝ videt. Purpureus croceusqȝ simul prasiqȝ coloris. De ipsa etiā dr in lapidario q facit holem audacē et intuctū illo die qū videt mane oriēte sole. Cuꝰ rei dimissa determinatione veritatis seu falsitatis. dico q hūc lapidē preciosum in spū viderat illo mane btā virgo quo meruit effici mater dei. s. in aurora. xxv. die martij. Tunc eni adeo facta est audax q deū de celo ad terrā traxit. Item adeo victoriosa. q illius hostis ptātē cōtriuit. de quo dr Job. xli. Nō est potestas super terrā q̄ cōparet ei. qui factus est vt nullum timeret. T

Quartus lapis dr sapphyrus. de quo dr i li. de pprie. re. q est gēma cerulea celo sereno in colore silis. atqȝ optima est iter gemmas et sūme pciosa. et regū digitis magis apta et q in multis locis inuenit: sȝ orietalis siue indicus sapphyrꝰ melior iudicat. et maxime qui hȝ quosdā pulueres aureos itermixtos. Hic lapis maxime cōmendat in lapidario. ita q preciosi excellētia gēmarū gēma vocat. Nam corpꝰ vegetat. et integra mēbra pseruat. Stellāqȝ hȝ relucentē. per cuius refulgentiā eius vtus iudicatur. In medio aūt vene sapphyri velut in vētre qdā species carbūculi inuenit et ideo a multis sapphyrus mr carbūculi credit: eo q in eius venis gigni a pluribus perhibet. De hoc aūt sapphyro inquit Diasco. q multū valet ad discordiarū reconciliationem. et ad pacē reformandam. Et q hȝ virtutē caloris in naturalis repressiuā vnde de ipso dr in lapidario. Corporis ardorē refrigerat interiorē. Nā in febribus multū caumaticis et incēsiuis refrigeriū prebet sapphyrus: si iuxta venas cordis pulsatiles suspendat. Item hȝ virtutē confortatiuam et ideo dr valere contra cordiacā et quālibet passionem melancholicā. Item repmit nimium sudorem. vt dr in lapidario. Item hȝ virtutem fluxus sanguinis restrictiuā vnde si sapphyrꝰ orientalis temporibus apponat: solet restringere sanguinē de naribus profluentē. Itē virtutem hȝ singularis tumoris et inflature sedatiuam. Certū est enim q apostematum reprimit inflaturam: si in principio inflāmationis nociue citius opponat. Item valet contra antracē Nam habet virtutem malicie et venenositatis eius expulsiuā et illius furiositatem reprimit et expellit. ne eius malicia spūs inficiat. et illius fumū ad cor ascendere non permittit. vt dicit Diasco. Item vim hȝ veneno contrariā et ipsiꝰ penitus extinctiuā. vnde si araneam infra pixidem posueris. et verum sapphyrum indicum si ue aliū supra pixidis orificiū aliquandiu tenueris aranea eius virtute victa quasi subito moritur. vt dicit Diasco. Item habet vim visus conseruatiuā. et sordes oculorū sine grauamine purgat. Unde scriptū est. Tollit ex oculis sordes de fronte dolorē. Item hȝ vim vulnerum curatiuā. Nam vt Diasco. puluerizatus et lacti admixtus vlcera sanat. Item tante auctoritatis fuit lapis iste apud veteres paganos et gentiles q ab eis fuit apollini singulariter consecratus. Et cum ipsum apollinem sacrificiorum tempore consulerent. certificari citius putabant si sapphyrū tunc in presentia haberent. Unde in lapidario dr. et plus q̄ reliquas amat hāc idromantia gēmas vt diua queat p eam respōsa mereri. Itē hunc lapidē magi singulariter diligunt. q: fm eorꝫ opinionē lȝ erroneam. p ipsius virtutē quedā miracula se credunt operari. Et hoc tāgitur in lapidario vbi dicit. Hic lapis vt perhibent educit de carcere vinctū. Obstrusasqȝ fores et vincula tacta resoluit. In hoc aūt oēs recitatores conueniunt q hic gemma dicit amatrix castitatis. Et ideo ne eius effectus p immūdiciā portātis aliquo modo impediat. debet ille qui eam portat caste viuere. vnde dr in lapidario. Sed q portat eam castissimus esse iubetur. Itē dr in lapidario q valet ad tollendā inuidiā. et ad expellendum timorem. et ad faciendū audacem et victorem. et firmandū in bono. et ad faciendū mitem ac humilem et benignū que oīa dispositiue et nō effectiue intelliguntur. nec omnia in dicto lib. de pprie. re. Proprietates aūt istius gēme optime conuentunt virgini benedicte: non solū dispositiue. sed etiam affectiue. Sed solū p nūc breuiter dico q sicut sapphyrus est super oēs gēmas. ita virgo gloriosa est super omnes puras creaturas. Et sicut sapphyrus appollini. ita ipsa deo est cōsecrata. et sicut sapphyrus re

sic digito conuenit. ita beata virgo dei filio ce
lesti regi conueniens mater fuit. qui digit⁹ dei
dicit iuxta illud Exo. viij. Digitus dei est hic. U

Quintus lapis dicit smaragdus. cui assi
milatur beatissima virgo. ⁊ prima ratio
ne coloris. Nam vt ait Isido. ⁊ ponitur in lib.
de proprie. re. Smaragdus gemmarū omniū
viridium obtinet principatū. Nulli eīm gēme
vel herbe maior inest viriditas q̄ smaragdo
qui viriditate sua herbas virentes superat.
Quasi autem gēme vel herbe virides sunt sa-
cratissime virgines que carnis virorē semper
conseruant. inter quas beatissima virgo obti-
net principatū iuxta illud ps. xliiij. Adducent
regi virgines post eam. Post eam scz nō solum
ordine. sed etiam dignitate. quia. s. virginitati
eius nullius vnq̄ virginitas potuit coequari
Eius aūt virginitas ⁊ humilitas ita deo gra-
te fuerunt q̄ quasi due porte extiterūt. p quas
in eam xp̄s intrauit. ⁊ ideo dr̄ Tob. xiij. Porte
hierusalē ex sapphyro ⁊ smaragdo edificabū
tur. Nam per sapphyrū qui timorem sedat in
telligitur eius humilitas que soluit tumorem
elationis sed per smaragdū qui est viridis co
loris intelligitur virginitas carnis. Secundo
dicitur smaragdus ratione nitoris. quia vt in
predicto libro de pprie. re. dr̄. Tantus est nitor
smaragdi q̄ eius viror nec in sole aliquo mō-
do obūbratur. Et similiter tātus fuit nitor pu-
ritatis ⁊ v̄ginitatis dn̄e nostre q̄ solē iusticie
xp̄m gignendo vel pariendo in nullo perdidit
suam integritatem. Tertio sic dicit rōne repre
sentationis. q2 vt dr̄ vbi. s. si corpus smaragdi
extensum fuerit ⁊ extensum siue politū ad mo-
dum speculi. imagines representat. Et simil'r
beata virgo cuius corpus fuit extensum ex di-
uinali grauidatione. Item extersum ⁊ politū
et omnis immundicie elongatione. ⁊ omnium
virtutum adornatione imagines nobis repre-
sentauit. s. diuinam ⁊ humanam. quia verbum
incarnatum nobis ptulit scilz dn̄m iesum xp̄m
qui inquantū verbū est imago patris ⁊ figura
substantie eius ad Col. j. c. Et s̄m carnem siue
humanitatem est vt ita dicam imago matris
scz homo ex homine in similitudinē hominū
factus ⁊ habitu inuentus vt homo. ad Phil. ij.
Uel beata virgo que fuit vt speculum politum
⁊ extersum per suam maximam puritatem re-
presentat nobis imagines omnium virtutum
vt eas imitemur. Item ⁊ quarto dr̄ smaragdus
ratione tinctionis. vnde in predicto li. de pro-
prie. rerum dicitur de precedenti ⁊ sequenti si
militudine sic. Smaragdus habet corpus spe
culare ⁊ perspicuum obiectarum figurarum ⁊
imaginum ostensiuum. habet. quoq̄ virorem
sui multiplicatiuum. Ex se enim generat ra-
dium quo virore tingit aerem circumfusū. Et
similiter beata virgo emisit ex se radiū quādo
peperit dei filiū. vnde canit ecclesia. Sicut sy
dus radium profert virgo filium pari forma.
Neq̄ syd⁹ radio neq̄ mater filio fit corrupta.
Quo filio suo viriditate. i. virginali carne qua
ipsum induit non tantum circunstantes ⁊ pri
mos et iudeos. sed etiam totum mundum tin
xit. s. tinctura baptismali. Nam christus tactu
sue mundissime carnis quam ex virgine traxit
vim regeneratiuam contulit aquis quibus fi-
deles tinguntur. ⁊ baptizantur. Quinto dr̄ sma
ragdus rōne virtuose operationis. Dicit enī
diasco. ⁊ etiam ponitur in lib. de pprie. rerū et
in lapi. q̄ smaragdus valet ad diuitiarū aug-
mentum. Beata autem virgo opes spirituales
nobis auget dū multiplices gratias impetrat
vel dum nos ad bene operandum. ⁊ merita cu
mulandum iuuat. Item vbi. s. dicitur q̄ sma-
ragdus collo suspensus a morbo caduco p̄ser-
uat. ⁊ ipsa benedicta virgo nos a casu peccati
reprimit ⁊ conseruat. Item ibidem dr̄ q̄ sma-
ragdus lasciuos motus refrenat. ⁊ contra illu
siones ⁊ fantasmata demonum valet. ⁊ beatis-
sima virgo cōtra illusiones ⁊ tentamenta de-
monum ac cōtra lasciuie libidinē auxilium no
bis prestat. Item vbi. s. dr̄. q̄ smaragd⁹ memo
riam perditā reparat. Et simil'r beata virgo q̄
omnia verba ⁊ gesta xp̄i conseruabat in corde
suo. postea sanctis euangelistis retulit ⁊ cōse-
quenter per eos ad memoriam fidelium redu
cit. Item ibidē dicitur q̄ smaragdus visū cō-
fortat. Et ipsa gloriosa virgo visum nostrū cō-
fortauit pducendo nobis verum lumen chri-
stum qui illuminat oēm hominem venientem
in hunc mundum Jo. j. Item vbi. s. dr̄ q̄ smara
gdus valet ad cedandum tempestates. ⁊ ipsa
pijssima virgo nos in huius mundi fluctibus
periclitantes dirigit ⁊ defendit. ⁊ ppter hoc ab
ecclesia appellatur stella maris. De ipsa quo-
q̄ dn̄a nostra exponere possumus illud Eccli.
xxxij. Sicut in fabricatione auri signū est sma-
ragdi. Quia benedicta dei mater est signū re
fulgens in gloria celesti. multo magis q̄ sma-
ragdus in medio auri. de quo signo dr̄ Apoca.
xij. Signum magnū apparuit in celo. Mulier
amicta sole ⁊c.

Sextus lapis dicitur sardius qui est rubei
coloris. ⁊ sic appellatur: q2 primit⁹ in sar-
dis est repertus. vt dicit Isid. ⁊ ponitur in lib.
de pprie. rerū. Ubi etiam dicitur s̄m Diasco. q̄
incendit gaudium. ⁊ expellit timorē. audaces
reddit. ⁊ acuit mentē. ⁊ gestantē se ab incanta
tionibus ⁊ maleficijs tuetur ab ipso p̄sente nō
nocet onix. qui est alius lapis habens quasdā
nociuas qualitates. Licet aūt predicta gēma
nullam predictarū pprietatum habere. hz tn̄
eas virgo benedicta que suis deuotis auget ⁊
incendit gaudium dicens illud Mat. v. Gau
dete ⁊ exultate qm̄ merces vestra copiosa est

in celis. Expellit quoqз timorem illum de quo inquit ps.xiij. Trepidauerunt timore vbi non erat timor. Audaces etiam nos facit cōtra diabolum ꝛ ab eius maleficijs defendit. ita ꝙ eius deuotiōe in cordibus nostris existe nobis nui [illegible]nus nocere pōt. vñ de quolibet ipsius deuoto dici pōt illud ps.lxxxiij. Filius iniqui nō apponet nocere ei. y

Septimus ꝛ vltimus lapis dicitur solix. de quo dicitur in li.de proprie.re. ꝙ est gemma candida et translucens sic dicta eo ꝙ ad similitudinez solis in orbe fulgētis radios gerat. vt dicit Isid.in.c.de candidis gemmis. Et similiter beata virgo sole clarior per orbem vniuersum radios sue claritatis effundit quibus oēs deuotos suos illuminare nō desistit. vñ ipsa Eccli.xxiiij. inquit. Illuminabo omēs sperātes in dño De ipsa autē virgine clarissima loquens dantes in.xxij.cātu paradisi inqt. E beatrice dixe. Eccolle schiere. Del triūpho di xpo. e tuto il fructo Ricolto del girar di queste spere. Paruemi chel suo viso ardesse tuto. Eli ogi hauea si de leticia pieni che passar mi conueni senza constructo. Quale ne plenilunii et ne sereni. Triuia ride tra le nimphe eterne. Che depingon il ciel per tutti i seni. Uidi o sopra milliora de lucerne vn sol chetute quante lacendeua come fa il nostro le viste superne. E per la viua luce transparcua la lucente substanza tanto chiara nel viso mio hec nolla sustenua. O beatrice o dolce guida e chara: Ella mi dixe. Quel che ti sobranza. e vertu da cui nullo si ripara. Quiui e la sapienza e la possanza chaprile strade intra li cielo e la terra vnde fugia si lōga distanza. Como foco da nube si disserra per dilatarsi si che non vi cape E for di sua natura in giu saterra. La mente mia chosi tra quelle dape. Fata piu grande: di sestessa vsio. E che si lesse rimembrar non sape Aprili ogi e riguarda chi son io. Tu hai vedute cose che possente. Se fato a sostener lo riso mio. Io era coma quei che si risen: e Di visione oblita che singegna indarno di redurlasi a la mente. Quando io vdi q̄sta proferta degna. Di tanto grado che mai non si stingue Del libro che . preterito rassegna. Se me sonasier tute quelle ligue chepollimia colle sore fero. Del lacte lor dolcissimo piu pingue. Per aiutermi al milesmo del vero. Non si verria cantando il sancto riso. E quanto il sancto aspecto facea mero. Et infra perentre li cielo scese vna facella. Formata in cherchio doro a guisa di corona E cinsela e giro se intorno ad ella. Qualuncha melodia piu dolce sona. qua giu. ꝛ a se piu lanima lira parebbe nube che squarzata tona Comparata al sonar di quella lira vnde si incoronaua il bel sapiro. De qua il ciel piu chiara. sinzafira. io sono amore angelico che giro lalto leticia che spira del vētre Che fu albergo del nro desiro. E girero mi dona del ciel mētre che seguirai tuo filio. et farai dia. Pia la spera suprema per cheli entre. Cosi la circulata melodia. Si sigilaua ꝛ tutti li altri lumi. Facea sonar i. nome de maria. lo real manto di tutti volumi. Del mundo che feruee piu sauiua Nel alito de dior ne costumi. Hauea sopra di noi le terna riua. Tanto distante che la sua peruenza. La douio era anchor non appariua. Pero non haber li ogi mei potenza di segutar la coronata fiamma Che si leuo appresso a sua semenza E come fantolin chen ver la mamma. Tendeli le brachia po i chiei lacte prese Per lanio chen fin di torsi l inflama. Ciascun di quei candore in su si se stese. Con la sua fiama si che lalto affecto. Chaueano a Maria mi fu palese Indi rimaseriu nel mio conspecto. Regina celi cantando si. dolce. Che mai da me non si parti il dilecto. O quāta heluberia chese so folce. In quelle arche richissime che foro. A seminare qua giu bone bobolce. Quiui e gode e viue del thesoro. Che saquisto piangendo nel exilio Di babylon. oueli lascio loro. Quiui triumpha sotto lalto filio Di dio ꝛ di maria di sua victoria. E con lanticho ꝛ col nouo consilio Colui che tien le claue di tal gloria. hec ille.

Pro conclusione autem huius operis libet ad gloriaз ipsius benedicte virginis sexagies ꝛ ter exclamare. vt quibus lapidibus per angelos coronam ei factam declarauimus ipsis clamorib' alteram componamus. O igitur fons gratie superne. O armarium omnium diuitiarum sapientie ꝛ scientie de cibus et refectio humane mentis. O stella matutina. O vita nostra. O dulcis mater et pia. O auxiliatrix in omni calamitate. O mater pietatis. O vena nostre salutis. O principium nostri amoris. O redemptrix vniuersi. O mutatrix cursu naturalis. O recuperatrix perditi orbis. O renouatrix humane nature. O mediatrix dei ꝛ hominum. O spes solida nostre mercedis. O ductrix omnis fidelis errātis. O fundamentum nostre fidei. O mare in quo defluunt omnia flumina diuinorum charismatum. O sagita contra serpentem antiquum. O portus desiderabilis. O schola omnium virtutum. O pons periculosi huius mundani fluminis. O ardor superni amoris. O scala per quam in celum ascenditur. O vas et templum spiritussancti. O speculum in quo resplendet omne bonum. O norma iusticie. O castitatis magistra. O Innocentie forma O ante nostrum iudicem aduocata fidelissima O gloria angelorum. O decor omnium celorum. O dispensatrix donorum dei. O virgo mater eterni verbi. O portinaria paradisi. O aqua melliflua que das bibere omni sitiēti. O exempar humilitatis. O secretaria eterni con

ciiij. O tabernaculum ſanctum. O refugiũ noſtre miſerie. O viuificatrix ab eterna morte. O theſauraria altiſſimi. O puella ſuper omnes preelecta. O vox prophetarum. O deſiderium patriarcharum. O flamma inter ſeraphin. O lumen ad cherubin. O throna inter thronos. O domina inter dominatiões. O maxima princeps inter principatus. O columna omnis poteſtatis. O virtutum ſuprema virtus. O archãgela inter archangelos. O omnium angelorũ ornamentum. O hortus deliciarum. O corona iuſtorum. O triumphus celi empyrei. O filia patris eterni. O genitrix diuine maieſtatis. O ſponſa paracleti. O regina ⁊ imperatrix orbis vniuerſi defende nos a malignis ſpiritib⁹. Et fac vt in die iudicij audiamus vnigenitũ filiũ tuum nobis dicẽtem. Uenite benedicti patris mei. poſſidete regnum qđ vobis paratũ eſt ab origine mundi. In quo regno perẽniter te laudare ⁊ glorificare valeamus vna cum ipſo dilectiſſimo filio tuo qui cum eterno patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit et regnat deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Mariale de excellentijs intemerate dei genitricis. Impreſſum Lugduni opera probi viri Antonij du Ry. Ac impenſis honeſti viri Jacobi q. Frãciſci de Giũta Florentini: ac ſociorum. Anno domini. M. cccccxxv. die vero. x. menſis nouembris.

Regiſtrum.

A a. B b. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. z. ⁊. ꝯ. ꝶ. A B. C. D. E. F. G. H. J. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. Omnes ſunt q̃terni preter. B. b. qui eſt ternus. ⁊. T. qui eſt duernus.



